

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

ANDOVER-HARVARD LIBRARY
AH 59QI

Oswald Weigel
Antiquariat & Auctions-Institut
Leipzig, Königsstr. 1

175



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

AGLAOPHAMUS

SIVE

DE THEOLOGIAE MYSTICAE GRAECORUM CAUSIS

LIBRI TRES

SCRIPSIT

CHR. AUGUSTUS LOBECK

ANTIQQ. LITT. IN ACAD. REGIMONTANA PROFESSOR

IDEMQUE

POETARUM ORPHICORUM DISPERSAS RELIQUIAS COLLEGIT.


TOMUS SECUNDUS.

REGIMONTII PRUSSORUM

SUMTIBUS FRATRUM BORNTRAEGER

MDCCCXXIX.

Digitized by Google



Digitized by Google

LIBER SECUNDUS.

PARS TERTIA.

FRAGMENTA INCERTA.

Digitized by Google

Digitized by Google

PARS TERTIA.

FRAGMENTA INCERTA.

CAP. I.

De aetatibus mundi.

Polymito Orphicorum carminum texto ne quid ad varietatem deesset, veteres docti judaicas quoque opiniones insuerunt, illudque Chiliastarum commentum de hujus mundi consummatione post sex millenaria consequuntura [a]. Le Grand in Dissert. Crit. et Phil. p. 103. interim quo planius explicetur septenarium illud a Pico Mirandulano in Orphicis suis conclusionibus circa consummationem seculi memoratum discas: *Aetate in sexta cessabit machina mundi;* illud magnum Jubilaeum et magnum Sabbatum" [aa] Lemoinius Not. ad Var. Sacr. p. 855. Ultimo bis millenario spatio elapso in septimo

[a] v. Corrodi Geschichte des Chiliasmus T. II. 445.

[aa] Ficinus Comm. in Plat. Phileb. c. 65. 1269. in generatione sexta Orpheus hymnus finiri jubet, quasi sit ineffabile; ubi senarium celebrari ab Orpheo tanquam finem sicut a Mose videmus.

Digitized by Google

mundus peribit, quae sententia etiam pervenit ad Christianos, qui sex diebus creationis sex millia annorum significata esse asserunt — — Orpheus vocat aetates in prophetia, de qua apud Platonem fit mentio: Ἕκτῃ δ' ἐν γενεῇ κατακαύσεται κόσμος ἀειδής· eodemque modo hunc versum repetunt Boissardus de Divinat. p. 137. Jacksonus Antiqq. Chronol. p. 71. aliique hujus ineruditae aetatis [b], quorum unus ab altero errorem quasi per manus accepit, nullus autem, quid tandem Plato dixerit, quaerere dignatus est. Is vero longe aliud quiddam dixit in Phileb. 66. C. ubi Socrates enumeratis quinque voluptatum generibus addit: Ἕκτῃ δ' ἐν γενεᾷ, φησὶν Ὀρφεύς, καταπαύσατε κόσμον ἀοιδῆς· pro vulgari perorandi formula ἐνθάδε καταπαύσω τὸν λόγον [c] eleganter Orphico versu usus in eandem sententiam scripto. Neque ulla est eo loco aut in libris Platonis MS.

[b] Agrippa a Nettesheim de Occult. Phil. L. II. 14. 134. De hoc Livius vetustissimus poeta cecinit:

> Septima quum venit lux, cuncta absolvere coepit
> Omnipotens pater atque bonis est septima et ipsa.
> Est etiam rerum cunctarum septima origo etc.

qui sunt Lini versus ap. Euseb. Pr. Ev. XIII. 12. 668. ne quis ex Empyreo delatos putet.

[c] His verbis Athenaeus libros plerosque VI. VIII. IX. et XIII. concludit et fere omnes partem sermonis absolutam indicant Lucian. Nigrin. XXXV. 56. ubi male κατέπανε editum, idem de M. Peregr. V. 276. XXXIII. 296. Polyb. IX. 31. Plutarch. de Poes. Hom. §. 218. p. 1246. Wyttenb. Dionys. Hal. de Thucyd. LII. 943. Joseph. de Vit. c. LXXVI. Euseb. Pr. Ev. XIV. 25. 778. C. Joh. Philopon. de Creat. Mund. L. III. 8. 527. Variant alii; κατακλείσω τὸν λόγον Dion. Hal. de Comp. Verb. XXVI. 217. ἐν τούτοις ἀπαρτίζομεν τὸν λόγον καὶ τὸ πρῶτον σύνταγμα Sext. Emp. I. 34. p. 64. ἄμφω τῷ λόγῳ ἐντεῦθα ὁρίζομεν Aelian. H. An. XV. c. 9. sed illud longe frequentissimum.

Digitized by Google

aut in Stobaei, Eusebii et Olympiodori notis lectionum diversitas, nisi quod pars codicum *καταπαύσετε* exhibet. Unus Plutarchus paullulum discrepat de *Εἰ* ap. Delph. XV. 236. illam Platonis disputationem adumbrans: *ἐνταῦθα λήγει Πλάτων τὸ Ὀρφικὸν ὑπειπών*

Ἕκτῃ δ' ἐν γενεῇ καταπαύσατε θυμὸν ἀοιδῆς.

pro quo Petavius *ἀηδής* dedit, causam ineptae aberrationis ad *κατακαύσεται κόσμος ἀειδής*. Ad Plutarchi scripturam propius accedit Sibylla L. III. p. 256.

Ἠνίκα δή μοι θυμὸς ἐπαύσατο ἔνθεον ὕμνον

quam sententiam alio modo enuntiavit in libri tertii principio

Ἧμος δὴ κατέπαυσε θεὸς πολυπάνσοφον ᾠδήν.

Quinam vero illi sint, quos Orpheus cessare jubet, ne conjectura quidem effingi potest; nam Musas ad auspicandum quidem cantum incitare solent poetae, ad finiendum non item. Itaque adduci non possum quin existimem Socratem, quum Philebum et Protarchum alloqueretur, imperativum illum substituisse pro alio verbi modo, quo Orpheus usus erat. Hic fortasse scripsit *κατέπαυσέ τε κόσμον*, sequente altero *τε*, de Proserpinae inter texendum cantantis aut alius divinae textricis aut Apollinis ipsius cantilena loquutus a mundi primordiis, ut videtur, usque ad sextam vel deorum vel hominum aetatem producta. Sin lectionis a Plutarcho servatae *θυμὸν ἀοιδῆς* ratio

Digitized by Google

ducenda est, ultro cogitationi occurrit οἶμον vel ὕμνον ἀοιδῆς [d] quo recepto non multum refert κατεπαύσαμεν scribatur an κατεπαύσατον. nam prius ab Orpheo in Catabasi dictum videri potest, ubi ille deorum progeniem suo carmine laudasse dicitur (v. L. II. P. II. 5.) vel alio loco et tempore, sicut idem in Arg. 445. de se ipse dicit ἐγὼ δ' ἄμπαυον ἀοιδήν. Κατεπαύσατον praeferentibus (pro tertia quidem persona) liberum erit, sive in Parcas [e] conjecturam convertere velint, sive in Sirenes; quibus utrisque numerus dualis conciliari potest. Quodcunque horum elegeris, sententia eadem manet cecinisse aliquem vel praeteriti vel instantis aevi cursum in certas aetates descriptum; in sexta autem pausam fecit; qui numerus aetatum explicatione nihil eget. Procl. ad Hes. Opp. 156. τὸ τρίτον γένος ἐξέλιπε διὰ τοῦ κατακλυσμοῦ· μετὰ δὲ παρῆλθε γένος ἱερὸν τὸ τῶν ἡμιθέων ἀρχέσαν ἐπὶ ἑπτὰ ἢ καὶ ὀκτὼ γενεάς. Multum igitur ab O. Muellero dissentio, qui in Prolegg. p. 385. γενεῆς nomine animorum in corpora nova regressus et ἀνακυκλώσεις significari statuit, nec tamen explicat, cujusnam hominis senos ortus carmine illo celebratos esse velit. Pythagoran palingenesias

[d] Οἶμος ἀοιδῆς H. Hom. in Merc. 451. οἶμος μύθων Philetas Stob. Serm. LXXIX. 469. Philetaer. Epigr. IV. 1. 21. ἐπέων Pind. Ol. IX. ὕμνος ἀοιδῆς Nonn. XVII. 379. Sed, quod in Platonis loco legitur, Orphei ipsius est Arg. 1282.

[e] Parcas τὰ γεγονότα, τὰ ὄντα, τὰ μέλλοντα canentes inducit Plato Rep. X. 617. D. quo nullus antiquior mihi succurrit auctor; nam quod Catullus in Epithalamio Thetidis iis attribuit vaticinandi munus, Aeschylus commiserat Apollini Plat. Rep. II. 383. C.

Digitized by Google

suas enumerasse accepimus[f], de Orpheo non modo nihil ejusmodi proditum, sed ne conjectura quidem facilis est, quomodo aut se aut alium quempiam suorum aequalium sexies renatum dicere potuerit. Si quis autem dicat non unius hominis sed plurium renovationem significari una occidentium et renascentium, nihil dicat; nam pro cujusque vita et moribus alius tardius orbes suos conficit alius celerius. Sed haec cogitatio nos ad alia aufert Orphei dogmata quae ad aetatum circuitus et vicissitudines pertinent.

Cap. II.

De seculorum conversionibus.

Servius ad Ecl. IV. 10. Nigidius de Diis L. IV. Quidam deos et eorum genera temporibus et aetatibus dispescunt, inter quos et Orpheus, primum Saturni, deinde Jovis, tum Neptuni, inde Plutonis; nonnulli etiam, ut Magi, Apollinis fore regnum. In quo videndum ne ardorem sive illa ecpyrosis appellanda est, dicant. His finitima sunt, quae ad v. 4. adscripsit: Sibylla Cumana secula per metalla divisit; dixit etiam, quis quo seculo imperaret et Solis ultimum, id est, decimum esse volunt. Novimus autem eun-

[f] Nicomach. Theol. VI. 41. Schol. Soph. El. 62. Hieronym. c. Rufin. III. 470. T. IV. cf. Adr. Junii Animadv. p. 187.

Digitized by Google

dem esse Apollinem. Dixit etiam finitis omnibus seculis rursus eadem renovari, quam rem etiam philosophi hac disputatione colligunt, dicentes completo magno anno omnia sidera in ortus suos redire. Atqui de hoc Orpheum quoque aliquid praecepisse haud dubium relinquit Censorinus c. XVIII. Hujus (magni) anni hiems summa est *κατακλυσμός*, aestas autem *ἐκπύρωσις*. Hunc Aristarchus putavit esse annorum duum millium — — Heraclitus et Linus D. M. CCM. Orpheus C. MXX. quod ipsum confirmat Plutarchus de Def. Orac. c. XII. 316. T. IX. *τὴν στωικὴν ἐκπύρωσιν ὁρῶ ὥςπερ τὰ Ἡρακλείτου καὶ τὰ Ὀρφέως ἐπινενεμημένην ἔπη, οὕτω καὶ τὰ Ἡσιόδου*, quanquam Heracliti mentio, cujus dogma a Stoicis plurimum discrepat, dubitationem affert, utrum haec sententia in carminibus Orphicis clare exposita an interpretantium subtilitate ei subjecta sit. Quam suspicionem auget Hesiodi nomen, hujus doctrinae certe ignari. In Ausonii quidem Idyllio XVIII. quod inscriptum est De aetatibus animalium Hesiodion, versus illos de septem planetarum conversionibus et qui sequuntur

> Donec consumto magno, qui dicitur, anno
> rursus in antiquum veniant vaga sidera cursum.

Barthelemius in Mem. Acad. Paris. T. XLI. 506. ab Hesiodo sumtos putat[ε], argumento lubrico,

[ε] Astronomiam Hesiodi significare videtur, carmen novitium;

Digitized by Google

nam fieri potest ut lemma istud tantummodo priorem carminis partem complectatur. In Orphicis, quae supersunt, de conflagratione mundi nihil legitur, sed Proculus affert quandam poetae fabulam confinem illi sententiae et fortasse eodem deductam: *Τιτᾶνες παρὰ τὸ τετάσθαι καὶ ἐξαπλωθῆναι, ἢ ὅτι, ὡς λέγει οὗτος ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ Ὀρφέως λαβὼν τοῦτο, πάλιν τιμωρῆσαι μέλλει ὁ Κρόνος τοὺς θεοὺς καὶ λαβεῖν τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, ἤγουν πάλιν ἐπικρατῆσαι μέλλει τὸ σκότος ἐκεῖνο τὸ ἀρχαιότατον* [h] *τοὺς ζωδιακοὺς κύκλους τοὺς ἔχοντας τοὺς ἀστέρας·* quanquam ne hic quidem locus dubitatione caret. Nam de Saturni in regnum restitutione Hesiodus, qui hoc ab Orpheo accepisse dicitur, nihil narrat. Itaque, nisi pro *ὁ Κρόνος* substituere quis velit *Οὐρανός*, quod equidem non suaserim, nihil aliud relinquitur, quod utrique poetae commune et ab uno ad alterum translatum dici possit, praeter talionem, quam diversi dii passi sunt eandem, Saturnus, ut Hesiodus refert, a Jove pulsus, Jupiter, ut Orpheus dixisse videtur, a Saturno. Videtur, inquam; nam ad liquidum confessumque perduci non potest. Quod eo diligentius admonendum duco, ne quis quae hoc loco Proculus et prius allatis Plutarchus et Censorinus ab Orpheo dicta referunt, tanquam ejusdem poetae decreta in unum corpus confundat et porro Sibyllae, Chaldaeorum et

nam ea aetate, qua Theogonia et Opera condita sunt, neminem planetarum numerum et cursum indagasse certum est.

[h] Aeternam illam et novissimam noctem mundo instantem Plin. VI. Epist. XXI.

Digitized by Google

Etruscorum cum Orphica doctrina consensum nobis oratione longa ac magnifica praedicet. Verum enimvero Orphicorum carminum auctores fuerunt multi multumque inter se diversi, neque si eorum unus aliquid de Saturni reditu dixit, hinc sequitur omnia, quae unquam de exustione mundi, de anni magni circumactu rerumque cunctarum renovatione fabulati sunt aliqui, ei nota et percepta fuisse. De Ecpyrosi dubitanter loquitur Plutarchus; de anno mundano neque hic neque Stobaeus neque quisquam alius Orphei testimonio usus est, quamvis multis occasio fuerit[i], denique de Sole postremi seculi rectore Nigidius non hunc sed Magos testes adhibet; nec, si ille de deorum imperiis loquutus est, hoc sufficit ad probandum, eum singulis diis singula adsignasse secula. Nam Hesiodus quoque mortalium sub rege Saturno vitam fortunatissimam fuisse narrat; postea homines pro tempore nunc pejores nunc meliores extitisse, pessimos illos quibuscum ipse vivat; sed aliquando hoc ferreo genere interemto meliorem sobolem successuram esse[k] spe potius praesumit, quam ex orbe aetatum in se remeantium concludit; neque ille aut tempus cujusque aetatis aut regem constituit proprium, nedum, ut Etrusci, singulorum populorum incrementa et decrementa computare ausus est, quanquam id quo-

[i] v. locos a Larchero collectos in Mem. de l'Instit. T. I. p. 271. sq.

[k] Dubitat Buttmannus in Comment. Acad. Berol. anni 1824. p. 149. sed clara res est ex voto poetae v. 173. ἔπειτα γενέσθαι optantis, et e v. 178. Ζεὺς ὀλέσει καὶ τοῦτο γένος.

Digitized by Google

que Lanzius Etruscos ab Hesiodo didicisse [1] opinatur.

Cap. III.

De migratione animarum.

Plato in Crat. p. 400. nominis σῶμα hanc originationem tradit ad exemplum Pythagoreorum fictam: *σῆμά τινες αὐτό φασιν εἶναι τῆς ψυχῆς, ὡς τεθαμμένης ἐν τῷ νῦν παρόντι — — Δοκοῦσι μέντοι μοι μάλιστα θέσθαι οἱ ἀμφὶ Ὀρφέα τοῦτο τὸ ὄνομα, ὡς δίκην διδούσης τῆς ψυχῆς, ἂν δὴ ἕνεκα δίδωσι, τοῦτον δὲ περίβολον ἔχειν, ἵνα σώζηται, δεσμωτηρίου εἰκόνα.* Cui loco Clemens Strom. II. 518. subjungit Philolai effatum: *μαρτυρέονται καὶ οἱ παλαιοὶ Θεολόγοι τε καὶ μάντιες, ὡς διά τινας ἁμαρτίας ἃ ψυχὰ τῷ σώματι συνέζευκται καὶ καθάπερ ἐν σώματι τέθαπται.* Et haec Theologorum et vatum sententia in Platonis Phaedon. p. 62. B. dicitur *ἐν ἀποῤῥήτῳ λεγόμενος λόγος, ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμεν οἱ ἄνθρωποι, καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν.* quo loco neque Eleusinia significantur, ut multi crediderunt, v. Moshem. ad Cudworth. T. I. 410. Saintecroix Sur les Myster. T. I. 408. neque Pythagoreorum doctrina, ut Wyttenbachio visum ad Phaed. p. 134. Nam in Eleusiniis, quorum argumentum enarrare

[1] Saggio T. II. 568. Hic et ceteri qui de his rebus disputarunt obliti sunt. Proculi locum afferre in Tim. I. 45. *κατὰ τὰ ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμματα τῇ χιλιάδι μετρεῖ τοὺς βίους τῶν πόλεων· ταύτῃ γὰρ λέγονται καὶ οἱ δαίμονες τὸν χρόνον μετρεῖν.*

Digitized by Google

nefas, si quid esset hujusmodi initiatis traditum, Platoni tam aperte id eloqui non licuisset; Pythagoricos autem philosophos nullo non tempore illud palam neque ἐν ἀποῤῥήτῳ edixisse, Philolaus ipse testis est et Euxitheus Athen. IV. 157. E. aliique ejusdem sectae et sententiae. Verum nos docet vetus Platonis interpres a Wyttenbachio adhibitus p. 8. ἐντεῦθεν τὸ πρῶτον πρόβλημα τὸ μὴ δεῖν ἐξάγειν ἑαυτὸν, οὗ ἐπιχείρημα μυθικὸν ἐξ Ὀρφέως παραληφθέν, hoc est, e carminibus Orphicis; idque confirmat Jamblichus Protr. VIII. 134. οἱ τὰς τελετὰς λέγοντές φασι διδόναι τὴν ψυχὴν τιμωρίαν καὶ ζῆν ἡμᾶς ἐπὶ κολάσει μεγάλων ἁμαρτημάτων. v. L. I. §. 19. not. f. Eandem vero sententiam et cetera Pythagorae decreta de animorum ortu divino et per varia corpora transcursu orgiorum quoque Orphicorum cerimoniis adumbrata fuisse, Ciceronis, Arnobii aliorumque testimoniis confirmatur. Cicero in Hortensio Fragm. p. 60. Philolaum tacita imitatione exprimens: Ex quibus humanae vitae erroribus et aerumnis fit ut interdum veteres illi sive vates sive in sacris initiisque tradendis divinae mentis interpretes, qui nos ob aliqua scelera suscepta in vita superiore poenarum luendarum causa natos esse dixerunt, aliquid vidisse videantur. quo homine denotatur potissimum ille sacer interpresque deorum Orpheus, a Philolao solemni Theologi titulo insignitus. Arnobius vero L. II. c. 16. Quod si et illud ve-

Digitized by Google

rum est, quod in mysteriis secretioribus dicitur, in pecudes atque alias beluas ire animas improborum, quae eodem pertinere ex subsequentium testimoniorum collatione efficitur. Ad Platonis verba Phaed. p. 70. C. *παλαιὸς μέν ἐστί τις ὁ λόγος οὗτος, οὗ μεμνήμεθα, ὡς εἰσὶν ἐνθένδε ἀφικόμεναι ἐκεῖ (αἱ ψυχαὶ) καὶ πάλιν γε δεῦρο ἀφικνοῦνται καὶ γίγνονται ἐκ τῶν τεθνεώτων*, Olympiodorus haec adnotat: *ὅτι τὸ ζῶον καὶ τὸ τεθνεὼς ἐξ ἀλλήλων, κατασκευάζει ἐκ τῆς μαρτυρίας τῶν παλαιῶν ποιητῶν τῶν ἀπὸ Ὀρφέως, φημὶ, λέγοντος*

Οἱ δ' αὐτοὶ πατέρες τε καὶ υἱέες ἐν μεγάροισιν
ἠδ' ἄλοχοι σεμναί τε καὶ εὐγενέες θυγατρες —

παντα χοῦ γὰρ ὁ Πλάτων παρῳδεῖ τὰ τοῦ Ὀρφέως. quorum haec sententia esse videtur: animis in corpora remigrantibus saepe fit, ut qui olim naturae et affinitatis vinculis conjuncti fuerant, postea aliquando in eandem domum recolligantur ad pristinam conditionem revoluti. Augustinus de Civ. XXII. c. 28. Genethliaci quidam scripserunt, esse in renascendis hominibus quam appellant *παλιγγενεσίαν* Graeci. Hanc scripserunt confici in annis numero quadringentis quadraginta, ut idem corpus et eadem anima quae fuerat conjuncta in homine aliquando eandem redeant in conjunctionem. De eodem Platonis loco est Olympiodori Scholion a Columna ad Enn. p. 6. et Gesnero Fragm. Orph. p. 510. evulgatum: *παλαιὸς λόγος Ὀρφικός τε καὶ Πυθαγόρειος ὁ πάλιν*

Digitized by Google

ἄγων· τὰς ψυχὰς εἰς τὸ σῶμα καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀνάγων καὶ τοῦτο κύκλῳ πολλάκις: ubi proprie et significanter positum est nomen κύκλος. Diogenes in Vita Pythagorae VIII. 14. πρῶτόν φασι τοῦτον ἀποφῆναι τὴν ψυχὴν κύκλον ἀνάγκης ἀμείβουσαν ἄλλοτε ἄλλοις ἐνδεῖσθαι ζώοις. Hieronymus adv. Rufin. L. III. 410. T. IV. Martian. Pythagoras primus invenit immortales esse animos et de aliis corporibus in alia transire, quod quidem et Virgilius in sexto Aeneidis volumine (748.) sequens loquitur: Hos omnes ubi mile rotam volvere per orbem etc. Cyprianus Exeg. in Symb. Apost. p. CCXXV. Baluz. Manichaei docent coaeternas deo animas hominum secundum Pythagoricos in pecudes et animales et bestias redire per diversos circulos. Augustin. Civ. X. 30. Creditus a Platonicis quasi necessarius orbis ille ab iisdem abeundi et ad eadem revertendi. Κύκλος τῆς γενέσεως dicitur Procl. in Tim. I. p. 32. et in Theol. L. VI. c. 3. p. 351. quam Virgilius in expositione Orphici dogmatis votam dixit, Orpheus ipse τροχόν et κύκλον. Simplicius in L. de Coel. II. p. 91. b. fabulam de Ixionis rota ad allegoriam revocans illi hominis ambitiosi[a] vanos conatus comparat: προσδέδεται δὲ ὑπὸ τοῦ θεοῦ τῷ τῆς μοίρας τροχῷ καὶ τῆς γενέ-

[a] Dio Chrys. Or. III. 116. Ixionis τροχὸς κομψὸν εἴκασμα δόξῃ παραβαλλόμενος. Alii metempsychosis symbolum esse voluerunt; Schol. ad Gregor. in Catal. Bibl. Bodl. p. 44. ἐπειδὴ οἱ Ἕλληνες τὴν ἐκ σωμάτων εἰς σώματα μεταγγίζεσθαι ἐκδεδώκασι — καὶ τὴν Ἴξιονος πε-

Digitized by Google

σεως, ὃν ἀδύνατον μεταλλάξαι κατ' Ὀρφέα τὸν μὴ θεοὺς (sic) ἐλεήσαντα, οἷς ἔταξεν ὁ Ζεὺς ἀλιταίνουσι προικίλεσθαι (sic) καὶ ἐγκαλινδεῖσθαι τὰς ἀνθρωπίνας ψυχάς. quibus hoc inesse putabam τὸν μὴ τοὺς δεσμοὺς λύσαντα οἷς ἔταξεν ὁ Ζεὺς ἀλιταινούσας ἵλλεσθαι καὶ ἐγκαλινδεῖσθαι τὰς ἀνθρωπίνας ψυχάς[b], sed ut certius aliquid proferre possem, virorum clarissimorum Hermanni et Brandisii consilium exquisivi, quorum ille mihi haec rescripsit: „Simplicius Orphei verbis sua inter„miscuisse videtur hunc fere in modum: ὃν ἀδύ„νατον μεταλλάξαι κατ' Ὀρφέα, ὅτε μὴ θεοὺς ἐλεή„σαντας, οἷσιν ἔταξεν ὁ θεὸς ἀλιτήμασι προικίλλε„σθαι καὶ ἐγκαλινδεῖσθαι etc. Orphei verba for„tasse fuerunt haec aut his similia

Οὐδὲ μεταλλάξαι, ὅτε μὴ θεὸν ἐλύσαντα,
οἷσιν ἔταξε Ζεὺς ἀλιτήμασι προικίλλεσθαι
ψυχὰς ἀνθρώπων.

„sed et ὅτε μή τις θεῶν ἐλεήσῃ, vel ὅτε μή τι „θεός γ' ἐλεήσῃ proponi posse.“ Alter autem Morbekae translationem loci Simpliciani, ex qua graecum textum, qualem Aldus edidit, conversum putat, mecum communicavit, vetus exemplar, quo Simplicii commentarius genuinus continetur, a se hoc loco non consultum esse professus. Morbeka vero hunc ita reddidit: Alligari autem ab eo,

ρυφορὰν ἐπ' αὐτῇ τρόπον τινὰ ληροῦσιν. ubi verbum μεταγγίζεσθαι Gnosticorum scholam redolet. Aliter de Ixionis rota Macrob. Somn. I. 10.

[b] Philostr. V. Apoll. VIII. 7. 333. παρελθων εἰς πλεῖω σώματα κατὰ τὸν Ἀδραστείας δεσμὸν ὃν ψυχὴ ἐναλλάττει. Hic δεσμὸς Ἀδραστείας e Platon. Phaedr. 248. D. sumtus.

Digitized by Google

qui secundum dignitatem omnibus distribuit, conditore deo in rota fati et generationis, quam impossibile est immutari secundum Orpheum non deos illos misertum, quibus instituit Jupiter circulo malignitatis variari et involvi humanas animas. — Alium Orphei locum minus mendosum asservavit Proculus in Tim. V. 330. *μία σωτηρία ψυχῆς τοῦ κύκλου τῆς γενέσεως ἀπαλλάττουσα ἢ πρὸς τὸ νοερὸν εἶδος ἀναδρομὴ ἀπὸ τῆς περὶ τὴν γένεσιν πλάνης, ἧς καὶ οἱ παρ' Ὀρφεῖ τῷ Διονύσῳ καὶ τῇ Κόρῃ τελούμενοι τυχεῖν εὔχονται*

Κύκλου τ' αὖ λῆξαι καὶ ἀναπνεῦσαι κακότητος [c].

Liberi autem Patris cerimonias ita adornatas fuisse, ut spem quandam immortalitatis ostendere viderentur, indicium praebent Plutarchi verba jam prius allata in Consol. ad Uxor. p. 411. T. VIII. (morte interire animos ne credas) *κωλύει σε ὁ πάτριος λόγος* [d] *καὶ τὰ μυστικὰ σύμβολα τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμῶν, ἃ σύνισμεν ἀλλήλοις οἱ συνοικοῦντες.*

Hanc sententiam utrum Pythagoras ab Orpheo assumserit an Orphicorum carminum et orgiorum auctores a Pythagora, facile dijudicabit,

[c] *Αὖ* pro *ἂν* substituit Gale ad Jamblich. de Myst. p. 309.

[d] *Πάτριος λόγος*, ne quis ad Plutarchi patriam referat, dicitur qui jam dudum invaluit et communi omnium persuasione receptus est. Sic Aristoteles Metaph. XII. 8. 744. F. deos esse *πάτριον δόξαν* vocat. Idem de Coel. II. 1. 135. *τοὺς ἀρχαίους καὶ μάλιστα τοὺς πατρίους ἡμῶν ἀληθεῖς εἶναι λόγους, ὥς ἐστιν ἀθάνατόν τι καὶ θεῖον* etc. De Mund. VI. 15. *ἀρχαῖος λόγος καὶ πάτριός ἐστι πᾶσιν, ὡς ἐκ θεοῦ τὰ πάντα καὶ διὰ θεοῦ ἡμῖν συνέστηκε.*

Digitized by Google

qui utriusque partis momenta subtiliter pensitaverit. Orphicae doctrinae nulla est ante Pythagoram memoria; hunc aut magistrum ejus Pherecydem communis fama atque sermo principem immortalitatis assertorem fert, ut Maximus ait Diss. XVI. 287. (not.) *Πυθαγόρας πρῶτος ἐν Ἕλλησιν ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ὅτι αὐτῷ τὸ μὲν σῶμα τεθνήξεται, ἡ δὲ ψυχὴ ἀναπτᾶσα οἰχήσεται ἀθανὴς καὶ ἀγήρως· καὶ γὰρ εἶναι αὐτὴν πρὶν δεῦρο ἥκειν·* et eodem modo alii multi. Pro Orpheo autem perpauci stant et minus certi auctores, iique Orphicorum versuum testimonio freti, quos nihil obstat quominus ad normam Pythagoricae doctrinae fictos credamus. Sed quid agimus? oblitine sumus Thracum, Orphei gentilium, quos Herodotus eandem sententiam amplexos dicit?[e] In illum autem barbariae angulum ab omnium Graecorum religionibus et disciplinis et literis sejunctum Pythagorae doctrinam permanasse, quis tandem dicere audeat? Nemo sane; sed de Thracibus ipsis dubitari potest, num in eadem, qua Pythagoras, opinione fuerint. Herodotus hoc modo V. 4. *Τραυσοὶ τὰ μὲν ἄλλα πάντα κατὰ ταὐτὰ τοῖς ἄλλοισι Θρῃξὶ ἐπιτελέουσι, κατὰ δὲ τὸν γινόμενόν σφι καὶ ἀπογινόμενον ποιεῦσι τοιάδε· τὸν μὲν γενόμενον περιιζόμενοι οἱ προσήκοντες ὀλοφύρονται, ὅσα μιν δεῖ, ἐπεί τε ἐγένετο, ἀναπλῆσαι κακά — τὸν δὲ ἀπογενόμενον παίζοντές τε καὶ ἡδόμενοι γῇ κρύπτουσι, ἐπιλέγοντες ὅσων κακῶν ἐξαπαλλαχθεὶς ἔστι ἐν πάσῃ εὐδαιμονίῃ·* quod non

[e] v. Boeckh. Philolaos p. 181.

Digitized by Google

ineleganter expressit Ambrosius De fid. resurrect. T. III. p. 24. Basil. Fuisse quidam feruntur populi, qui ortus hominum lugerent obitusque celebrarent — Eos enim, qui in hoc vitae salum venissent, moerendos putabant, eos vero, qui ex istius mundi procellis et fluctibus emersissent, non injusto gaudio prosequendos arbitrantur. Cetera testimonia jam a prioribus collecta sunt[f], quae omnia in hoc conveniunt, barbarorum nonnullos natales suorum, ut Valerius ait, flebiliter, exsequias cum hilaritate celebrare. Qui vero demonstrari potest, id illos fecisse hac persuasione, quod animum in corpore tanquam in carcere inclusum tum demum ad libertatem evadere crederent, quum corporis vincula rupisset? Herodotus quidem de Trausis nihil aliud dicit, nisi miseram illis viventium conditionem videri, neque est quisquam genitorum hominum cui non idem aliquando videatur[g]. Si fortuna paullulum reflaverit, si dolor acrior incesserit, tum resonant undique illae voces:

Οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο

et

Οὐ μὲν γάρ τί πού ἐστιν ὀϊζυρώτερον ἄλλο
πάντων ὅσσα τε γαῖαν ἐπι πνείει τε καὶ ἕρπει[h]

[f] Potter. ad Clem. Alex. p. 517. Menag. ad Diog. IX. 73. Toll. ad Auson. de Ambig. Vit. p. 528. Jacobs. ad Anthol. T. VIII. p. 270. Tzschucke ad Melam VIII. P. II. 80. Coray ad Nicol. Damasc. p. 83. in supplem. Ed. Orell. Wyttenbach. ad Plutarch. p. 296.

[g] *Τὸν τετελευτηκότα μακάριζε* est inter Chilonis sententias Stob. Serm. III. 45. 35. et vulgo *μάκαρες* seu *μακαρῖται* et *ζαμερῖται* vocantur mortui.

[h] Hieronymus in Epitaph. Nepotiani p. 273. T. IV. Hesio-

Digitized by Google

aliaeque naeniae. *Ὅπερ φύλλων γενεή — ταῦτα πᾶσα ἡ ἀρχαία φιλοσοφία λέγει*, Plutarchus ait Consol. ad Apoll. p. 323. T. VII. et multorum testimonia affert. Et nimirum hanc habet vim responsum Sileni Midae redditum in rosariis Bermii: *ὦ τάλας ἐφάμερε νήπια βάζεις χρήματά μοι διακομπέων* (Pind. Fr. Inc. CXXVIII.) sive pluribus verbis, ut Aristoteles reddidit in Eudemo: *Δαίμονος ἐπιπόνου καὶ τύχης χαλεπῆς ἐφήμερον σπέρμα, τί με βιάζεσθε λέγειν ἃ ὑμῖν ἄρειον μὴ γνῶναι; μετ' ἀγνοίας γὰρ τῶν οἰκείων κακῶν ἀλυπότατος ὁ βίος· ἀνθρώποις δὲ πάμπαν οὐκ ἔστι γενέσθαι τὸ πάντων ἄριστον — τὸ μέντοι δεύτερον τὸ γενομένους ἀποθανεῖν ὡς τάχιστα* Plut. l. c. p. 353. quae cum Pythagorae et Orphei effato illo verbis congruunt, ratione autem plurimum differunt. Nam Pindarus, unde ceteri pendent, Silenum his verbis regem divitiis superbientem vanitatis suae admonuisse dicit; Aristoteles et Plutarchus ad elevandam mortis acerbitatem utuntur, et possunt eadem vel hodie a christiano oratore usurpari praesertim in sermonibus funebribus et consolatoriis, dummodo error caveatur, quem Lactantius castigat III. 19. 12. Quid ergo dicemus nisi errare illos, qui aut mortem appetant tanquam bonum aut vitam fugiant tanquam malum — Hinc nata est inepta ista sententia, hanc esse mor-

dus natales hominum plangens gaudet in funere, quod ex Hesiod. Agone sumtum p. 480.

Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον,
φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας ἀΐδαο περῆσαι.

Digitized by Google

tem, quam nos pro morte timeamus; ita primum bonum esse non nasci; secundum, citius mori; quae ut majoris sit auctoritatis, Sileno attribuitur. His palam fit, nulla ut relinquatur dubitatio, effatum illud utut varia interpretatione jactatum tamen nunquam ita acceptum esse, quasi animi nostri ortu divini, antequam in corpus intravissent, cum diis versati et hoc diversorio relicto ad superioris vitae fructum et ad ortus sui principia redituri essent. Itaque Trausos quoque credibile est hujus sublimioris rationis ignaros vitae inopis et agrestis molestias indoctissimo cuique gravissimas[i] muliebriter luxisse, mortem autem, quae omnibus liberationem et vacuitatem dolorum, meritis vero perpetuas lautitias et festivitates afferre videretur, laetis votis ominibusque prosequutos esse. Si Pomponium Melam audimus, mortem vitae praeoptarunt non quia animos ad pristinam incolumitatem refert sed quia sensum malorum aufert[k] de quo equidem non statuo, ut qui sciam veteres Ethnographos et *Νομίμων βαρβαρικῶν* collatores gentium exterarum instituta persaepe ex suo sensu interpretatos esse[l], sed eandem cau-

[i] v. Meiners: Ueber den Hang mancher Völcker zum Selbstmord, in Götting. histor. Magazin Vol. II. p. 104.

[k] Alii Thracum putant animos redituros — alii emori, sed id melius esse quam vivere; itaque lugentur puerperia, funera contra festa sunt.

[l] Zimmermann Taschenbuch d. Reisen, anni 1802. p. 206. „Isert bemerkt, dass die Neger nie bei den Hochzeiten, „wohl aber bei den Begräbnissen zu essen geben. Wä„ren die Feierlichkeiten der Freude nicht vorherge„gegangen, so sollte man fast glauben, sie hegten die

Digitized by Google

tionem in Herodoto adhibendam puto, quum praesertim constet hominum ferorum lamenta et jubila tam sibi simili barritu efferri, ut lugeant an laetentur, saepe dignosci nequeat. Verum sit ita sane, ut ille dicit; quid, oro te, Trausis cum Orpheo? Si Ciconum aut Bistonum aut saltem Odrysarum hic mos fuisse proderetur, ut fletibus natos, laetitia prosequerentur defunctos, facilius nobis persuaderi pateremur, eos vitam poenae et exilii instar, mortem autem in lucro deputasse, quod crederent animos ab omni concretione mortali segregatos rerum naturae spectaculo et veritatis cognitione potiri; denique Orpheum hoc gentilicium dogma carminibus suis inseruisse et mysteriorum arcanis adumbrasse cerimoniis. Odrysarum quidem, qui Dercyllidae signa sequebantur, epulum funebre enarrat Xenophon Hell. III. 2. 5. vinosum illud et quod triumphantium potius quam lugentium speciem offerret, ut facile alicui in mentem venire posset, eos laetari de suorum obitu et inter vina decantare illud Orphaicum:

Τίς οἶδεν εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν,
τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν κάτω νομίζεται;

quos versus Plato Gorg. 493. A. festive Pythago-

„Idee eines unsrer heutigen schönen Geister, dem zu„folge man bei Hochzeiten trauern, bei dem Grabe „aber tanzen soll!“ Mollien Reise nach Columbia übersetzt von Schöll. p. 77. „Nach einer Stunde waren wir in Issa, wo „unser ein sonderbares Schauspiel wartete; mit Ge„sang nnd Tanz feierte man den Tod eines Kindes; „sonderbare Sitte sich eines Verlustes zu freuen, der „anderswo Thränen und Wehklagen verursacht.“ ubi similes catholicorum Europaeorum consuetudines memorat interpres germanicus, quarum si quis causas nesciret, nihil haesitans ab Orphica repeteret disciplina.

Digitized by Google

reorum sententiae applicat, corpus animi σῆμα vocantium, hujus autem eam partem, quae affectibus paret, πίθον et κόσκινον propter id quod vulgo creditum est, mysteriorum contemtores ad Danaidum labores damnari; quam fabulam ita interpretabantur, ut τῶν ἀμυήτων nomine leviter inflexo τοὺς ἀνοήτους significari dicerent. Ab hac vero subtilitate quam longe afuerint carminum Orphicorum conditores ex aliis cognoscitur locis, quos continuo subjicere opportunissimum videtur.

Cap. IV.

De praemiis initiatorum.

Plato in Rep. II. 363. C. commemoratis honoribus et commodis, quae Homerus Hesiodusque justissimo cuique a diis tribui praedicant, longe majores spes et ampliores a Musaeo atque Eumolpo ostendi ait: *Μουσαῖος δὲ τούτων νεανικώτερα τἀγαθὰ καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ παρὰ θεῶν διδόασι τοῖς δικαίοις· ἐς ᾅδου γὰρ ἀγαγόντες τῷ λόγῳ καὶ κατακλίναντες καὶ ξυμπόσιον τῶν ὁσίων κατασκευάσαντες ἐστεφανωμένους ποιοῦσι τὸν ἅπαντα χρόνον ἤδη διάγειν μεθύοντας — οἱ δὲ ἔτι τούτων μακροτέρους ἀποτείνουσι μισθοὺς παρὰ θεῶν· παῖδας γὰρ παίδων φασὶ καὶ γένος μετόπισθε λείπεσθαι τοῦ ἀγαθοῦ καὶ εὐόρκου, τοὺς δὲ ἀδίκους ἐς πηλόν τινα κατορύττουσιν ἐν ᾅδου καὶ ὕδωρ ἀναγκάζουσι φέρειν·* quorum priore parte Plutarchus Orpheum designari putat in Comp. Cimon.

Digitized by Google

et Lucull. p. 346. T. III. *Πλάτων ἐπισκάπτει τοὺς περὶ τὸν Ὀρφέα τοῖς εὖ βεβιωκόσι φάσκοντας ἀποκεῖσθαι γέρας ἐν ᾅδου μέθην αἰώνιον·* quibus haud dissimilis erat spes Chiliastarum. v. Corrodi Gesch. d. Chil. T. II. 517. Neque abs re erit alium Plutarchi locum apponere indidem tractum: *ταῦτα μὲν (τὸ Κερβέρῳ διαδάκνεσθαι καὶ φέρειν εἰς τὸν ἄρρητον) οὐ πάνυ πολλοὶ δεδίασι μητέρων ὄντα καὶ τιτθῶν δόγματα· οἱ δὲ καὶ δεδιότες τελετάς τινας καὶ καθαρμοὺς οἴονται βοηθεῖν, οἷς ἁγνισάμενοι διατελεῖν ἐν ᾅδου παίζοντες καὶ χορεύοντες ἐν τόποις αὐγὴν καὶ πνεῦμα καθαρὸν ἔχουσι Non poss. suav. sec. Epic.* c. XXVII. 132. Quarum rerum fructum pietate adversus deos et justitia erga homines comparari publice et philosophi docebant et poetae. Sed pietatis summam in mysteriorum perceptione positam esse eâque nullum non scelus aut flagitium redimi et exstingui, haec fuit privata sacerdotum pollicitatio. Vetus est opinio, quae ex antiquissimis Graecorum monimentis constat, duobus delictis, perjurio et parricidio, omnium gravissimas poenas divinitus constitutas esse, nec leves iis, qui fas hospitii violassent. Inde nata fabulae mysticae origo, quam vita communis suscepit, haec terna maleficorum genera post mortem in coenum Stygium demergi Arist. Rann. 147. 271. Neque hoc inornatum praetermisit prudentia sacerdotalis, duobus potentissimis affectibus, spei ac formidini, scientissime moderata. Hujus enim edictum fuit, quicunque manus caede suorum cruentasset, poenamque le-

Digitized by Google

gibus sancitam subterfugisset, in altera vita par sceleri supplicium subiturum esse: ὃν καὶ πολλοὶ λόγον τῶν ἐν ταῖς τελεταῖς περὶ τὰ τοιαυτα ἐσπουδακότων ἀκούοντες σφόδρα πείθονται, τὸ τῶν τοιούτων τίσιν ἐν ᾅδου γίγνεσθαι, καὶ πάλιν ἀφικομένους δεῦρο ἀναγκαῖον εἶναι τὴν κατὰ φύσιν δίκην ἐκτῖσαι τὴν τοῦ παθόντος ἅπερ αὐτὸς ἔδρασεν ὑπ᾽ ἄλλου τοιαύτῃ μοίρᾳ τελευτῆσαι τὸν τότε βίον Plato Legg. IX. 870. E. ergo ut is qui patrem occiderit, vicissim occidatur a filio, qui matrem, ab eo, quem ipse in feminam versus peperisset Eumque sive μῦθον sive λόγον Plato dicit ab antiquis sacerdotibus definite et graviter traditum esse, Pythagoram, ut palam est, imitatis. De iisdem loqui videtur Plato commenticius in Ep. VII. 335. πείθεσθαι χρὴ τοῖς παλαιοῖς τε καὶ ἱεροῖς λόγοις, οἳ δὴ μηνύουσιν ἡμῖν ἀθάνατον ψυχὴν εἶναι, δικαστάς τε ἔχειν καὶ τίνειν τὰς μεγίστας τιμωρίας ἐάν τις μεταλλαχθῇ τοῦ σώματος· eamque doctrinam a sacrorum mysticorum magistris constantissime propagatam esse e Celsi oratione cognoscitur ap. Orig. VIII. 408. μάλιστα μέν, ὦ βέλτιστε, ὥςπερ σὺ κολάσεις αἰωνίους νομίζεις, οὕτω καὶ οἱ τῶν ἱερῶν ἐξηγηταὶ τελεσταί τε καὶ μυσταγωγοί. Quorum omnium nihil vituperatione dignum foret, nisi boni illi viri rem salutarem duobus nequissimis mendaciis adulterassent, quorum unum initiatis summam precatorum impunitatem daret, alterum iis, qui nullius sceleris sibi conscii sed non initiati essent, aeternorum suppliciorum metum injiceret. Plato in Phaedon.

Digitized by Google

p. 69. E. *κινδυνεύουσιν*, inquit, *καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν καταστήσαντες οὐ φαῦλοί τινες εἶναι, ἀλλὰ τῷ ὄντι πάλαι αἰνίττεσθαι ὅτι, ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς ᾅδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται, ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος ἐκεῖσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκήσει. Εἰσὶ γὰρ δή, φασὶν οἱ περὶ τὰς τελετάς, ναρθηκοφόροι μὲν πολλοὶ βάκχοι δέ τε παῦροι·* quibus haec subnotavit Olympiodorus a Forstero ap. Fisch. p. 290. et Gesnero in Fragm. Inedd. p. 409. particulatim nec eodem modo evulgata: *παρῳδεῖ ἔπος Ὀρφικὸν τὸ λέγον ὅτι ὅστις δ' ἡμῶν ἀτέλεστος, ὥσπερ ἐν βορβόρῳ κείσεται ἐν ᾅδου·* et ad alterum: *παρῳδεῖ παντα-χοῦ τὰ τοῦ Ὀρφέως· διὸ καὶ στίχον αὐτοῦ φησι Πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι παῦροι δέ τε βάκχοι.* Prioris loci sententiam integriorem reddit Steuchus De perenn. philos. X. 8. 231. afferens carmen Orphei

> Quicunque ad Ditem incestus descenderit imum
> infossus coeno perpes cruciabitur atro.

quos versus utrum ipse commentus sit an ex graecis converterit (*ὃς δ' ἡμῶν ἀτελὴς νέατον δόμον Ἄϊδος ἔλθῃ* etc.) decernere mearum virium non est, sed Orphicis persimiles esse, confidentius affirmare possum. Iidem vero mysteriorum antistites docebant noxios adhibitis quibusdam sacrificiis occultioribus metu poenae exsolvi et cum dis superis inferisque in gratiam restitui posse: *αἱ τελεταὶ αὖ μέγα δύνανται καὶ οἱ λύσιοι θεοὶ, ὡς αἱ μέγισται πόλεις λέγουσι καὶ οἱ θεῶν παῖδες καὶ προφῆται τῶν θεῶν γενόμενοι* Rep. II. 366. A.

Digitized by Google

Atque hae sunt illae λύσεις καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων, ἃς δὴ τελετὰς καλοῦσι ib. p. 364. quarum ritus in Musaei et Orphei carminibus perscripti erant. v. supr. P. II. c. VIII. §. 5. Hanc autem impiam indulgentiarum nundinationem ab Eleusiniis ortam esse mysteriis neque conjectura probabile est neque indiciis quibusdam patet. Nam illa gloriosa initiatorum privilegia προεδρίας in Orco et convictus deorum[a] utrum conceptis verbis ab Hierophantis lata an vulgi opinione praesumta fuerint, explorari nequit. Sed Orpheotelestas omnesque clandestinorum coetuum ductores clientibus suis maria et montes pollicitos esse, contemtores vero ad Danaidum antlias nigrasque in gurgite ranas relegasse, non est quod dubitemus.

Cap. V.

De rebus inferis.

Quorum in loco Orpheus illas sententias protulerit divinari facilius quam inveniri potest, quoniam carminum fere omnium argumenta ignota, elogia ambigua sunt; ex nomine judicanti illud quod Κατάβασις εἰς ᾅδου inscribebatur, suspicioni opportunissimum videtur, nec aliena huic causae Τελεταί, Βακχικά, Φυσικά, Σωτήρια. Hunc autem locum, qui est de alterius vitae emolumentis et incommodis, non semel neque negligenter sed

[a] Arist. Rann. 455. Plat. Phaed. p. 81. A. Fischer ad Aesch. Axioch. §. 10. Wyttenbach. ad Plut. de aud. poet. p. 221.

Digitized by Google

magna industria tractatum esse, tum propter summam ejus gravitatem credere proclive, tum quia nulla in re saepius Orphei nomen usurpatur. Julianus Or. VII. 216. *καὶ Πλάτωνι πολλὰ μεμυθολόγηται περὶ τῶν ἐν ᾅδου πραγμάτων θεολογοῦντι καὶ πρό γε τούτου τῷ τῆς Καλλιόπης.* Quin tota Orci et locorum inferorum descriptio ad Orpheum refertur auctorem ab Aegyptiis illis, qui praeter reliqua portentosa mendacia a Diodoro relata I. 96. Orpheum narrant *τὰς καὶ τῶν ἀσεβῶν ἐν ᾅδου τιμωρίας καὶ τοὺς τῶν εὐσεβῶν λειμῶνας καὶ τὰς παρὰ τοῖς πολλοῖς εἰδωλοποιίας ἀναπεπλασμένας παρεισαγαγεῖν, μιμησάμενον τὰ περὶ τὰς ταφὰς τὰς κατ' Αἴγυπτον. Τὸν μὲν γὰρ ψυχοπομπὸν Ἑρμῆν κατὰ τὸ παλαιὸν νόμιμον παρ' Αἰγυπτίοις, ἀναγαγόντα τοῦ Ἄιδος τὸ σῶμα μέχρι τινὸς παραδιδόναι τῷ περικειμένῳ τὴν τοῦ Κερβέρου προτομήν·* et, ut parce mentiti, addunt: *τοῦ δὲ Ὀρφέως καταδείξαντος παρὰ τοῖς Ἕλλησι τὸν Ὅμηρον ἀκολούθως θεῖναι κατὰ τὴν ποίησιν Ἑρμῆς δὲ ψυχὰς Κυλλήνιος ἐξεκαλεῖτο κ. τ. λ.* Haec igitur et quae sequuntur de Oceani litore, de Leucade rupe, de portis Solis et prato animarum, Orpheum ex Aegypti locis ad inferos transtulisse volunt; nam illic Acherusiam esse paludem et in Hecatae templo portas ferreis vectibus clausas, quarum una Cocyti dicatur, altera Lethes cf. c. 92. Haec misera fabula a Tzetze repetita in Exeg. p. 152. certe hanc utilitatem affert, ut celeberrima quaeque Orci loca in Orphicis carminibus nominata esse intelligamus, assumto praeser-

Digitized by Google

tim Olympiodori testimonio ad Phaedon. c. 61. p. 474. Fisch. et Wyttenbach. p. 316. *οἱ τέτταρες ποταμοὶ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, ὁ μὲν Ὠκεανὸς τὸ ὕδωρ — ὁ δὲ Ἀχέρων ὁ ἀήρ — διὸ καὶ Ὀρφεὺς τὴν Ἀχερουσίαν λίμνην ἀερίαν καλεῖ* [a] idemque ap. Gesner. in Fragm. Ined. p. 410. *ὅτι οἱ παραδιδόμενοι τέσσαρες ποταμοὶ κατὰ τὴν Ὀρφέως παράδοσιν τοῖς ὑπογείοις ἀναλογοῦσι τέσσαρσι στοιχείοις τε καὶ κέντροις κατὰ δύο ἀντιθέσεις· ὁ μὲν γὰρ Πυριφλεγέθων τῷ πυρὶ καὶ τῇ ἀνατολῇ, ὁ δὲ Κωκυτὸς τῇ γῇ καὶ δύσει, ὁ δὲ Ἀχέρων ἀέρι τε καὶ μεσημβρίᾳ· τούτους μὲν Ὀρφεὺς οὕτω διέταξεν· αὐτὸς δὲ τὸν Ὠκεανὸν τῷ ὕδατι καὶ τῇ ἄρκτῳ προσοικειοῖ,* unde nihil addiscimus quam fluviorum nomina; nam interpretatio ista ex Pythagoricorum argutiis redolet, omnium rerum analogias scrutantium, de quo C. IX. dicturi sumus. Ceterum haec ipsa Cerberi, Charonis, Lethae nomina post Homeri memoriam introducta carminis Orphici, cui insita fuere, novitatem arguunt — Postremo duo Servii testimonia ob similitudinem argumenti ad hunc locum referam. Ad Aen. VI. 556. fertur ab Orpheo quod dii pejerantes per Stygiam paludem novem annorum spatio puniuntur in Tartaro. Idem ad v. 392. Lectum in Orpheo est, quod quando Hercules ad inferos descendit, Charon territus statim eum recepit, ob quam rem anno integro in compedibus

[a] Pori successu idem p. 328. Semelen, Agauen, Ino et Autonoen quatuor elementorum symbola esse disputat.

Digitized by Google

fuit[b]. Sed quod Pomponius affert p. 1037. Mercurium animos reducentem Homerus Orphea imitatus usurpavit, et reliqua, ex Diodori loco prius apposito sumta sunt.

Priusquam vero hinc abeamus, versui Orphico, qui Olympiodori testimonio innotuit

πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι παῦροι δέ τε βάκχοι

nonnihil operae impendendum est. Eo usi sunt praeter Hermiam ad Phaedr. p. 155. et Jamblichum Protr. XIII. 194. Clemens Alexandrinus, Themistius, Synesius aliique a Jacobsio ad Epigr. *Ἀδεσπ.* XXV. T. IV. p. 115. Fischero et Wyttenbachio ad h. l. p. 177. indicati, quorum nullus nomen auctoris apposuit; vocabulum *ναρθηκοφόρος* hinc sumserunt Pollux X. 177. et Plutarchus adv. Colot. II. 526. *οὐ ναρθηκοφόροι, ἀλλὰ ἐμμανέστατοι ὀργιασταὶ Πλάτωνος.* Sententia ipsa multis modis variata est. Heraclitus ap. Procl. ad Alcib. T. I. 2. 56. Creuz. *οἱ πολλοὶ κακοὶ, ὀλίγοι δὲ ἀγαθοί.* Comicus ap. Etym. M. s. *Στατήρ· πολλοὶ στατῆρες ἀποδοτῆρες οὐδ' ἂν εἷς.* Diogenes La. VI. 60. *πολὺς μὲν ὁ ὄχλος, ὀλίγοι δὲ ἄνθρωποι.* Herodot. VII. 210. *πολλοὶ μὲν ἄνθρωποι, ὀλίγοι δὲ ἄνδρες.* Frontinus Strateg. IV. 49. Hoc se deceptum ajebat, quod multos qui-

[b] Pausan. III. 25. *Ὅμηρος (πρῶτος γὰρ ἐκάλεσεν ᾅδου κύνα) οὔτε ὄνομα ἔθετο οὐδὲν, οὔτε συνέπλασεν ἐς τὸ εἶδος· οἱ δὲ ὕστερον ὄνομα ἐποίησαν Κέρβερον*, a Cerberiis, ut videtur, traductum; sic enim vocabantur Cimmerii. v. Arist. Rann. 187. Idem VIII. 18. de Styge Hesiodum, Linum, Epimenidem cecinisse refert, *μάλιστα δὲ τῆς Στυγὸς τὸ ὄνομα ἐς τὴν ποίησιν ἐπεσηγάγετο Ὅμηρος.* Posterior autem Servii locus illam mihi deliberationem attulit Herculisne descensus an Orphei in carmine Orphico *Κατάβασις εἰς ᾅδου* inscripto enarratus sit.

Digitized by Google

dem homines habebat, viros autem nullos. *Πολλοὺς τοὺς θορυβοῦντας εἶναι ὀλίγους δὲ τοὺς στρατευομένους* Demosth. Fals. Leg. p. 375. et, quod proximum est: *πολλοὶ βουκένται παῦροι δέ τε γῆς ἀροτῆρες* Diogenian. Cent. V. 2. Sed hos omnes antiquitate anteit Sibylla' apud Zenob. Cent. V. p. 143. *Φιλόχορός φησιν ὅτι νύμφαι κατεῖχον τὸν Παρνασὸν τροφοὶ Ἀπόλλωνος τρεῖς καλούμεναι Θριαί, ἀφ' ὧν αἱ μαντικαὶ ψῆφοι θριαὶ καλοῦνται* [†]. *Ἄλλοι δὲ λέγουσι τὴν Ἀθηνᾶν εὑρεῖν τὴν διὰ τῶν ψήφων μαντικήν, ἧς εὐδοκιμούσης μᾶλλον τῶν Δελφικῶν χρησμῶν τὸν Δία χαριζόμενον τῷ Ἀπόλλωνι ψευδῆ καταστῆσαι τὴν διὰ ψήφων μαντικήν. Πάλιν οὖν τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τοὺς Δελφικοὺς χρησμοὺς ἐρχομένων τὴν Πυθίαν εἰπεῖν*

Πολλοὶ θριοβόλοι παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες.

ubi nihil causae erat, cur Salmasius et Berkelius ad Steph. emendarent *θριοφόροι*. Nam non solum in Gloss. Gr. Lat. tesellatores vocantur *ψηφοβόλοι*, sicut *ψηφοβόλιον* pyxis, unde tali in fritillum conjiciuntur Cedren. Chron. p. 125. Vales. ad Harp. p. 196. et ad eandem formam *κυαμοβόλοι* apud Hesychium, sed etiam in Gloss. MS. ap. Du Cang. s. *Ψηφᾶς* p. 1781. hoc legitur quod omnem dubitationem tollit: *Θριοβόλοι ἀπὸ ψήφου μάντεις*. Genus ipsum divinandi significat Jamblichus de Myst. L. III. c. 17. p. 82. *εἰ δὲ ἄχρι τῶν*

[†] Antiquissimum esse sortium divinarum usum et ratio dictitat et verbum *ἀναιρεῖν* docet, sortes tollere significans, non, ut Lexicographi, vocem.

Digitized by Google

ἀψύχων οἷα ψηφιδίων ἢ λίθων ἢ ῥάβδων ἢ ξύλων τινῶν ἢ πυρῶν ἢ ἀλφίτων [c] διήκει τὸ θεῖον τῇ προδηλώσει, αὐτὸ τοῦτο καὶ θαυμασιώτατόν ἐστι τῆς θείας μαντικῆς προσημασίας· et Schol. Pind. Pyth. IV. 337. εἰώθασι διὰ κλήρων μαντεύεσθαι τὸ πρὶν καὶ ἦσαν ἐπὶ τῶν ἱερῶν τραπεζῶν οἱ ἀστράγαλοι, οἷς ῥιπτοῦντες ἐμαντεύοντο· talesque μαντείας ἐπὶ πίνακι καὶ ἀστραγάλοις in templo Herculis Buraici factitatas esse testatur Pausanias III. 25. quin cortinâ Delphicâ ejusmodi calculos divinos inclūsos fuisse narrant Suidas s. Πυθώ et Eudoc. p. 109. Πυθοῖ ἵστατο ὁ χαλκοῦς τρίπους, ἐξ οὗ ἡ μαντεία ἐξεφέρετο· ἐπάνω γὰρ τοῦ τρίποδος ἦν τις φιάλη, ἐν ᾗ αἱ μαντικαὶ ψῆφοι ἤλλοντο καὶ ἐπήδων, ἡνίκα ὁ Ἀπόλλων τὴν μαντείαν ἐξέφερε. Tabula haec fortasse ex eodem fonte manavit unde illud a Plutarcho et Hygino Fab. CXL. relatum de Pythonis ossibus dentibusque cortina Delphica reconditis. Thrias illas in Hom. H. in Merc. 550. Hermanni felix manus reduxit

ἄλλο δέ τοι ἐρέω Μαίης ἐρικυδέος υἱέ.
Θριαὶ γάρ τινές εἰσι κασίγνηται γεγανῖαι

[c] Ἀλφιτομαντεία Anecd. Bekk. p. 52. Poll. VII. 188. ἀλφιτόμαντις Cyrill. c. Julian. VI. 198. D. ἀλευρόμαντις Theodoret. Disp. X. 590. Clemens Coh. II. 10. ubi κριθόμαντις adjungitur ut ap. Suid. s. Προφητεία, ἀλευρόμαντις ὁ Ἀπόλλων Etym. M. ἀλευρομαντεία Euseb. Pr. Ev. V. 25. 219. Κληδονισμοὶ καὶ νεκυομάντεις καὶ οἱ φωνοῦντες ἐκ γῆς, ἐγγαστρίμυθοί τε καὶ ἀλφιτομάντεις Euseb. Comm. in Jesaiam c. XLV. p. 535. E. in Montfaucon. Collect. Nov. T. II. Γυρόμαντις Artemid. 69. a γῦρις derivari analogia non patitur nec puto γυρίμαντις nomen vulgare cum poetico πολύπορθος et similibus comparari posse; ergo πυρόμαντις malim. Κριθόμαντις Theodor. Prodromus p. 543. in Notic. et Extr. T. VI. 543. (ibid. p. 553. Ἀλκαίων ὁ Περίθου et ὁ Μύκηθεν Ἀπολλόδωρος sunt Alcmaeon et Apollodorus Cumaeus.)

Digitized by Google

παρθένοι ὠκείῃσιν ὑγαλλόμεναι πτερύγεσσι
τρεῖς· κατὰ δὲ κρατὸς πεπαλαγμέναι ἅλφιτα λευκά[d]
οἰκία ναιετάουσιν ὑπὸ πτυχὶ Παρνησσοῖο.

In cod. Mosq. Σεμναί legitur, quod Ruhnkenius suscepit, in Edd. Μοῖραι, cui Matthiae patrocinatur, puellas istas sic appellatas putans ob vaticinandi facultatem, quam nos neque denegamus Parcis, neque ita propriam fuisse concedimus, ut quaelibet vates Μοῖραι dici potuerint, frustraque esset, si quis ad eam rem uteretur Hesychii Glossis, una Μορίδες μάντεις· quod explicari nequit, altera Παντομάντειρα μοῖρα, ubi πανδαμάτειρα scribendum aut, ut aliis placet, παντοκράντειρα. Nec minus operae erit explanare, unde vetus lectio Σεμναί orta sit, quam consideranti mihi in opinionem venit, hoc interpretamentum esse vocabuli Ἴραι, adscriptum ab aliquo, qui ad adjectivum ἱραί cogitatione aberrasset; Ἴρας autem sive Εἴρας nymphas fatidicas appellatas esse, quasi dicas Ajas Locutias aut Fadas, si modo hae a fando et fatuando nomen mutuatae sunt[e]. Vocem Εἴρη et Ἴρα Hesychius interpretatur Φήμη, κληδών. Eustathius p. 1160. 35. οἱ παλαιοί φασιν ὅτι τὸ εἶρα — τὴν μαντείαν σημαίνει, unde perfacilis fuit nominis ad νύμφας μαντικάς translatio. Ceteris, quae hymni cantor de his sive Iris sive Thriis dicit,

[d] Hesychius Ἅλφιτόχρως, λευκή, πολιά.

[e] v. Menag. Origin. de la lang. franc. s. v. Fee et DuCang. in Gloss. s. Fadus. Ex Nereidibus certe ortae sunt Graecorum novitiorum Ναγαρίδες, quae etiam καλαὶ ἀρχόντισσαι vocantur, quasque Leo Allatius de Graecor. Opin. p. 159. sq. simillime ut Feas in vallibus et ad rivos puteosque tripudiis et choreis sese oblectare, juvenum formosorum amore capi, amatores dites et fortunatos reddere, offensoribus graviter irasci scribit.

Digitized by Google

aliquantulum lucis mihi afferre posse videor. Primum quod eas sub apum specie palantes inducit non mirabitur qui et Rhoeci amicam Nympham [f] et Musas ipsas — quarum tutela apes [g] — olim, quum Ionibus profectionis duces se praeberent, hanc formam induisse [h] meminerit et praeterea reputaverit quam multa cum Nymphis hae volucres habeant communia; primum quod arbores incolunt, deinde quod divinum quiddam et praesagiens futuri habere creduntur [i]. Nolo adjicere quod etiam vates Delphicae, quarum accolae fuerunt Irae Parnasiae, nomen *Μέλισσαι* habuerunt Pind. P. IV. 106. nam hoc vocabulum sive de Pythiis dicitur sive de Cereris et Proserpinae sacerdotibus, non a nomine *μέλι* sed a verbo *μελίσσω* inclinatum esse judicat Menagius ad Diog. I. c. 94. quod et analogia [k] confirmat et significatio ipsa; nam ut *Ἀρεσίδες* sive *Ἠρεσίδες* ab *ἀρέσκειν* [l] ita *Μέλισσαι* aptissime dicuntur quae *ἀπομελιλίσσονται τὸ θεῖον* [m]. Mellis vero et apum

[f] Charon ap. Schol. Apoll. II. 471. Theocr. III. 13. Creuzer. Histor. Fragm. p. 130.

[g] Varro R. R. III. 16. 7.

[h] Philostr. Imagg. II. 8. 825. Wernsdorf. ad Himer. Or. X. 562.

[i] v. Voss. ad Georg. IV. p. 805. Joseph. Archaeol. V. c. 6. *Λεβώρα προφῆτις, μέλισσαν δὲ σημαίνει τοὔνομα.*

[k] Sic ab *ἑλίσσω ἕλισσα*, ab *ἀνάσσω ἄνασσα*. v. Orion. Etym. p. 102. A praepositionibus *περί περισσός, ἐπί ἔπισσος*, (ut *μετά μέτασσος*) *ἀμφί Ἄμφισσα, ἀντί Ἄντισσα*. v. Harpocr. h. v.

[l] Minus bene nonnulli *Ἀρυσίδες* scribunt i. e. *λουτροφόροι*. v. ad Hesych. s. *Ἀδησίδες*.

[m] In Diss. de grad. Myst. ann. 1823. edita his adscripsi: „In „Aristoph. Rann. 1278. *εὐφαμεῖτε μελισσονόμοι*, perperam Melissas „significari putant; Scholiastae glossa *οἱ διανέμοντες τὰ τῆς πόλεως* „ducit 'nos ad veram lectionem *πολισσονόμοι*, quo vocabulo alibi uti„tur Aeschylus." Quae eodem loco de v. 1431. addidi ad explicandum

Digitized by Google

similitudo, nisi quis longissime repetere velit, nulla apparet in vatibus et sacerdotibus[n]. Sed Nymphae ipsae vocantur *Μέλισσαι* et vicissim apes *νύμφαι*. Hesychius: *Ὀροδεμνίαδες Νύμφαι αἱ μέλιτται*· quanquam hic in Ed. Ald. *καὶ* interponitur. Sed idem *Μελίαι*, *μέλισσαι* etc.

Cap. VI.

De Baubo et Cerere.

Haud promto animo — nec diffiteor — ad hunc locum accedo, in quo Critica experta esse videtur, quid non possit. Dux viae est Clemens Coh. p. 17. *ἀλωμένη ἡ Δημὼ κατὰ ζήτησιν τῆς Κόρης περὶ τὴν Ἐλευσῖνα ἀποκάμνει καὶ φρέατι ἐπικαθίζει λυπουμένη — — ᾤκουν δὲ τηνικάδε τὴν Ἐλευσῖνα οἱ γηγενεῖς*[a] *Βαυβὼ καὶ Δυσαύλης καὶ Τριπτόλεμος, ἔτι δὲ Εὔμολπος καὶ Εὐβουλεύς· βουκόλος ὁ Τριπτόλεμος, ποιμὴν δὲ ὁ Εὔμολπος,*

Valerii errorem, pertinacius defendere nolo, est enim res valde ambigua et ab aliis aliter habita. v. G. Dindorf. ad Aristoph. Fragm. p. 30. verum Comici nomine nequaquam Aristophanem intelligi volui sed eum, quem Scholiastes h. l. claris verbis indicat, Eupolin.

[n] Boeckhii conjecturam ad Pind. Fragm. p. 633. sciens praetereo. *Μελιτώδης* Proserpina, *Μειλιχόη* Hecate vel Empusa appellari videtur eodem genere euphemismi quo Furiae *γλυκεῖαι*, mortuorum animi manes id est boni, *χρηστοί* et *μειλίχιοι*, pariterque dii averrunci *μειλίχιοι* et *ἐπιδῶται* dicuntur. *Μηλινόη* communibus regulis repugnat.

[a] Acesodorus in Schol. Oed. C. 1051. *κατοικῆσαι τὴν Ἐλευσῖνα πρῶτον μὲν τοὺς αὐτόχθονας, εἶτα Θρᾷκας τοὺς μετ' Εὐμόλπου παραγενομένους εἰς τὸν κατ' Ἐρεχθέως πόλεμον.* Sed hic Eumelpus ipse fuit unus *τῶν λεγομένων Ἀθήνησιν αὐτοχθόνων*, ut Pausanias II. 14. Dysaulis amicos vocat. Athenarum autochthones erant Cecrops et Erechtheus, Aphidnarum Titaeus Herodo. IX. 73. aliorumque Atticae pagorum alii.

Digitized by Google

συβώτης δὲ ὁ Εὐβουλεύς. — Καὶ δὴ ξενίσασά
ἡ Βαυβὼ τὴν Δηὼ ἀρέγει κυκεῶνα αὐτῇ, ἧς δὲ
ἀναπολμένης λαβεῖν, πενθούσης γάρ ἦν, περιπλαγὴς
γενομένη ἡ Βαυβὼ, ὡς ὑπερορᾶσθεῖσα δηθέν, ἀνα-
στέλλεται τὰ αἰδοῖα καὶ ἐπιδεικνύει τῇ θεῷ· ἡ δὲ
τέρπεται τῇ ὄψει καὶ δέχεται τὸν ποτόν. — ταῦτ'
ἔστι τὰ κρύφια τῶν Ἀθηναίων μυστήρια, ταῦτά
τοι καὶ Ὀρφεὺς ἀναγράφει. Παραθήσομαι δὲ σοι
αὐτὰ Ὀρφέως τὰ ἔπη:

Ὡς εἰποῦσα πέπλους ἀνεδύσατο, δεῖξέ τε πάντα
σώματος οὐδὲ πρέποντα τύπον [b]. Παῖς δ' ἦεν Ἴακχος
χειρί τε μιν ῥίπτασκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ κόλπου.
ἣ δ' ἐπεὶ εἴδησε θεὰ, μεθύσθη δ' ἐνὶ θυμῷ,
δέξατο δ' αἰόλον ἄγχος, ἐν ᾧ κυκεὼν ἐτέκειτο.

quae ab Eusebio Pr. Ev. II. 3. iisdem omnibus verbis redhibentur. Nec tamen id absterruit Criticos quominus, quae vitiosa viderentur, emendare tentarent. In secundo versu Wakefieldius ad Lucret. IV. 1161. παῖς δ' ἦεν Ἴακχος malebat, quo modo Vossius interpretatur in Antisymb. T. I. p. 52. Da nahte der Knab' Iakchos. Hermannus οὔτι πρέποντα pro οὐδέ [*]. In tertio Gesnerus χεῖρά θ' ἑὴν ῥίπτεσκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ κόλπου vulgatam retinet Hermannus; sed in seq. scripsit ἣ δ' ἐπεὶ σὴν ἐνόησε, Wakefieldius barbare εἴδησε, Heinsius ἠπίη οὖν μεθῆσε. Vossius quid probaverit, apparet e translatione: Baubo lächelte dess, auch lächelte herz-

[b] Ἀνδρὸς τύποι Even. Epigr. XII.

[*] In literis ad me datis hoc praefert παῖς δ' ἦεν Ἴακχος, χειρί τε μιν ῥίπτασκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπόκολπος· sed postremi vocabuli auctorem sibi in promtu non esse.

Digitized by Google

lich die Göttin. Nec desunt alia consilia: τῇ δ' ἐπὶ οὖν μείδησε θεὰ χήθαυε ἐνὶ θυμῷ. Sed rationes omnes perturbat Arnobius, qui Clementis verba latine reddens secundarum partium actorem Iacchum plane omittit: Baubo accipit hospitio Cererem; sitienti adoris oggerit potionem cinnum; aversatur et respuit dea. — Tum vertit Baubo artes, ut quam serio non quibat allicere, ludibrio sum statuit exhilarare miraculis; partem illam corporis, per quam secus femineum sobolem solet prodere, facit in speciem laevigari nondum duri atque striculi pusionis, redit ad deam tristem et retegit se ipsam:

Sic effata sinu vestem contraxit ab imo
objecitque oculis formatas ingeniosus res [c],
quas cava succutiens Baubo manu, nam puerilis
ollis vultus erat, plaudit, contrectat amide:
tum dea defigens augusti luminis orbes,
tristitias animi paulum mollita reponit;
inde manu poclum sumit, risuque sequenti
producit totum cyceonis laeta liquorem.

L. V. c. 25. sq. cum Clementis narratione vehementer discrepant. Ac Salmasius quidem in Epist. ad Menag. p. 68. et Exercitt. p. 528. Arnobium culpat inscitia graeci sermonis ab Orphei sententia longissime aberrasse, atque pro παῖς ἄρ' ἦεν puer accedebat substituisse nam puerilis

[c] Scalig. ad Catal. p. 201. Anthol. T. II. 526. „res pro pudendis, ut σκεῦος, peculium."

ollis vultus erat. Quis vero sibi persuadeat Arnobium, quum cetera perspexisset, haesisse in facillimis παῖς δ' ἦεν Ἴακχος atque hinc ridiculam illam de levigato cunno historiam effinxisse? Itaque alii aut Clementem aut Arnobium a librariis corruptum crediderunt, illum Leopardus et Heinsius, quorum alter Emm. VI. 25. παῖς νηπίαχος δ' ἦν, Heinsius παιδίον ἄνθος scribi jussit et in seq. χειρί τε μιν ῥίπτασκεν ἐῇ Βαυβὼ ὑπὸ κόλπους [d]. Arnobium emendat Meursius Lect. Att. I. 15. 1046. quas cava succutiens Bacchus manu, vel, ne metrum laboret, Bacchi manu. Sed de Baccho sive Iaccho nihil legisse Arnobium ostendunt verba ejus: partem illam levigat in speciem nondum duri pusionis. Neque omnino quisquam veterum in hac causa Iacchi, daemonis mystici, mentionem injecit, qui sive est Cereris filius [e] sive Proserpinae, sive Dionysi sive Dionysus ipse, certe huic fabulae non deus

[d] Pauwii emendationes ad Anacr. p. 181. et Eschenbachii interpretationes Epigr. p. 23. perinde ineptas praetereo.

[e] Schol. Arist. Ranu. 326. συνίδρυται τῇ Δήμητρι ὁ Διόνυσος· εἰσὶ γοῦν οἵπερ φασὶν αὐτὸν Περσεφόνης εἶναι. οἱ δὲ τῇ Δήμητρι συγγενέσθαι, ἄλλοι δὲ ἕτερον τοῦ Διονίσου εἶναι τὸν Ἴακχον. Schol. Arist. p. 213. τὸν Ἴακχον λέγουσιν εἶναι Δήμητρος, τὸν αὐτὸν καὶ Διόνυσον, ἄλλοι δὲ παῖδα Διονύσου. Arrianus Alex. 16. Dionysum, Athenis cultum; cui Iacchus accinitur, Jovis et Proserpinae filium dicit, ut Schol. Eur. Orest. 952. καλλίπαις θεὰ ἡ Περσέφασσα ἡ γεννήσασα τὸν Ἴακχον. Nonnus L. XLVIII. 950. sq. Dionysi Thebani et Aurae, a Bacchis Eleusiniis educatum:

καὶ θεὸν ἱλάσκοντο μεθ' υἱέα Περσεφονείης
καὶ Σεμέλης μετὰ παῖδα,
καὶ τριτάτῳ νέον ὕμνον ἐπεσμαράγησαν Ἰάκχῳ,
Ζαγρέα κυδαίνοντες ἅμα Βρομίῳ καὶ Ἰάκχῳ.

sed hoc discrimen tollit rursus L. XXXI. 66. quum Junonem de semideo Thebano ita loquentem inducit:

Μηδὲ λάχῃ γέρας ἶσον Ἐλευσινίῳ Διονύσῳ,
μὴ τελετὰς προτέροιο διαλλάξειεν Ἰάκχου.

Digitized by Google

convenit sed aliquis Baubus alumnus vel alius autochthonis Eleusinii vernula procax[f]. Ad hunc igitur amoliendum tum illae propositae sunt conjecturae, tum nos ipsi multa tentavimus, quorum nihil successit. Baubus obscura memoria obversatur in Suidae loco s. *Δημώ*: *ἐξέπεσεν ἡ Βαβὼ τὴν Δημώ*, quod de hospitio illo dictum videtur; nec dubito quin Demo eadem sit, quae ab Epidauriis dorice *Δαμία* dicta et cum filia Auxesia consecrata est, i. e. *Δημήτηρ*, eadem *Ἄμμας* nominata et *Ἀμμοῦν*[g] a materna cura, qua tum omnes mortales amplectitur, tum Liberum Liberamque nutrivit ipsumque Demophontem dignata est. Notissima est Ceres mammosa ab Iaccho Lucr. IV. 1161. et quae huic loco apponitur Suidae Glossa *Ἴακχος Διόνυσος ἐπὶ τῷ μαστῷ*[h]

ipsumque Semelae filium cum Iaccho Eleusinio in unum confundit Sophocles Ant. 1120. quos Aristophanes in Ranis distinguit apertissime; neque unquam futurum arbitror, ut Dionysi Phrygii et Thebani discrimina accurate cognoscantur; adeo pauca sunt testimonia, adeo incertus eorum usus, quia non constat quid poetae turbaverint, quid historici opinati sint, quid a singulis testibus cogitate scriptum vel ex tempore effutitum sit. Quae res me retinuit ne in ea disputatione, quae de Zagreo instituta est, Iacchi mentionem inferrem, quum praesertim fieri possit, ut cantilenae Eleusiniae nomen ortum dederit deo Iaccho eadem ratione qua Hymenaeus, Ialemus, Crotus, Linus et alii nati sunt. Longa Sancrucii disputatio de Myst. I. 198. sq. ne scintillam quidem ad verum dispiciendum relinquit.

[f] De hoc aliquid suspicari licet ex Suidae verbis *Ἴακχος — καὶ ἥρως τις*.

[g] Hesychius: *Ἄμμάς ἡ τροφὸς Ἀρτέμιδος καὶ ἡ μήτηρ καὶ ἡ Ῥέα καὶ ἡ Δημήτηρ*. cf. Etym. M. s. *Ἄμμὰ* et *Ἀναίη*. Plutarch. Prov. Alex. XL. 1260. Zenobius, Suidas: *ἡ Ἀμαία τὴν Ἀξησίαν μετῆλθε* h. e. *ἡ Δημήτηρ τὴν Κόρην*. neque ego aut Spanhemio assentior nomen hoc a verbo *ἀμᾶν* derivanti ad Callim. H. in Cer. 137. p. 747. aut Muellero *Δαμία τὴν Αὐξησίαν* corrigenti Aeginet. p. 171. *Ἀξησία* ipsius Cereris nomen est in Anecd. Bekk. 348.

[h] Inus fortasse aut alius nutriculae, nisi ille scripsit *ἐπὶ τοῦ μυστικοῦ* scil. *Διονύσου τὸ ὄνομα λέγεται*.

Digitized by Google

quem Orpheus H. LII. 9. *ὑποκόλπιον* appellare videtur, hoc est *ἐπιμάστιον* vel *ὑπομάζιον*, quemque fortasse Horo et Jovi lactenti similem effinxerunt. Aliud nominis illius exemplum praebet Hesychius: *Βαυβώ τιθήνη Δήμητρος· σημαίνει δὲ καὶ κοιλίαν, ὡς παρ' Ἐμπεδοκλεῖ·* de quo nihil adnotat Sturzius p. 537. neque ego plus afferre possum, quam nomen Baubo cum verbo *βαυβᾶν* cognatum esse, quod de nutricularum lallis et naeniis dici solet. Illius vero Orphicae Baubus Michael Psellus meminit apud Allatium De quorund. Graec. Opinat. p. 139. *ὁ Βαβουτζικάριος προσεφθάρη τῷ βίῳ· ἔνεστι γάρ που τοῖς Ὀρφικοῖς ἔπεσι Βαβὼ τις ὀνομαζομένη δαίμων νυκτερινή, ἐπιμήκης τὸ σχῆμα καὶ σκιώδης τὴν ὕπαρξιν·* unde patet doctum monachum Orphei carmen nomine tenus nec amplius cognitum habuisse. Deinde Harpocratio narrat p. 90. *Ἀσκληπιάδης τὸν Δυσαύλην αὐτόχθονα εἶναί φησι, συνοικήσαντα δὲ Βαβοῖ σχεῖν παῖδας Πρωτονόην καὶ Νίσαν. Παλαίφατος δὲ σὺν τῇ γυναικὶ αὐτὸν ὑποδέξασθαι τὴν Δήμητρα.* Ex quo colligi potest, Eleusiniis ipsis hanc feminam ignotam fuisse. Nam Pausanias negat inter antiquos Eleusinis habitatores Dysaulen commemorari II. 14. eoque argumento Phliasios oppugnat mysteria Cereris a Dysaule Eleusinio instituta dicentes II. 14. Quae etsi omnia ad Orphici carminis intellectum nihil admodum conferant, tamen omittere nolui. Denique Gregorius Naz. Or. III. 104. (141. D.) par illi Orphei commentum de Cerere refert: *Ὀρφεὺς παρίτω* —

Digitized by Google

καὶ ἐπιβρεμέτω τὰ ὑπερφυῆ τῆς θεολογίας ῥήματα Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε etc. καὶ μηδὲ τῆς ἄλλης φειδέσθω μεγαληγορίας

Ὡς εἰποῦσα θεὰ δοιοὺς ἀνεσύρατο μηρούς.

ἵνα τελέσῃ τοὺς ἐραστὰς ἃ καὶ νῦν ἔτι τελεῖ (cod. τελεῖται) τοῖς σχήμασιν. Hic primum Gregorium accusat Clavierius ad Apollod. p. 61. quod quae Orpheus de Baubo dixerit ad Cererem transtulerit, et postremo omnes illos versus, quos Clemens affert, totamque fabulam opprobrii causa ab Apologetis confictam putat. Sed Clementem tam aperte, tam impudenter mentitum esse, nemo sibi persuadebit, qui causam ejus et tempora et adversarios mediocriter modo cognorit; quam falsa sit de Gregorio suspicio, paucis ostendemus. Cererem, ut filiam redimeret, Celeo corporis sui usum fecisse prodidit incorruptus auctor Schol. ad Aristid. p. 22. Δημήτηρ παρὰ Κελεοῦ καὶ Τριπτολέμου τὸν ἡρπακότα μαθοῦσα μισθὸν αὐτοῖς ἀποδίδωσι τῆς μηνύσεως τὸν σῖτον, πρῶτον ἀθέσμως συγγενομένη Κελεῷ τῷ Τριπτολέμου πατρί, cujus fabulae instructorem fuisse Orpheum, facile colligi potest ex aliis ejusdem generis flagitiis, quae ille impurissimus poeta diis affinxit (v. P. II. C. VII.) Neque aliorsum spectat Gregorii tecta indignatio Or. XXXIX. 625. D. οὐδὲ Κόρη τις ἡμῖν ἁρπάζεται καὶ Δημήτηρ πλανᾶται καὶ Κελεούς τινας ἐπεισάγει καὶ Τριπτολέμους καὶ δράκοντας, καὶ τὰ μὲν ποιεῖ, τὰ δὲ πάσχει· αἰσχύνομαι γὰρ ἡμέρᾳ δοῦναι τὴν νυκτὸς τελετήν — οἶδεν Ἐλευσὶς ταῦτα καὶ οἱ τῶν σιωπωμένων

Digitized by Google

ἐπόπται. ubi nefandae Cereris libidines significantur ab illo exordio ὡς εἰποῦσα θεὰ δοιοὺς ἀνεσύρατο μηρούς inductae. Nonnus Expos. in Invect. I. c. 74. p. 518. Carminis de Cerere hic est sensus, deam sublato corpore femora sua detexisse ut amasiis corporis sui copiam faceret. Quibus verbis Orpheus Cereris vim et facultatem iis a quibus expetitur in promtu esse innuit eamque paratam ad sese ipsis dandam, eosque explendos[i], unde manifesto apparet, hunc versum non de Baubo, ut Clavierius opinatur, sed de Cerere scriptum neque a Gregorio defiguratum sed sincere redditum esse. Apud alios nulla hujus fabulae vestigia reperi, nisi quod in obscurissimo Hymnorum loco[k] Cereris cum uno hospitum suorum concubitus significari videtur. Fabula ipsa excogitata est ad explicandam obscenorum jocorum causam, quibus mulieres in Thesmophoriis aliisque sui sexus solemnibus se invicem ludificare solebant, dicteriis et scurrilibus gestibus concertantes. De Aegyptiorum pom-

[i] Parili sagacitate nostri Symbolici Baubus foedissimum factum interpretantur, sed, quod cum bona eorum pace dixerim, ad intimum fabulae sensum non penetrant. Baubus enim revelatio Naturae Apocalypsis est, vulgaribus hominum sensibus intellectum sui vario rerum tegmine operimentoque subtrahentis (Macrob. Somn. l. 2.) sicut ipsa de se effatur in antiquissima inscriptione Τὰ ὄντα καὶ τὰ ἐσόμενα καὶ τὰ γεγονότα ἐγώ εἰμι· τὸν ἐμὸν χιτῶνα οὐδεὶς ἀπεκάλυψεν· sed revelatur initiatis et mysteria sua quasi contrectanda praebet.

[k] H. XLI. in Matrem Antaeam

Εὔβουλον τέξασα θεὸν θνητῆς ὑπ' ἀνάγκης

ubi si θεά scribatur, intelligi poterit filius Cereris ignotus e Dysaulis concubitu progenitus, quem Hermannus praeclara emendatione huic loco restituit.

Digitized by Google

pis nota sunt, quae Herodotus tradit II. 60. *αἱ μὲν ἀείδουσι, αἱ δὲ ὀρχέονται, αἱ δὲ ἀνασύρονται ἀνιστάμεναι.* Quo genere facetiarum quum Graecae quoque mulieres prodendi pudoris non parcissimae [1] uterentur in Cerealibus, fictus est ille *ἱερὸς λόγος*, quo exempli origo a Baubus vel Jambae facto ludicro repetebatur; nam haec quoque Celei et Metanirae aut serva aut filia deam exhilarasse dicitur *ἀχρηστολογοῦσα καὶ ἄχρηστα σχήματα ποιοῦσα.* v. Gaisford. ad Hephaest. Schol. p. 158. Eoque suspectior redditur ille palpator Iacchus, quem neque Arnobii interpretatio admittit neque aliunde cognitum habemus. Nam quod Gesnerus putat in H. Orph. L. et LII. Dionysum *ἐπάφιον* dici ab illa Baubus contrectatione, versus ipse reclamat, nec, quod Hermannus in ejus locum reposuit *ἐφάπτωρ*, prius nostrae causae adhiberi potest, quam demonstratum fuerit, Dionysum fuisse qui Baubo contrectaret. Nam ut concedamus pro *ἐπάφιος* non *ἐπιόνιος* neque aliud simile sed id quod viro summo placuit, restituendum esse, tamen non liquet, illam fuisse appellationis causam. Clemens Admon. p. 25. ait: *Διόνυσον χοιροψάλην Σικυώνιοι προς-*

[1] Lacaena quaedam filios a fuga prohibere studuit *ἀνασυραμένη καὶ ἐπιδείξασα αὐτοῖς τὴν κοιλίαν* Plut. Apophth. Lacc. p. 259. T. VIII. eodemque modo matronae Lyciae Bellerophonti supplicant. Id. de Virt. Mul. p. 275. Libidinosior Nelei filia Elegeis, *ἧς ὁ πατὴρ ἤκουσεν ἐπικροτούσης τὸ αἰδοῖον καὶ βοώσης Δίζεο δὴ μάλα εὖ θαλερὸν πόσιν* etc. Etym. M. p. 152. 48. et Gud. p. 302. Schol. Lyc. 1385. *τοὺς μηροὺς ἀνασυραμένη χλευάζουσα τὰ νυμφεῖα.* Qua in re quum verbum *ἀνασύρασθαι* proprie dicatur, prorsus incertum est, an Hesychii glossa *ἀνεσύρατο, ἐγύμνωσε* ex Orphei loco repetita sit. *Ἀνέσυρε τὰς κνήμας* Jesai. XLVII. 2.

Digitized by Google

κινοῦσιν ἐπὶ τῶν γυναικείων τάξαντες τὸν Διόνυσον μαρίαν, ἔφορον εἴσχους καὶ τῆς ὕβρεως σεβάζοντες ἀρχηγόν [m] hoc est foedae licentiae datorem, quae temulentos ad libidines incitat; unde nomen χοιρόθλιψ dicitur et κλειταριάζειν et ψαῦσαι χερῶν λειμῶνος Eur. Cycl. 168. quem locum qui legerit, epitheti illius rationem symbolicam rimari protinus desistet.

Cap. VII.

De raptu Proserpinae.

Fabulae, quam modo explicuimus, sedem et domicilium si quis quaerat, succurrit Orphei carmen *Δήμητρος πλάναι* cujus Orpheus in prooemio Argonauticorum meminit, vel *Μῆνις Δήμητρος* cujus primum versum servavit Justinus, neque non fieri potest ut idem argumentum in Theogonia tractatum sit. Pausanias I. 14. in Orphei quodam carmine, quod spurium esse judicat, Dysaulen Triptolemi et Eubulei patrem perhiberi dicit: ἔπη ᾄδεται Ὀρφέως (οὐδὲ ταῦτα Ὀρφέως ἐμοὶ δοκεῖν ὄντα) Εὐβουλεῖ καὶ Τριπτολέμῳ Δυσαύλην πατέρα εἶναι, μηνύσασι δέ σφισι περὶ τῆς παιδὸς δοθῆναι παρὰ τῆς Δήμητρος σπεῖραι τοὺς καρπούς· idem fortasse carmen significans, unde Clemens l. c. haec subjungit: βούλει καὶ τὰ Φερεφάττης ἀνθολόγια διηγήσωμαι καὶ τὸν κάλαθον καὶ τὴν

[m] Hinc sumsisse videtur Florens Christianus quae Aeschylo tribuit Fragm. Incert. CCCCXVIII. p. 258. Schuetz.

Digitized by Google

ἁρπαγὴν καὶ τὸ σχίσμα τῆς γῆς καὶ τὰς ὗς τοῦ Εὐβουλέως τὰς συγκαταποθείσας ταῖν θεαῖν, δι' ἣν αἰτίαν ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις μεγαρίζοντες χοίρους ἐκβάλλουσι, quorum postrema pars perobscura est. Salmasius ad Solin. p. 751. καταβάλλουσιν emendat; codex ἐμβάλλουσιν praebet, quod a vero proxime abesse ostendam. Primum manifestum est in sacro Cereris aliquid suibus factum esse, ejusque rei causam ab historia sacra repeti. Jam cur sues Cereri mactentur, varie narratum legimus, aut quia λυμαντικοὶ τῶν δωρημάτων τοῖν θεοῖν Schol. Arist. Rann. 341. aut quia Triptolemus, quum sevisset et sus, quod severat, effodisset, hanc duxit ad aram Cereris Hygin. Fab. 277. Aliis fortasse illud facinus, quod Ovidius verbo tangit in Fast. IV. 465.

Forsitan ille dies errori summa fuisset,
si non turbassent signa reperta sues[a]

dignum visum, quod perpetuis lueretur sacrificiis. Sed idem animal nonnulli arandi artificium monstrasse crediderunt et nomen ὕννις ab ὗς derivarunt Plutarch. Symp. IV. 5. 190. Etym. Gud. p. 540. cf. Adr. Junii Animm. p. 361. Quae omnia huc tendunt ut intelligamus in fabulis Cerealibus quasdam fuisse suum partes. Sed ad Clementis

[a] Ad haec signa reperta fortasse pertinent ἐνόδια σύμβολα, quibus Ceres prima usa dicitur. v. Siebelis. ad Philoch. p. 101. sq. Gregorius Nyss. in Ep. de Python. p. 869. A. T. I. conjungit συμβολομαντείας, ἡπατοσκοπίας, νεκυίας, ἐνθουσιασμοὺς, κατὰ κωλὰς, ἐμπνεύσεις, ubi fortasse κατακωχάς scribendum. Συμβολοδιδάκτης in Hippolyti de Charism. p. 508. T. II. Galland. exponitur παλμῶν ἑρμηνεὺς φυλαττόμενος ἐν συναντήσει λώβας ὄψεως ἢ ὀρνίθων ἢ γαλῶν ἢ ἐπιφωνήσεων ἢ παρακροαμάτων συμβολικῶν. Συμβολόμαντις Anna Comn. X. 284. C.

Digitized by Google

locum. Haec nihil lucis afferunt, in quo duae res obscurissimae sunt; primum, quod Eubulei suas τὰν Δηοῦς συνναοποιοθεῖσαν discutiant, deinde vel ipsa τοῦ παραφάγου. Prius illud ita interpretor, Eubulem, quum forte amissas sues quaereret devenisse in illam illocum, ubi Libera cum parte gregis terrae voragine rapta ipsa manserat, ipsique indicium fecisse Cereri, quae per eandem hiatum ad Orcum descendit, ut dicitur in Orphei H. Κλῦθι — ἀπρήκτοις κραδίαισιν Ἐνοσίχθονος ἐννοσίφιλλε — unde suos recuperare facilius Eubulus dicitur, tanquam eodem delapsas. Verbum autem παραβλήδην Schneiderus in Lexico censet idem valere ac παραβλαπτειν, hoc autem quid sit non explicat. In Pausaniae loco IX. 8. quem apponit τὸ δὲ ἄλλο (in quodam Cereris Liberaeque sacro) τὰ ἐς τὰ μέγαρα κωλυόμενα ἀφιᾶσιν ὑπὸ τῶν ναυκλήρων, cavernas terrae significari apparet ex sequentibus verbis quamlibet corruptis: τοῖς δὲ ἐς ταύτους τὴν ἐπωνυμίαν τοῦ ἄστεος ἔχουσιν ἐπὶ λόγῳ τῷδε ἄλλος τοῦ τις μνησιθήσεται. Patet igitur commemorari hoc loco rem plane mirabilem et cui Pausanias credere nolebat, hanc putavit: eosdem porcellos, quos Boeotii solemnibus Cerealibus in megara illa demittere solebant, altero anno post indidem rursus emergere vivos, quod ut a Boeotis crederetur, facile impetrari poterat. Haec autem sententia efficietur, si pro ἐν Δωδώνῃ, quod mea quidem opinione ferri nequit [b],

[b] Siebelis V. Cl. retinet vocem mihi suspectam, verbumque

ἀναδῦναι vel ἀναδοθῆναι reponatur. Μέγαρον veteres interpretantur ἑστίαν περιφραττομένην, diis inferis consecratam, quo in numero sunt Ceres et Proserpina, Pausanias autem quum porcos εἰς μέγαρα demersos dicit, significare videtur cavernas lacunasque terrae deabus illis sacrasi et ut plerasque loca religiosa cancellis cortis modo conseptas, unde μέγαρα dicuntur; μάγαρα enim et latine magaria sive magalia sunt cellae, septa, cortes. In ejusmodi igitur specus, quales multas per totam Boeotiam fuisse credibile est cavernosam illam altisque voraginibus suffossam eandemque Cereris et Proserpinae sacris celebrem, porci demittebantur, quo citius, ad quas deberent, pervenirent. Et hoc suspicor esse solemne illud, quod apud Plutarchum legimus cum luctu et moerore celebratum esse: Βοιωτοὶ τὰ τῆς Ἀχαΐας μέγαρα κινοῦσιν ἐπαχθῆ [*] τὴν ἑορτὴν ὀνομάζοντες de Is. c. LXIX. de quo loco variae extant doctorum conjecturae: μέγαρα οἰκοῦσι, μεγαλάρτια κινοῦσιν et aliae pariter improbabiles et supervacaneae; nam rectissime editum μέγαρα κινοῦσιν, id est conspecta Cereris deserant sive ad victimas dejiciendas sive ad faces, de quo more loquitur Pausanias L. II. 22. ἁρπάσαν ἐς τὸν βόθρον χαλωμένης λαμπάδας Κόρῃ τῇ Δήμητρος. Sed βόθρους καὶ μέγαρα, ut diis inferis sacra, conjungit Por-

ὁρᾶν supplet, se proxima aestate videre ad Dodonam illos porcellos. In quo fateor mihi obscurum esse, quomodo Potniarum accolae id quotannis Dodonae videre potuerint, loco a suis sedibus remotissimo.

[*] Num ἐν Ἀχαΐᾳ scripsit? Est certe illud non usitatum nomen.

phyrius A. N. VI. 7. Et verbum movere pro aperire, capessere dici Servius docet ad Aen. IV. 301. Moveri sacra dicebantur, quum solemnibus diebus aperiuntur [d] instaurandi sacrificii causa, estque solemnis loquutio sacra movere, orgia movere, crebro usu trita. v. Gebhard. Crepund. II. 5. 418. Burmann. ad Valer. III. 230. et ad Anthol. T. II. p. 601. cui simillimum est τὰ μέγαρα κινεῖν [e].

Hinc proficiscitur loci supra propositi lenis et perspicua emendatio: δι' ἣν αἰτίαν ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις μεγάροις ζῶντας χοίρους ἐμβάλλουσι pro μεγαρίζοντες χοίρους ἐκβάλλουσι, quod intellectu caret [f]. Hujus instituti qui causam reddere voluerunt, commenti sunt illum ἱερὸν λόγον, a Clemente relatum, cujus haec est sententia, μέγαρα ista esse simulacra chasmatis Ditis impetu

[d] Injuria Burmannus hanc vocem suspectat: Hic iterum monachi manum deprehendere licet; nam apertionis mysterium erat cerimonia, qua sacerdos accedentis ad baptismum nares et aures tangit, dicens Epheta. Hoc satis refellit Festus: Penus locus intimus in aede Vestae tegetibus septus, qui certis diebus circa Vestalia aperitur et Porphyrius Abstin. IV. 374. καὶ νῦν ἔτι ἐν τῇ ἀνοίξει τοῦ Σταφύλου ἡ θεραπεία διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος. v. Elmenhorst. ad Apulej. Met. XI. 795.

[e] Quod viri docti existimant camaras subterraneas, in quibus sacra celebrarentur, machinis quibusdam conquassatas esse, equidem dubito num mulieres tantam rem efficere potuerint. Moveri dicitur templum quum deus ad vaticinandum intrat

οἷον ὁ τῷ Ἀπόλλωνος ἐσείσατο δάφνινος ὄρπηξ
οἷα δ' ὅλον τὸ μέλαθρον!

sed nemo id humana arte effici potuisse credet.

[f] Du Theil in Diss. de Thesmophoriis Mem. Arad. Paris. Inscr. T. XXXIX. 230. locum sic reddit: On chassait du temple un porc, en imitant le patois Mégarien. Miror qui hoc Wellauero de Thesmoph. p. 44. et Muellero de Orchom. p. 159. probari potuerit.

Digitized by Google

patefacti, in quod et Divae descendissent et Eubulei porculi praecipites acti essent duraturo ad posteros exemplo. Servius ad Buc. I. 3. 105. specus, per quam descenderat Ceres in infernum filiam quaerens, mundus est appellatus. Atque is quoque qui Romae erat mundus Diti Patri et Proserpinae consecratus, non nisi tribus per annum patebat diebus; quod ipsum indicio est, locum septum fuisse instar magalium Boeoticarum. Verbum μεγαρίζειν, ut hoc in transcursu addam, actus cujusdam solemnis significationem habet in Epiphanii loco, quem nemo adhuc attendit adv. Haer. L. III. 1092. T. II. παρ' Ἕλλησι δὲ πόσα μυστήρια καὶ τελεταὶ, ὡς αὐ μεγαρίζουσαι γυναῖκες καὶ θεσμοφοριάζουσαι πρὸς ἀλλήλας διαφέρονται, ὅσα δὲ ἐν Ἐλευσῖνι μυστήρια. Pendet animi Petavius; Checozius Sopra l' idolatr. de boschi in Dissert. Acad. Corton. T. IV. p. 165. emendat μητριάζουσαι non praeter veri speciem. Pollux III. 11. μητριάζειν τὸ τῇ Μητρὶ τῶν θεῶν τελεῖν ἢ ἐπ' αὐτῇ ἀγείρειν. Porphyrius in Ep. ad Aneb. I. 29. ἐνθουσιῶσιν ὡς οἵ τε κορυβαντιαζόμενοι καὶ μητρίζοντες, quae verba repetit Jamblichus Myst. III. 9. 69. Sed Epiphanii sententiae nescio an accommodatius sit δημητρίζειν, quod apud Hesychium legitur. Ceterum tota ista, quam Clemens refert, fabula de bubulcis et subulcis et porcis dearum vestigia sequutis num ab Orpheo proposita sit propter hoc solum ambigi potest, quia apertis verbis non traditur, re autem ipsa tam similis est

Digitized by Google

antecedentibus, ut eidem, cui cetera, vindicanda videatur.

Postremo ad hoc caput referam versum Orphicum ab Etymol. Gud. p. 395. servatum: *Μίνθη, ἣν τινες ἡδύοσμον καλοῦσιν· ἔστι δὲ καλάμινθος ἄγριον ἡδύοσμον, ὅπερ λυπουμένη ἡ Δημήτηρ ἰδοῦσα ἐμίσησε καὶ ἄκαρπον ἐποίησεν· Ὀρφεύς*

Τὸ πρὶν ἐὸν μέγα δένδρον ἐπὶ χθονὶ καὶ φερέκαρπον.

Alii disertius tradunt Mentham Orci concubinam fuisse Cereris vel Proserpinae odio in fruticem versam. Strabo L. VIII. 344. *ὄρος τοῦ Πύλου πλησίον ἐπώνυμον Μίνθης, ἣν μυθεύουσι παλλακὴν τοῦ Ἅιδου γενομένην ὑπὸ τῆς Κόρης εἰς τὴν κηπαίαν μίνθην μεταβαλεῖν, ἥν τινες ἡδύοσμον καλοῦσι.* Schol. Nicand. Alex. v. 374. *Μίνθη Ἅιδου παλλακὴ ἣν διέσπασεν ἡ Περσεφόνη, ἐφ' ᾗ τὴν ὁμώνυμον πόαν ἀνέδωκεν ὁ Ἅιδης* [g], Ovidius Met. X. 730. Femineos artus in olentes vertere menthas Persephonae licuit. Paria tradunt Pollux VI. 68. et Photius s. v. Oppianus narrat Hal. III. 486. Mentham nympham Cocytiam [h] Plutonis pellicem, quum novam sponsam lacesseret, a Cerere irata oppressam esse

[g] Similem fabulam narrat Servius ad Ecl. VII. 61. Leuce Oceani filia — hanc Pluto ad inferos rapuit, quae postquam mortua est, Pluto in Elysiis campis Leucen nasci arborem jussit, ex qua Hercules se rediens ab inferis coronavit.

[h] *Κωκυτίδα Νύμφην*, rarum genus in his locis. Ab Ovidio tamen Met. V. 451. Orphne Ascalaphi mater, inter Avernales haud ignotissima nymphas praedicatur, quo in numero Mormolyce quoque Orci nutrix referri potest et Gorgyra, quae eadem Ascalaphum peperisse fertur, atque Melinoe Plutonis et Proserpinae filia Orph. H. LXXI.

Digitized by Google

Δὴ τότε μιν κλάϊζουσαν ὑπερφιάλοις ἐπίεσσι
Δημήτηρ ἀμάθυνε

quorum duo postrema verba supplendo Orphei testimonio adhiberi possunt. Fabula ipsa conjuncta est cum religione hujus plantae: *ἀπέχονται ἐν οἷς μὲν ἱεροῖς μίνθης, ἐν οἷς δὲ ἡδυόσμου* Sext. Hyp. III. 24. 184.

Cap. VIII.

Orphei symbola.

In primo libro, qui est de mysteriis Eleusiniis, breviter attigi Clementis Alexandrini locum Strom. V. 231. sq. omnium, quae de symbolico scribendi genere a veteribus dicta sunt, longe uberrimum. Hic quum in principio longae disputationis asseverasset, sapientissimos quosque et Graecorum et barbarorum sententias suas, ne cuivis clarescerent, figuris et allegoriis implicuisse multiformibus, id magna exemplorum copia approbare aggreditur. *Τοιαῦτα*, inquit, *παρ' Ἕλλησι τὰ μαντεῖα — καὶ τῶν σοφῶν κεκρυμμένων τὰ ἀποφθέγματα ὀλίγαις λέξεσι μείζονος πράγματος δήλωσιν ἐμφαίνει — καὶ οἱ παρὰ τῶν προφητῶν δεδιδαγμένοι ποιηταὶ δι' ὑπονοίας πολλὰ φιλοσοφοῦσι, τὸν Ὀρφέα λέγω, τὸν Λίνον, τὸν Μουσαῖον, Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον·* quibus adnectit Aegyptiorum symbola et Scytharum responsum quoddam figuratum atque adeo literas Ephesias ab Androcyde Pythagoreo explicatas; deinde sic argumen-

Digitized by Google

tari pergit p. 236. Ἀλλὰ καὶ Διονύσιος ὁ Θρᾷξ ἐν τῷ περὶ τῆς ἀμφάσεως καὶ περὶ τῶν τροχίσκων συμβόλου φησὶν· Ἐσήμηνεν γοῦν οὐ διὰ λέξεως μόνον ἀλλὰ καὶ διὰ συμβόλων ἕνιοι τὰς πράξεις. Διὰ λέξεως μὲν ὡς ἔχει τὰ λεγόμενα θεϊρικὰ παραγγέλματα· διὰ δὲ συμβόλων, ὡς ὅ τε τροχὸς ὁ στρεφόμενος ἐν τοῖς θεῶν τεμένεσιν εἱλκυσμένος παρὰ τῶν Κορυβάντων καὶ τὰ τῶν Θαλλῶν τῶν διδομένων τοῖς προχυτοῦσι· φησὶ γὰρ Ὀρφεὺς ὁ Θρᾷξ

Θαλλῶν δ' ὅσσα βροτοῖσιν ἐπὶ χθονὸς ἔργα μέμηλεν,
οὐδὲν ἔχει μίαν αἶσαν ἐπὶ φρεσίν· ἀλλὰ κυκλεῖται
πάντα πέριξ, στῆναι δὲ καθ' ἓν μέρος οὐ θέμις ἐστίν.
ἀλλ' ἔχει, ὡς ἤρξαντο δρόμου, μέρος ἶσον ἕκαστον.

Οἱ Θαλλοὶ ἤτοι τῆς πρώτης τροφῆς σύμβολον ὑπάρχουσιν ἢ ὅπως ἐπίστωνται οἱ πολλοὶ τοὺς μὲν καρποὺς δι' ὅλου θάλλειν καὶ αὔξεσθαι διαμένοντας, σφᾶς δ' αὐτοὺς ὀλίγον εἰληχέναι τὸν τῆς ζωῆς χρόνον, τούτου χάριν δίδοσθαι τοὺς θαλλούς· ἴσως δὲ καὶ ἵνα ἐπίστωνται, ὅτι, ὡς αὖ οὗτοι καίονται, οὕτως καὶ τοὺς εἰς τοῦτον τὸν βίον (ἥκοντας) ταχέως ἐκλιπεῖν. Vana sine dubio interpretatio neque ad explicandum Oschophoriae et Dendrophoriae usum omnibus fere pompis adhibitum necessaria[a]. Sed ille saltem intelligebat, quae scribe-

[a] Athen. VII. 276. B. ἠρώτησεν Ἀραινόη τὸν φέροντα τοὺς θαλλούς etc. Vespasiano Serapia adoranti offert aliquis verbenas coronasque ut illic assolet Sueton. c. VII. 2. Absinthio ἀντὶ θαλλοῦ οἱ Ἰσιακοὶ χρῶνται Dioscor. III. 27. p. 147. id est pro adspergillo. v. Millin. Monum. Ined. T. I. 189. Is χύτλος dici videtur ap. Hesych. s. χύτλασον· χύτλος δὲ κρατὸς (s. δίκρανος) ὄσχος εὔσσους παρῆν. Cf. Fabrett. ad Col. Traj. p. 164. Lomeier. De lustrat. p. 288. Wernsdorf. Poett. Min. T. II. p. 350. Vossius Etym. s. Thallus.

Digitized by Google

bat. Athanasius autem Kircherus in Oed. Aeg. T. III. 228. verba sine sensu et scientia declamat: Ramorum ast queis sunt hominum terrestria curae, non uno sunt facta loco in mente etc. Sunt vero ita scribenda

Θαλλῶν δ' ἴσα βροτοῖσιν ἐπὶ φρεσὶν ἔργα μέμηλεν.
οὐδὲν ἔχει μίαν αἶσαν ἐπὶ χθονός. —

Cum surculis ille negotia humana comparat sicut Homerus cum foliis: *Οἵηπερ φυλλῶν γενεή* — ad declarandam nostri generis imbecillitatem et inconstantiam, vulgo illam et ab Orphicis quoque deploratam (v. C. III.). Reliqua Clementis oratio huc decurrit: *Χρησιμώτατον ἄρα τὸ τῆς συμβολικῆς ἑρμηνείας εἰς τὰ πολλὰ — — ναὶ μὴν ἡ στοιχειωτικὴ τῶν παίδων διδασκαλία τὴν τῶν τεττάρων στοιχείων περιείληφεν ἑρμηνείαν· βέδυ γὰρ τοὺς Φρύγας τὸ ὕδωρ φησὶ (Δίδυμος) καλεῖν, καθὸ καὶ Ὀρφεύς*

Καὶ βέδυ νυμφάων καταλείβεται ἀγλαὸν ὕδωρ.

Postremo Epigenis mentionem facit ὃς ἐν τῷ περὶ τῆς Ὀρφέως ποιήσεως τὰ ἰδιάζοντα παρ' Ὀρφεῖ ἐκτιθέμενός φησι *Κερκίσι καμπυλόχρωσι τοῖς ἀρότροις, Στήμοσι δὲ ταῖς αὐλαξι, Μίτον δὲ τὸ σπέρμα ἀλληγορεῖσθαι καὶ Ἄκρυα Διὸς τὸν ὄμβρον δηλοῦν, Μοίρας τε αὖ τὰ μέρη τῆς σελήνης, τριακάδα καὶ πεντεκαιδεκάτην καὶ νουμηνίαν. διὸ καὶ Λευκοστόλους αὐτὰς καλεῖν τὸν Ὀρφέα φατὸς οὔσας μέρη. πάλιν Ἄνθιον μὲν τὸ ἔαρ διὰ τὴν φύσιν, Ἀργίδα δὲ τὴν νύκτα διὰ τὴν ἀνάπαυσιν, καὶ Γοργόνιον τὴν σελήνην διὰ τὸ ἐν αὐτῇ πρόσωπον, Ἀφρο-*

Digitized by Google

δίτην δὲ τὸν καιρὸν καθ' ὃν δεῖ σπείρειν, λέγεσθαι παρὰ τῷ Θεολόγῳ. Ταῦτα (f. τοιαῦτα) καὶ οἱ Πυθαγόρειοι ᾐνίσσοντο, Φερσεφόνης μὲν κύνας τοὺς πλανήτας, Κρόνου δὲ δάκρυον τὴν θάλασσαν p. 237. (571.). Haec ostentui sint, quanto tutius peccet, qui nullis, quam qui invalidis utatur argumentis. Nam si Clemens testibus omissis judicii sui summam breviter exposuisset, credere liceret virum perdoctum perque eruditum habuisse, quas sequeretur, rationes copiosas gravesque, posteaquam exemplis agere coepit, operam perdidit omnemque causam funditus evertit. Equidem certe, etsi hunc locum ab omnibus, qui de sermone prisco scripsere, certatim laudari non sum nescius, tamen paucos aut potius vix ullum existimo reperiri, qui de singulis interrogatus argumentis, non responsurus sit, sibi nullum placere. Sed primum quaeramus de exemplis ab Orpheo petitis.

§. 2.

Quod igitur Orpheus aratra κερκίδας καμπυλόχρωτας dixit, et semen μίτον, sulcos vero αὔλακας, est haec non inelegans comparatio operis textorii cum agro cancellatim sulcato, aratri cum radio tramas staminis percurrente subtemenque panucleo involutum inserente, profecta illa, ut videtur, a similitudine verborum ἀροῦν et φαροῦν [a] unde etiam ἄβρωμα et ἀφάβρωμα (id est, φάρος) derivanda arbitror. Neque tamen Orpheus meta-

[a] Hesychius Φαροῦν, ἀροτριᾶν. cf. ἀφάρωτος.

Digitized by Google

phoris illis confertim, ut a Clemente referuntur, usus videtur, sed alio loco radium cum aratro transversum acto, alio rursus stamina cum sulcis rectis et licia subteminis cum semine in obliquum jacto comparavit, nam unum cum altero consistere eodem loco nequit. De lectionis autem integritate neque Valckenarius dubitat Diatr. de Aristob. p. 77. neque Hemsterhusius, qui adeo in Auctar. ad Hesychium hujus Grammatici Glossam *Καμπυλόχοισι, ἀρότοις·* ex Orpheo sumtam et eodem modo corrigendam putat *Καμπυλόχρωσιν ἀρότροις.* Mihi vero Hesychius, si hoc e fonte hauserit, e puro hausisse veramque lectionem servasse videtur. Nam *καμπυλόχρως,* si ita Orpheum scripsisse putemus, pro simplici *καμπύλος* accipiendum erit, quod haud facile admitti potest; nam quod *αἰολόχρως* interdum pro *αἰόλος* et *ἀλλόχρως* pro *ἀλλοῖος* dicitur [b], nequaquam simile est. Deinde *κερκὶς καμπύλη* nimis late patet, nec solum vomeris uncum, quem Hemsterhusius procul dubio intelligi vult, sed etiam sicam, dentem occae, pectinis radium et quidlibet aliud isto modo formatum significare potest; quo ambiguitatis vitio etiam *καμπυλόδουσι* laboraret, si quis vellet ita scribere, ut dens uncus aratri apud Virgilium [c]. Sed hoc incom-

[b] In Empedoclis versu, quem ad Phryn. p. 609, attigi, Wakefieldius ad Lucret. III. 613. emendat *ἀλλόχρωτι.* Homerus Od. II. 366. *ἀλλογνώτῳ ἐνὶ δήμῳ.*

[c] *Ἀγκύλοις ἀρότροις* Moschio Stob. Ph. I. 9. 242. Lex. Tetrabas. in Fabric. Bibl. Gr. T. VII. p. 646. *εἰς τὸν ὀδόντα, εἰς τὸ ἄροτρον.* Ceterum nulla pars aratri vocatur *κερκίς.* Pollux cujus te-

Digitized by Google

modo vacat *καμπύλοχος*, aptissimum aratri rotis impositi epitheton, quo a radio sive *κερκίδι* proprie sic dicta distinguitur. Et solent poetae, quum nomen aliquod audacius transferunt, adjectivum addere, proprium ejus rei, ad quam illud transfertur, alienum ab ea, unde transfertur. Sic Pindarus Nom. VIII. 25. hymnum epinicium vocat *μίτραν καναχηδὰ πεποικιλμέναν*, encomium, quo Dinidis familiam falcit, *λάβρον λίθον Μοισαῖον* Nem. VIII. 80. Achaeus Hyades Maenades coelestes. Hesychius: *Ἔναστρος ὥστε Μαινάς· Ἀχαιος. ἀντὶ τοῦ Ὑάς· τὰς γὰρ Βάκχας Ὑάδας ἔλεγον·* ubi multum errat Kusterus Maenadem *ἀστρόβλητον* i. e. sideratam sive furore percitam intelligens; id ipsum caverat poeta apposito eo epitheto, quod nisi de stellis dici non potest. Aeschylus ap. Athen. XI. 491. A. Pliades *ἀπτέρους πελειάδας* appellat, Euripides chorum *ἄπτερον ὄρνιν* Iph. T. 1065. Chaeremon Athen. XIII. 608. E. pratum *στρατὸν ἀνθέων ἄλογχον* [d]. Leonidas Epigr. XLV. ficus *ἀπύρους ἀκόλους*, alius poeta apud Eustath. p. 787. cutem *ἀσπάθητον χιτῶνα*.

stimonio hoc probare studet Stephanus in Thes. p. 5316. ed. nov. nihil aliud dicit, quam paxillum seu cuneum (*κερκίδα*) cui superior cohi pars per jugi foramen (*συμλίχη* dicitur a *σμίλη* i. e. *γλυφή*) transmissa illigatur, *ἔνδρυον* vocari. Huic respondet *ἄδρυον*, paxillus in summo temone fixus, cui altera cohi extremitas circumplicatur vel annulo immisso suspenditur. Hesychius: *Ἄδρυα οἱ ἐν τῷ ἀρότρῳ στῦλοι*, id est styli, cunei temoni infixi, ut patet ex hac Glossa: *Ἔστωρ, σφὴν, ἔμβολος, γόμφος, στῦλος, ἐν ᾧ ὁ ζυγὸς προσδεῖται.* Falso Schneiderus *ἔνδυον* et *ἄδρυον* eundem paxillum denotare putat. Nihil afferunt Graevius in Lectt. Hesiod. c. XI. et Mongez Sur les instrumens de l'agriculture p. 634. in Mem. d'Instit. Class. Hist. T. II. Scheffero non admodum uberior.

[d] In seqq. dudum correximus *ὑπνωμέναι* vel *ὑπνούμεναι* pro *ὑπτώμεναι* et *ἔρσαις* pro *Πέρσαις*.

Digitized by Google

Eoque pleraque pertinent, quae Blomfieldius enumerat ad Prometh. p. 177. alpha intensivi, ut putant, exempla. Demetrius Phal. de Eloc. c. 86. *ἔνιοι δὲ καὶ ἀσφαλίζονται τὰς μεταφορὰς ἐπιθέτοις ἐπιφερομένοις, ὅταν αὐτοῖς κινδυνώδεις δοκῶσιν, ὡς ὁ Θέογνις τὸ φόρμιγγα ἄχορδον ἐπὶ τοῦ τόξου*, pro quo olim *ἄχορον* scribendum putavi, quia arcus *ἄχορδος* non est, sed idem exemplum proponit Aristoteles a Schneidero allegatus. Sic etiam Orpheum arbitror, quum radii nomen ad aratrum transferret ut animos legentium a proprio intellectu abduceret, *κερκίδα καμπύλοχον* vocasse, hoc est *καμπυλότροχον*, quo facto nemo dubitare poterat, quemnam radium intelligi vellet; *καμπύλον ὄχημα* dixit Aeschylus Suppl. 118.

§. 3.

Quod Orpheus imbres Jovis lacrimas dixit, Clemens ipse quodammodo illustrat Pythagoreorum exemplo; cur tres lunae vicissitudines *Μοιρῶν* nomine insigniverit, neque obscurum est, neque clarius fit Spanhemii adnotatione ad Callim. H. in Dian. v. 22. Lunae cognomen *Γοργόνιον* Lanzius in Saggio della ling. Etr. T. II. p. 81. confert cum Populoniae numis, Gorgonis capite insignitis, quo Eckhelius orbem lunarem denotari putat, cum allusione ad urbis nomen Pupluna. Nomen *ἄνθιον* integre scriptum esse non praesto[a] sed significatio patet; neque cetera ex-

[a] Notum est *φρέαρ ἄνθιον*, *Διόνυσος Ἄνθιος*, Juno *Ἀνθεία*

Digitized by Google

plicationis indigent. Alias quasdam loquutiones symbolicas affert vetus Artista in libro Magischer Edelstein, quem Schroederus denuo edidit in Neue Sammlung der Bibl. für die höhere Naturwissenschaft T. II. p. 234. Deswegen von den urältesten Philosophen und dem Orpheo die Sternenblumen der Himmelsfesten, und die Blumen irdische Sterne seynd genandt worden. Num ficta ab homine vano illa exempla dicemus an Graeci cujusdam philosophi libro excerpta? Sunt certe Orphicis perquam similia. Sed ad haec illustranda et ad cognitionem totius causae a Clemente susceptae nihil aptius erit, quam si singula symbolicae dictionis specimina ab hoc proposita percurramus et ad suum quodque genus revocemus. Primum igitur de oraculis videbimus quid statuendum sit, unde Clemens ipse sermonem orditur his verbis *αἱ προφητεῖαι καὶ οἱ χρησμοὶ λέγονται δι' αἰνιγμάτων.*

§. 4.

De oraculorum obscuritate primus mentionem infert Heraclitus, qui breviter et rhetorice: *ὁ ἄναξ ὁ ἐν Δελφοῖς οὔτε λέγει οὔτε κρύπτει, ἀλ-*

etc. *Παλινάνθιος* dici potest ut *ὁμέθνιος*, cujus altera forma *ὁμόεθνος* extat sicut *φίλετνος* Anecd. Bekk. p. 70. et *πολύγλευκος, ἄξιφος, εὔερος*. neque Boeckhio Adn. Crit. ad Pind. Nem. I. 13. assentior *χαλκέντεος* esse contra analogiam sermonis; nam similiter *εὐτείχεος* dicitur et *ἀτείδεος*. Priorem formam excusant *μελάνθιον* herbae nomen et *Μελάνθιος* viri.

Digitized by Google

λὰ σημαίνει [a]. Non semper quidem; nam fuit etiam, quum Pythius verbis claris, quid facto opus esset, praeciperet; sed plerumque tamen aut locorum hominumque homonymia sese tutatus est, aut id, de quo interrogatus esset, tam eventurum esse dixit, si aliud quiddam accidisset, quod quale foret nemo facile nisi expleto fatorum ordine suspicari posset. Quam ad rem illud insidiosum oraculorum exordium Ἀλλ' ὅταν excogitatum est [b]. Verum haec in re non in verbo posita ambiguitas Clementis causae nihil prodest. Num sermonis genere usus sit deus flexiloquus devio et ignorabili, id esse a nobis quaerendum atque explicandum videtur.

Sit autem haec bipartita quaestio; ac primum quidem de figurarum licentia, secundo loco de verborum novitate et insolentia dicetur, subjectis utriusque partis exemplis, quae utrum vera sint et authentica an ad veritatis similitudinem conficta a scriptoribus, ad quaestionem nostram non multum interest. Prioris generis specimen praebent duae sortes, una Ergino edita:

Ἰστοβοῆι γέροντι νέην ποτίβαλλε κορώνην

altera Aegeo:

Ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα πόδα, μέγα φέρτατε λαῶν,
μὴ λύσῃς.

quorum neutrum consultoribus obscurum esse

[a] Plutarch. de Pyth. Orac. c. XXI. 282. T. IX. Jamblich. Ep. ad Dexipp. in Stob. Serm. LXXIX. 471.

[b] v. Herod. I. 25. III. 57. VII. 77. Paus. II. 20. IX. 17. Lucian. Peregr. §. 30. p. 293. T. VIII. Jup. Trag. §. 31. p. 260. T. VI. Eunap. Exc. p. 263. ed. Maj. Ammian. Marc. L. XXXI. c. 1.

Digitized by Google

poterat, si modo propositae a se quaestionis meminissent, quum praesertim Graecis consuetum sit vocabula ista *χορώνη* [c] *ἀσκός* vel *θύλακος* [d] et *ποδεών* [e] ad eas partes corporis transferre, quas oraculi auctor intelligi voluit. Quo magis inducor ad credendum, Pythiam seu quicumque demum has nequitias feminae castissimae inspiravit, non obscure sibi sed significanter ornateque loqui visum esse. Ornandae autem et figurandae orationis studium tantum abest ut a prisci sermonis simplicitate abhorreat, ut nihil potius sectentur ii, qui in dicendo non artis praecepta sed liberum animi impetum sequi solent. Quare plebejus sermo non Scytharum solum, quos Clemens nominat, aut Celtarum, quos Diodorus [f], sed omnium omnis memoriae gentium tropis et figuris abundat, neque non nostri de plebe homines, si faceti esse volunt, obliquis inter se sententiis jaculari et verbis per similitudinem translatis ludere gestiunt, non ulla obscuritatis affectatione, sed quia ingeniosi videtur et oblectat rerum distantium cognationem celeriter comprehendere posse et, tanquam e silice scintillam, sic latentem in abdito similitudinem excutere [g]. Apollo autem, quum Spartanos juberet progeniem Herculis ex

[c] v. Hermann. Comm. de Danaid. p. 8. Opusc. II. 327. sq.

[d] v. Gataker. ad Anton. L. VIII. 37. p. 251.

[e] Jacobs ad Anthol. Vol. II. P. II. p. 89.

[f] L. V. 31. *εἰσὶ βραχυλόγοι καὶ αἰνιγματίαι καὶ τὰ πολλὰ αἰνιττόμενοι συνεκδοχικῶς.*

[g] Cic. de Orat. III. 39. omnes translatis magis delectantur et alienis quam propriis et suis etc.

Digitized by Google

hostico domum revocare, sin secus facerent, ἀργυρέᾳ εὐλακι εὐλάξειν Thucyd. V. 16. quid aliud quam metaphora usus est, trita fortasse sermone populari, aut tritis simili [h] certe ad interpretandum non difficillima, ad summum ita comparata, ut, si paullo insolentius ad aures hominum accideret, hoc quasi aculeo languentes animos excitaret atque erigeret; quod ipsum nisi deo delphico propositum fuit, ut putat Jamblichus [i], certe sua sponte consequutum est. Namque res ita se habet, quomodo Hieronymus dicit Opp. S. V. p. 170. ut aliquid per allegoricam significationem intimatum plus moveat, plus delectet, plus honoretur, quam si verbis propriis diceretur apertissime. Allegoricum autem dicitur, quidquid a vulgari et simplici ratione deflexum est, quam sequi per omnia nec licet nec libet non eruditis solum sed ne vulgo quidem. Quid? ille Gylippi servulus, qui Ephoris de imminuta argenti summa satagentibus locum, in quo dominus pecuniam atticam absconditam habebat, sic indicavit ut diceret ὑπὸ τῷ κεράμῳ κοιτάζεσθαι πολλὰς γλαῦκας Plutarch. V. Lys. c. XVI. 151. T. III. nonne Pythiae more modoque loquutus est? Atqui ille argutus potius quam obscurus videri voluit. Similiter ergo Py-

[h] Oraculum Philippo editum Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου καὶ πάντα κρατήσεις memorat Suidas. Ἀργυρέα λιμός exponitur a Paroemiographis.

[i] Ap. Stob. LXXIX. 471. ὁ ἐν Δελφοῖς θεὸς οὔτε λέγων καθ' Ἡράκλειτον οὔτε κρύπτων ἀλλὰ σημαίνων τὰς μαντείας, ἐγείρει πρὸς διαλεκτικὴν ἀνερεύνησιν τοὺς ἐπηκόους τῶν χρησμῶν, ὑφ' ἧς ἀμφιβολία καὶ ὁμωνυμία ἐκρίθησαν.

Digitized by Google

thiam judico, si quid isto modo pronunciavit, non tenebras sed lucem rebus afferre nec tam deludere eos, qui audirent, quam delectare voluisse. Sed de sententiarum conformatione satis, videamus de verbis.

Plutarchus, posteaquam illud ab Heraclito dictum retulit, plura ad confirmandam ejus sententiam affert verborum Pythiorum exempla; Spartanos in quodam oraculo ὀφεοβόρους [k] appellatos esse, Delphos πυρικάους [1] fluvios autem ὀρεμπότας, viros ὀρεάνας, quorum postremum tam obscurum est ut deus ipse divini carminis auctor artisque conjecturalis princeps, si ita scriptum offenderet, haereret fortasse non minus quam

[k] Ἐν τῇ καθόδῳ τῶν Ἡρακλειδῶν ἐπὶ τὴν Λακεδαίμονα στρατεύοντες μετ' Εὐρυσθένους καὶ Προκλέους ἐν ἀπορίᾳ τῶν ἀναγκαίων ὄφεις ἔφαγον Porphyr. Abst. I. 24. et hanc ob causam Pythiam Lacones ὀφιοδείρους nominasse auctor est Aristoteles Mirab. Ausc. XXIII. Haec jam Meursius contulit Misc. Lacc. III. 52. sed quomodo posterior lectio ad rem quadret, non docuit. Quadrat ὀφιοθῆρας vel ὀφιοδαίτας, duplicata, si numeris heroicis inclusum fuit oraculum, consona prima. Quae res praecepti cujusdam a Phrynicho proposiți memoriam commovet, qui adjectivum σικχός Atticis abjudicans recondidiorem quandam rationem sequi videtur. Etenim Attici raro tenues duplicant, medias nunquam, aspiratas rarissime praeterquam in nominibus propriis Σαπφώ, Ἀθής, Πιτθεύς, Βάκχος. Sed ex aspiratis nullas nisi dentales geminari scio, idque uno exemplo τίτθη, nam τυτθός, quamvis Aeschylus usurpat, atticum non magis est quam κάδδος. Labialium vix aliud exemplum erit praeter κέπφος, quod in propriis adnumerari licet; neque plus uno in gutturalium classe σακχυφάντης, quanquam hoc compositum est nec convenit attico σάκος. De κροκυφάντης adhuc ambigo. Praeter σάκκος Etym. M. tria offert quae kappa geminent λάκκος, κόκκος, μάκκος (unde μακκοῦν et latinum maccus) omisso glossematico λοκκός. Attica non sunt ἴακχή, σύκχος, κάκχασος, σικχός et quae hinc ducuntur (ut σικχανθέντες Schol. Rann. 442. male vulg. συγχανθέντες). Veteres Latini Graccus, Boccus scribebant, quod remansit in nomine s'occus.

[1] Is, credo, erat divinae curiae stylus, ut singulae gentes suo quaeque nomine distinguerentur; nam Thessalos in oraculis ποικιλοδίφους dici videmus, Arcades βαλανηφάγους, Corinthios χοινικομέτρας Athen. VI. 272. B.

Digitized by Google

quilibet unus e grege Criticorum [m]. Primum quid significaret, ex historia cognosci poterat; duo reliqua ut extra vulgarem usum posita sint, tamen difficilem explicatum non habent. Ad extremum, si quid parum perspicue dictum videretur, praesto erant, qui consulentibus omnem eximerent dubitationem et errorem, exegetae Delphici, quos de ambiguis responsis in consilium adhibitos esse testatur Pausanias X. 10. 3. neque non ipsam Pythiam de eadem re bis dubitantibus adire licebat Herodo. I. 91. Anecd. Bekk. I. 11. Quid autem causae fuit, cur ea ejusmodi vocabulis uteretur, quae interprete egerent, potius quam tritis et quotidianis? Primum poetria erat, vulgarium verborum contemtrix, deinde ad patriam Delphorum dialectum sese accommodabat, quam multa propria habuisse constat. Photius et Zonaras p. 962. *Ζύγαστρον παρὰ Δελφοῖς τὸ χαρτοφυλάκιον.* Plutarchus Amator. c. XXIII. 60. T. XII. *Δελφοὶ — τὴν Ἀφροδίτην ἅρμα λέγουσιν,* id est, *ἁρμονίαν,* sicut Aeoles amorem *ἅρπυν* di-

[m] Muellerus De Dorib. T. II. 533. hoc *ὀρεάνας* cum *ἠνόρεος* componit, quod ipsum non dicitur sed femininum *ἠνορέα* in substantivum vertit ut *ἡμέρα, ἑσπέρα.* Hesychius haec suppeditat: *Ἀνόρεος ἀνδρεῖος, Ἔορες συγγενεῖς, Ηνωρ, ἄρχων, Ξυναόρων ἀνδρῶν,* postremo *Ὀρείονας τοὺς ἄνδρας.* Phavorinus *Ὀρείηνες ἄνδρες,* uterque eo ordine literarum ut appareat duas primores syllabas attentandas non esse. Albertius, qui Hesychii glossema ex oraculo illo fluxisse putat, *ὀρεστέρους* significari opinatur, sed quid *ὀρείονας* sit, tacet, utrum contractum ex *ὀρεονάους,* an ab *ὄρειος, ὀρειάν,* ut *νηάν,* an ab *ὄρος ὀρίων* typo *ὑποκοριστικῷ,* ut *πορφυρίων, μαλακίων, ἁλμίων, χλωρίων, ἀκανθίων* etc. Nec facile res dijudicari poterit propter vocabuli ad interpretandum appositi ambiguitatem, quod et homines significat et viros et maritos. Fortasse viri ex collatione sexus imbecillioris dicti sunt aeolice *ὀρείονες,* ut mortui *οἱ πλείονες,* dii *οἱ κρείττονες.*

Digitized by Google

cebant et Ἅρμη (hoc accentu) ab Hesychio σύνοδος σωμάτων redditur [n] et vulgo ἁρθμός dicitur pro εὔνοια et φιλία. Idem: Πυρκόοι ὑπὸ Δελφῶν ἱερεῖς δι' ἐμπύρων μαντευόμενοι [o] quod ipsum Albertius cum Plutarcheo πυρικόους confert, ut ex eodem fonte petitum. Nomen τράγος, quo Pythia eam arborem denotavit, quam fere eodem modo Romani capri ficum vocitant, a Messeniis in eundem intellectum dici, demonstrat Pausanias [p]. Quem ad numerum nominum provincialium fortasse etiam ἡδύπνουν [q] adscribi licebit atque alia vocabula ignotiora oraculis intertexta, ea praesertim, quae ad assimilandam rei subjectae naturam ambitiosius ficta videntur. Hujusmodi enim vocabulis significativis dialectos plebejas undique refertas fuisse multis exemplis intelligere possumus. Hesychius: Ἀσπάλους τοὺς ἰχθύας Ἀθαμᾶνες· a palpitando, ut mihi videtur. Idem Βάβακοι· ὑπὸ Ἠλείων τέττιγες, ὑπὸ Ποντικῶν δὲ βάτραχοι. Idem Βωλώρυχα τὴν

[n] De notatione nominum εἰς μη satis leviter egit Schol. Apollon. IV. 1677. ἄρμη legitur etiam ap. Quinti Paralip. XI. 361. ut χάρμη: cf. Boeckh. Nott. Critt. ad Pind. p. 558.

[o] Haec et quae paullo post apponentur topicarum dialectorum idiomata, exceptis perpaucis, omisit Maittairius.

[p] L. IV. 20. ubi pro ἐπενέλεσεν ὁ θεὸς Θεόκλῳ χρησθέντι scribendum videtur ἐπεδήλωσεν. De Partheniis narrat Dionysius Hal. Antt. XVII. 2. 103. ed. Maj. quod de Messeniis Pausanias.

[q] Hesychius: Ἡδύπνουν νεογνὸν καὶ ἁπαλὸν πρόβατον, γαλαθηνὸν, τὸ μήπω πόας γευσάμενον, ἢ ὃ Ἕρμων φησὶν ὑπὸ τοῦ Πυθίου κληθῆναι; quod dubitari posset an pro Πυθέου subrepserit, nisi alio rediret θέμησις (θέμισας) δικαιοσύνη παρὰ Πυθίᾳ. Idem Πελάνα ἡ Σαλαμὶς (quae πελασιοθρέμμων apud Aeschylum) ἐν χρησμοῖς. Bacidis fortasse aut Musaei, Medorum cladem Salaminiam praenunciantis. Sed Photius agnellum subrumum et adhuc herbae expertem etiam ab aliis ἡδύχρουν et ἡδύπνουν dici significat.

Digitized by Google

σῦν Λάκωνες. Etymol. M. p. 221. 49. et Anecd. Bekk. T. I. 230. Γαφάγας ὁ σκώληξ ὑπὸ Συρακουσίων ὃ ἡμεῖς γῆς ἔντερον. Athen. IX. 392. A. Ἠλεῖοι καλοῦσι τοὺς στρουθοὺς δειρίτας. Idem XV. 681. B. ἀμβροσίαν οἱ Κορίνθιοι τὸ κρίνον. Pollux VII. 56. Κίλλον τὸν ὄνον οἱ Ἀωριεῖς καὶ κιλλακτῆρα [qq] τὸν ὀνηλάτην, illud, puto, a motu auricularum, ut Κίλλουρος, σεισόπυγος apud Hesychium, vel a colore. Λακέτας et ἀχέτας cicadarum nomina [r] ipsa specie dorismum prae se ferunt, et clare Hesychius Λιγάναρ εἶδος (imo epitheton) τέττιγος Λάκωνες. Photius p. 249. Ὀπισθοτείλαν τὴν σηπίαν Βοιωτοί. Aelian. Hist. An. VII. 46. τὸν τέλειον λαγὼν πτῶκα φιλοῦσιν ὀνομάζειν οἱ ποιηταί, Λακεδαιμόνιοι δὲ ταχίναν [s] Schol. Lyc. 455. Χάρων ὁ λέων κατὰ τοὺς Μακεδόνας, unde Suidas Κλεωναίου χάρωνος, τοῦ χαροποῦ λέοντος. Cf. Meinek. ad Euphor. p. 110. Schol. ad Nic. Alex. 37. Ὕρακας τοὺς μύας κατ' Αἰτωλούς· fortasse ab eo, quod est ὀρύσσειν. Thebanorum dialectum propter crebrum vocabulorum translatorum usum perstringit Strattis Athen. XIV. 622. A. ὅτι δὲ καινουργοῦσι κατὰ τὰς φωνὰς οἱ Θηβαῖοι Στράττις ἐπιδείκνυσι διὰ τούτων· Πρῶτα μὲν τὴν σηπίαν ὀπισθοτίλαν, ὡς λέγουσ', ὀνομάζε-

[qq] Κιλλαγητήρ Theognost. in Bekk. Anecd. Ind. s. v.

[r] v. Schneider ad Aelian. H. An. X. 44. 337. Sturz. de Vocib. Anim. p. 177. Opusc.

[s] Hesychius Αὖροι, λαγωοί. auritos interpretatur Viscontius in Mus. Pio-Clement. T. IV. p. 55. a laconico αὖς, auris, derivans. Sed adjectivum αὖρος i. q. ταχύς, agnoscunt Grammatici, unde αὐριβάτης et πόδαυρος originem habent et nonnulli etiam καῦρος ductum putant. v. Suid. s. h. v.

Digitized by Google

τε, τὸν ἀλεκτρυόνα δ' ὀρταλιδέα, τὸν ἰατρὸν αὖ σάκταν — κωτιλάδας δὲ τὰς χελιδόνας — quanquam hi mihi non καινουργεῖν sed antiquum et oppidanum dicendi morem retinere videntur. Neque obstant, quo minus ita statuam, duo vocabula ὀρτάλιχος et κωτιλάς, a poetis quoque assumta[t]. Nam etsi hi a vulgo longe se segregant, tamen saepissime eo relabuntur, vel potius inscientes in eadem incurrunt vestigia, quoniam vulgus naturam ducem sequitur, poetae artem naturae imitatricem; eoque evenit, ut verbum aliquod aut metaphora, quae in poeticis jugis nata et alta videatur, eadem in plebeji sermonis commerciis tacite gliscat. Idque tum saepe alias animadvertitur, tum maxime in hoc genere vocabulorum factitiorum. Duo sunt animalia diversi inter se ingenii sed pari celebritate morum et ob hoc ipsum nominibus multis variisque insignita, vulpes, inquam, cujus nomina plurima collegit Albertius ad Hesych. s. Σκαφώρη, a pluribus fortasse animalibus, quae veteres vulpis nomine comprehendunt, repetita [v] et asinus qui permultis modis appellatur: ὀγκηστής sive βρωμητής et μεγάμυκος (Suid.) a ruditu[w] μέμνων a patientia Poll. IX. 48. μύκλος a salacitate Hesych., a vapulando ἀείδαρος seu γαείδαρος, in Graecitate media, quae fere tota linguae rusticae faecibus

[t] v. Jacobs ad Anthol. Vol. III. P. I. 58.

[v] v. Millin. Monum. Ined. T. I. 355.

[w] Upton ad Epict. Diss. I. 18. 20. p. 222. Schweigh. Gataker Advers. III. 420.

Digitized by Google

constat; eundem Latini cillum et ancarium id est bajulum, nostri Aesopi modo auritum appellitant, modo a colore murino nomen ducant. Quae omnia quis non intelligit quanto expressiora sint quantoque illustriora quam haec legitima nomina, quibus in libris utimur et in orationibus? Hinc et poetae talia cum vulgo participant, asinum verbi causa ὀγκηστήν cum illis vocantes. v. ll. cc. et alia eodem modo. Hesiodus ut pro cochlea φερέοικος, pro formica ὖδρις usurpavit, ita polypum exossem, manum quinqueramem transnominavit, quorum utrumque in vernacula dialecto radices habuisse indicant graecus interpres: ἀνόστεος ἰδίως τὸν πολύποδα Λακεδαιμόνιοι, et Hesychius Ἐμῇ πεντόζῳ, quod certe ex oratorum scriptis excerptum non est. Similiter ubi Pindarus taurum κραταίποδα vocat Ol. XIII. 111. vetus adnotator, οὕτως, inquit, Δελφοὶ ἰδίως τὸν ταῦρον· Aristoteles de Mirab. c. CXLIV. κατὰ γλῶσσάν ἐστι τῶν Περραιβῶν τὸ αἱμάξαι φοινῖξαι· quo in carminibus nihil frequentius est. Homo Spartanus, unus illorum qui expugnata Pylo in hostium potestatem venerant, quaerenti cuidam εἰ οἱ τεθνεῶτες αὐτῶν καλοὶ κἀγαθοί; respondit sententiose pro more gentis severeque, πολλοῦ ἂν ἄξιον εἶναι τὸν ἄτρακτον (λέγων τὸν οἰστόν) εἰ τοὺς ἀγαθοὺς διεγίγνωσκε Thucyd. IV. 40. poetico ille vocabulo usus eodemque vernaculo. Et eandem fusi similitudinem intuens Solon (nisi Sophistae inventum est) axes suos sive tabulas juris, ad quas unumquemque se compo-

Digitized by Google

nere oporteret, *ἀνάγκης ἄτρακτον* vocavit; in quo Tayloro Lectt. Lys. c. X. 295. symbolicam Aegyptiorum sapientiam aemulatus, mihi naturam sequutus videtur, multorum ducem. Adde his Latinos poetas, qui quum vulgaribus nominibus Sol, Canis, Bos, Equus alia substituunt, ex rebus ipsis expressa, Radians[x], Latrans, Bicornis, Aeripes, Lanata, et similia, certe non obscurare orationem sed potius illuminare voluerunt. Quanquam res nonnunquam in contrarium vertit, vix evitabili ambiguitatis errore, quoniam nulli uni rei quidquam tam proprium est, quin etiam in aliis reperiatur. Nomen *δασύπους* jam olim controversum fuit, quodnam genus denotaret. v. Nott. ad Poll. V. 68. Bochart. Hieroz. III. 32. 405. Rosenm. *ταχίνης*, ut Hesychius tradit, tam cervus quam lepus dicebatur; nomen *κνηκίας* et lupo convenit et vero etiam equo.

§. 5.

Hinc ad Pythiam redeamus, quae eodem dicendi genere figurato delectata est. Tryphon de Tropis in Mus. Crit. Cantabr. T. I. p. 47. ubi de aenigmate disputat, post oraculum Alexandro Molosso editum, quo jussus est *Φυλάξασθαι τὸν κηρόεντα*, haec adnectit: *Κατὰ δὲ γλῶσσαν (αἴνιγμα γίγνεται) ὅτε τὴν μὲν θάλατταν εὐρυγάστορα λέγει, τὴν δὲ Ἀθηναίαν μαρμαρῶπιν, τὸν δὲ μῦν*

[x] v. Muret. Varr. Lectt. XI. c. 9. Similiter nutrices pro mammae, mordices pro dentes.

Digitized by Google

δολιχοῦρον. quae exempla nescio an omnia, primum certe ex oraculo repetitum est. Maximus Tyr. XXXV. 7. 174. ὁ Ἀπόλλων τὸ ξύλινον τεῖχος λέγει καὶ τὸν στενυγρὸν ἰσθμόν etc. ubi Davisius apponit luculentissimum Eusebii locum Pr. Pr. Ev. V. 20. ex Oenomai libro depromtum, cujus summa haec est, Aristomacho sciscitanti, qua via Heraclidae in Peloponnesum redire possent, responsum esse

Νίκην σοι φαίνουσι θεοὶ δι' ὁδοῖο στενυγροῦ,

cujus vocabuli ambiguitate delusum illum iter per Isthmum fecisse conatu irrito, postea autem Temeno fraudem patri factam querenti Apollinem ita se excusasse, ut per ὁδὸν στενυγρήν non Isthmum sed fretum a se significatum diceret: *οὐ κατὰ γῆν λέγω στενυγρὴν ἀλλὰ κατὰ τὴν εὐρυγάστορα,* quod oraculum Muellerus non Pythiae ore fusum sed ab aliquo Tragicorum poetarum effictum putat, multum ille molitus ut versuum jambicorum quandam similitudinem efficiat[a]. Quem-

[a] De Dorib. T. I. p. 57. Primum si meris jambis constaret Apollodori oratio, tamen non sequeretur e Tragoedia excerptam esse, quum multa oracula his numeris constent, subditicia fortasse, sed antiqua tamen. Deinde vulgares quidem scriptores pro oraculis ipsis versus, quibus a Tragicis inclusa sunt, nonnunquam afferunt, sicut Alexander Aphrod. de Fato XXXI. 96. et Schol. Aesch. S. c. Th. Argum. sortem Lajo editam Euripidis verbis referunt, sed quis credat Oenomaum, hominem acutissimum, quum dedita opera prophetarum fraudes excuteret, exemplo vano et fictitio usum esse? Postremo quod praecessit oraculum *Νίκην σοι φαίνουσι*, ostendit hoc quoque heroicis numeris compositum fuisse, quos, si quis conjecturae aleam adire velit, facile restituet

Οὐ γαίης, γενεῆς δὲ μένειν καρπὸν τρίτον εἶπον.
στενυγρὴν δ' ἐνοεῖν εὐρυγάστορα οὐ κατὰ γαῖαν.

id est angustias maritimas non terrestres intelligi volebam. Theodoretus Therap. X. 938. Ἀριστόμαχος οὐ νενοηκὼς τὴν στενυγρὴν, τὸν μὲν πορθμὸν καὶ τὰς τριήρεις κατέλιπε, διὰ δὲ τοῦ ἰσθμοῦ προσλα-

Digitized by Google

admodum vero Pythia pro *θάλασσα* maluit *εὐρυγάστωρ* dicere, ita elegantius se facturam putavit si rubum caninum, quem vulgus *κυνὸς βάτον* vel *κυνόσβατον* (Eustath. p. 1822. 17.) vocat, figurate *κύνα ξυλίνην* transnominaret in oraculo Locris dato Plutarch. Quaest. Graecc. c. XV. 586. T. VIII. Athen. II. 70. E. Eadem Cretenses jussit domicilium collocare *ὅπου ἂν οἱ γηγενεῖς αὐτοῖς ἐπιθῶνται*, mures significans. v. Strabo XIII. 604. Aelian. H. An. XII. 3. Neleo autem et Medonti super imperio consulentibus respondit *τὸν πρῶτον θύσαντα, ἔνθα ἂν ὁ σίαλος τὸν σίαλον τρίβει, λαβεῖν τὴν βασιλείαν* Schol. Lyc. 1378. et Schol. Aristid. p. 32. nomen *σίαλος*, cujus vis in *δᾳὰς σίαλος* et *ὗς σίαλος* [b] et maxime in *ἀμύγδαλα σιγαλόεντα* [c], ut apparet ad eam arborem transferens, quae et est et dicitur prae ceteris *λιπαρή* et *πιαλέη*, sicut succus bacae expressus *πῖαρ ἐλαίης*. Patet igitur universum genus vocabulorum, quamvis publici usus luce caruerit, tamen non obscuritatis causa a Pythiis introductum sed in communi consuetudine omnium, qui proprie et expresse loque-

βὼν (scr. *προάγων*) *τὸν βίον κατέλυσε*. Si quis vero *εὐρυγάστορα* versum intrare negat, primum respondebo poesin sacram neque olim legibus metricis inserviisse neque nunc adstrictam teneri, deinde fieri posse ut hoc a scriptoribus substitutum sit minus noto *ἐριγάστωρ*, quod ab Hesychio affertur: *Ἐριγάστορ, μεγαλογάστωρ*, corrupte quidem, ut *ἐρύμυκος* saepissime pro *ἐριμυκος* scribitur. In oraculo ap. Hesychium Mil. Orig. Const. c. I. *ὄλβιοι οἳ κείνην ἱερὴν πόλιν οἰκήσουσιν, ἀκτὴν θρηικίην δ' ἔνυγρον παρά τε στόμα πόντου*, praestat *στενυγρόν*.

[b] Galenus Gloss. p. 560. *σιάλου δᾳδὸς καὶ σιάλου αἰγὸς, τοῦ λιπαροῦ*.

[c] Sic Arcadicae urbis incolae modo *Φιγαλεῖς* vocantur modo *Φιαλεῖς*. v. Wessel. ad Diod. XV. 40. Siebel. ad Paus. T. III. p. 208.

Digitized by Google

rentur, versatum esse et habere illud radices suas in sermone antiquo ac populari alte defixas, neque non in quotidiana dicendi ratione innumerabilia talia volutari, quorum, quia vis vera deperiit, utimur sic ut tesseris et signis rerum non naturalibus sed positivis, velut *πελειάς, λέων, δράκων, κύων, πτώξ, μηκάδες, τραφερή, ὑγρή* et centena hujusmodi *ἀπὸ τοῦ φυσικοῦ* denominata Eustath. p. 1821. 23. quae quam apte cum rei significatae natura conveniant, nemo nisi admonitus reminiscitur.

§. 6.

Ob hanc vero sermonis figurati frequentationem accidisse arbitror, ut Delphica vates deorum lingua veteribus loqui videretur. Dio Chr. X. 303. T. I. *ἢ τὴν αὐτὴν εἶναι διάλεκτον ἀνθρώπων καὶ θεῶν νομίζεις; ἀλλὰ τοσοῦτον διαφέρει, ὥστε τὸν ποταμὸν τὸν ἐν Τροίᾳ Ξάνθον παρ' ἐκείνοις καλεῖσθαι καὶ τὴν Χαλκίδα κύμινδιν — ὅθεν καὶ ἀσαφῆ τὰ τῶν χρησμῶν ἐστι καὶ πολλοὺς ἤδη ἐξηπάτηκεν.* Non multo secus Clemens Strom. I. 404. *ὁ Πλάτων καὶ τοῖς θεοῖς διάλεκτον ἀπονέμει τινὰ* (Crat. 391. D.) *μάλιστα μὲν ἀπὸ τῶν ὀνειράτων τεκμαιρόμενος καὶ τῶν χρησμῶν.* Haec quidem est Clementis conjectura a Platonis sensu abhorrens sed apta ad id quod probare volebam, veteres linguam divinam humana significantiorem et a naturae proprietate propiorem putasse. Primum de somniis quod dicit, quorsum

Digitized by Google

pertineat, ex eo judicari potest, quod Cicero de Div. II. 64. vaticinia per quietem accepta perinde obscura et perplexa esse dicit, ut si quis medicus aegroto imperet ut sumat

Terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam,

potius quam hominum more cochleam dicat. Apparet enim hac periphrasi naturam hujus animantis, sic ut in griphis fieri solet (v. Athen. II. 63. B.) per partes describi. Idemque elucet ex Artemidori capite secundo, quod *περὶ θεωρηματικῶν καὶ ἀλληγορικῶν* inscriptum est, collato cum iis, quae in L. IV. c. 22. *περὶ συνταγῶν* traduntur, ubi homo vanissimus collegis suis, oraculorum medicorum subjectoribus, pergraviter succenset, qui Aesculapio et Serapidi tam insulsas affingant formulas ut piper *Ἰνδοὺς δάκνοντας* nominent, ostreorum succum *Νηρηίδων ζωμόν*, rorem *ἄστρων αἷμα* [d] cujusmodi formulas negat unquam a diis salutiferis editas esse; *ὅρα δὲ τούτων ἔτι γελοιότερα· σκέπαρνον τὸ κῴδιον ἔφη τις, ἐπεὶ σκέπει τὸν ἄρνα·* deos autem, qui soleant per somnium valetudinis curationem praescribere, incubantibus candide simpliciterque, quid ex usu futurum sit, praemonstrare; ad summum, inquit, *ὅταν αἰνίσσωνται, πάνυ σαφῶς αἰνίσσονται*, cujus rei exemplo memorat feminam quandam in somniis ovi mammam sibi praebere visam convaluisse, quum plantaginem (quam Graeci *ἀρνόγλωσσον* vocant)

[d] Similiter Herennius Philo medicus mel *νᾶμα θυγατέρων ταύρου* et alia eodem modo circumloquutus est Galen. de Medicc. sec. Loc. XXIV. 7. 338.

Digitized by Google

affectis partibus applicuisset. Euge Sophista! Sed ille formularius qui vellus ovillum σκέπαρνον dixit, nisi res ab Artemidoro ipso ad exemplum Dionysii tyranni ficta est, certe hujus in scribendo similitudinem sequutus est; namque hunc ipsum illius vocabuli usum, quem Luciani Scholiastes ad Jov. Confut. §. 11. p. 212. T. IV. pro publico et legitimo habuisse videtur, cum ceteris regii poetae scitamentis, cadum ἑλκύδριον, bovem γαρόταν [dd] jaculum βαλλάντιον dicere ausi, perstringunt, qui supra Caesarem esse dicuntur, Grammatici. v. Hellad. Phot. CCLXXIX. 870. Anecd. Bekk. T. II. 734. eique in hoc genere cacozeliae Choerilum sociant et Euphorionem, quorum illum fluvios γῆς φλέβας, lapides γῆς ὀστέα appellasse, quod et Pythia ausa est, si verum narrat Ovidius [e] et alii complures; hunc autem ναναγός, non ut vulgo accipitur, sed pro navis ductore usurpasse, et praeterea ἐλαίαν γλαυκῶπιν, ἀρότρῳ ἐνοσίχθονι [f] quibus Athenaeus III. 99. A. plura addit abusionum exempla, Nicandri aspidem ἰοχέαιραν, Alexarchi gallum ὀρθροβόαν, ce-

[dd] Βαρύταν tacite scripsit Meinekius ad Euph. p. 163. propter Allatium, puto, qui in Epist. Socr. LIII. ἀρύαν edidit. Ac Schaeferus quoque ap. Orell. p. 284. γαρόταν compositum esse negat. Cetera quidem vocabula Dionysiana composita sunt minimeque dialecti Syracusanae propria, neque video cur γαρότας minus probetur quam γειαρότης Archiae Epigr. XXVII. Alius verborum novator bovem ἐρυσίχθονα vocavit Athen. IX. 382. E. substantivi modo, ut Dionysius fecit, qui si βοῦν ἀρόταν dixisset, cum vulgo loquutus esset.

[e] Metam. I. 383. v. Ruhnken. ad Muret. Varr. Lectt. X. 2.

[f] v. Naeke de Choerilo p. 189. Meineke de Euphor. p. 163. et 173.

Digitized by Google

teraque his similia [g]. Haec si inter se comparare volemus, illos verborum mangones triplici ratione novitatis speciem captasse reperiemus, aut vocabulis syllabatim resolvendis, unde natum est illud *σπέπαρνον* et huic compar *λέπαργος χιὼν* [h], aut aliud atque usus ferret etymon substituendo, sicut ille fecit, qui nomen *ἰσχάς*, quasi ab *ἴσχω* ductum, de ancora dixit Athen. l. c. p. 99. D. [i] tertio nominibus jam ad certam significationem restrictis ad generalem etymi notionem revocando, quo ex genere sunt haec a Grammaticis enotata: *Ναυκράτην εἰπεῖν ἐφίλησέ τις ἐπὶ ἐχενηίδος* Suid. s. v. et Eustath. p. 1490. 14. *Γαιήοχος ἵππος ἀπὸ τοῦ ὀχήμασι χαίρειν* Anecd. Bekk. I. 229. *Ἐγκέλαδος ἡ Ἀθηνᾶ* Hesych. *Πολύμνια ἡ θάλασσα ἢ πολὺ φυκίον ἔχουσα* idem. Haec a Tragicis quoque usurpata esse Suidas docet: *Ἀμύντης καὶ Ἀλκήστης τραγικὰ καὶ αἰσχυληρὰ τὰ ὀνόματα.* et Sophoclis exempla, jam saepius ab aliis commemorata [k], *Νικομάχης, Παυσανίας, Ἀγησίλαος, Ἀρίσταρχος, Τηλέμαχος*, quibus praeivit Sappho Jovem *Ἕκτορα* appellans, successit Philo de Somn. p. 1118. D. *μὴ ἐπιγράψῃς σεαυτῇ τὴν τῶν παραγενομένων αἰτίαν, ἀλλὰ τῷ πλουτάρχῳ καὶ τὰ πλουτιστήρια ἔργα ἐπιτηδεύειν ἀνα-*

[g] De his diximus ad Phryn. p. 649. *ἐνοσίχθονι παλμῷ* Nonn. XXXVI. 94. XLIII. 336. *ἐνοσίχθονι ταρσῷ* ib. 301. *γαιήοχον ὕδωρ* XXXVIII. 109.

[h] v. Eustath. p. 1430. 59.

[i] *Ἕκτορες* et *ἰσχάδες* pro ancoris Lucian. Lexiph. XV. 193. T. V. et Eustath. p. 1479. 30. qui hoc cum *ἀσπὶς ἰσχέαιρα* confert.

[k] v. Reines. Obs. ad Suid. p. 5. Valcken. ad Herodo. VI. 462. Maittair. de Dial. p. 343.

Digitized by Google

πείθοντι, quod utrumque nomen Lexicis addendum. Sed de dialecto deorum, quem sermoni Pythio comparari vidimus, exactius inquirendum est.

§. 7.

Homeri ipsius quae fuerit sententia, dictu difficile, minimeque exploratum est quod Heynius pro certo sumit, ex pluribus vocabulis idem denotantibus poetam id quod maximam antiquitatis speciem prae se ferret, dis assignasse. Nam herbae Moly et Planctarum nullum traditur humanum nomen, cujus ex comparatione illa prisca videri possint; tum Briarei, Xanthi, Chalcidis nomina, quantum nobis quidem cernere datur, proprium quendam antiquitatis colorem non habent, neque, ficta sint an vetere quadam fama prodita, quisquam pro comperto dixerit. Illa certe, quae Homerus Ulixem divinitus accepisse narrat herbae magicae et Symplegadum vocabula, nulli auditorum suorum nota esse credebat; quibus quid obstat, quominus cetera assimilata putemus? Nobis quidem quaerentibus, quid causam fecerit talia fingendi, semper ita visum est, poetas antiquissimos, quum res regionesque scriberent nulli mortalium cognitas, non potuisse alia quam ficta a se ipsis proferre nomina; quae quum eleganti et prope necessario mendacio ad deos retulissent auctores, deinceps inde, si quid aliud esset binis aut ultra nominibus praeditum, ex eadem expli-

Digitized by Google

cabant ratione. Quod igitur Muenterus in Commentationibus antiquariis p. 42. pronunciat: Constat deorum linguam ex mente veterum eandem esse ac priscum hominum sermonem, id, quantum ad Homerum pertinet, non demonstrari, de veteribus in universum ne sumi quidem licet. Nam primum veterum Homeri interpretum opinio fuit, poetam id quod optimum dictuque pulcherrimum esset, τὸ κρεῖττον τῶν ὀνομάτων, ut Eustathius ait p. 124. hoc est τὸ εὐγενέστερον, τὸ σεμνότερον, deorum dialecto adscripsisse; deinde idem Platonici judicarunt, quibus ille videtur τὰ νοερώτερα καὶ τῆς φύσεως τῶν ὑποκειμένων τελέως ἀντεχόμενα πραγμάτων καὶ κατὰ τὸν αἰσθητὸν τύπον εὐπρεπέστερά τε καὶ εὐφωνότερα τῶν θεῶν ἔχγονα τίθεσθαι Procl. in Polit. p. 397. cf. Comm. in Crat. p. 38. et in Tim. L. II. 84. quod idem declarat Gregorius Naz. Or. III. 99. A. εἰ μὲν καὶ θεῖαί τινές εἰσι φωναὶ τῶν ἡμετέρων κρείττους καὶ εὐσημότεραι (γελᾷ γὰρ ὑμῶν τῶν σεμνῶν τὸ Μᾶλυ καὶ τὸν Σκάμανδρον καὶ τὴν Χαλκίδα, οἳ διὰ γυμνῶν ἀλλήλοις συγγίνονται τῶν ἐννοιῶν καὶ τῶν τυπωμάτων) οὐχ ἡμέτερον λέγειν. quae juncta testimonia certe tantumdem valent, quantum illius ignobilis Scholiastae auctoritas, divina apud Homerum nomina esse τὰ προγενέστερα. Nec discrepat ceteris Maximus Tyrius V. 86. αὕτη θνητῆς πρὸς θείαν ἀρετὴν ὁμοιότης, ἣ παρὰ μὲν θεοῖς καλεῖται Θέμις καὶ Δίκη καὶ ἄλλ' ἄττα μυστικὰ καὶ θεοπρεπῆ ὀνόματα, παρὰ δὲ ἀνθρώποις φιλία καὶ χάρις· quae jam

Digitized by Google

ad Pythagoreorum commenta inclinant, illamque nomenclaturae coelestis, terrestris et infernae distinctionem mysticam [kk]. Sed quid cessamus illos ipsos in medium advocare, qui per crebra cum Musis commercia hujus divini sermonis notitia imbuti sunt? Etenim Pindarus prosodium in Delum sic exorsus p. 587. Boeckh.

ἄντε βροτοὶ
Δᾶλον κικλήσκουσιν, μάκαρες δ' ἐν Ὀλύμπῳ
τηλεφάτου κυανέας χθονὸς ἄστρον.

significat deos reginam Cycladum non Asteriam vocare, id enim tritius erat quam ut vim notionis suae audientibus statim subjiceret, sed eleganti circumlocutione τηλεφάτου χθονὸς ἄστρον, quo genere circuitionis deos in oraculis usos esse supra demonstravimus. Idemque in Fr. Parth. IV. 594. Panem apud Olympios Ματρὸς μεγάλας κύνα παντοδαπόν [1] vocari affirmat. Neque fas ducerem fidem derogare divinitus edocto, nisi apud homines multiscios scriptum legissem, in antiquissimis Pelasgorum mysteriis Panem dictum esse κόσμοιο τὸ σύμπαν, quod si est, admiratione dignum videtur cur dii collegae suo prae illo splendidissimo Panis seu Pantis nomine vertagi elogium asseruerint. Cetera autem poetarum te-

[kk] v. Epimetr. XIX.

[1] Vossius in Epist. Myth. XIII. p. 79. Ματρὸς παντοδαπὸν κύνα interpretatur ihren allweilenden Hund; Boeckhius Panem sic dici putat, quod in omnes se vertat figuras. Sed nec hujus mutabilitatis auctor extat idoneus, neque illius significationis exemplum in promtu. Sententia requirit παντόδαμον (ut ἱππόδαμος) vel simile quoddam canis venatici epitheton. Femininum ἡ ἀνδροδάμας, quod Schneiderus ex Pindari locis dubiis recepit, vereor ut analogiae conveniat.

Digitized by Google

stimonia Heynii opinionem partim non confirmant, partim etiam elevant. Nam Hesiodus quidem versibus illis durissimis (Fragm. XLVII.)

Τὴν πρὶν Ἀβαντίδα κίκλησκον θεοὶ αἰὲν ἐόντες,
τὴν τότ' ἐπώνυμον Εὔβοιαν βοὸς ὠνόμασεν Ζεύς.

vetustius insulae nomen diis in universum, recentius et significantius Jovi propter Ius mutationem tribuens, nihil ad causae cognitionem confert. Clarior est Platonis locus in Phaedro p. 252. A. *λέγουσί τινες Ὁμηρίδαι ἐκ τῶν ἀποθέτων ἐπῶν δύο ἔπη εἰς τὸν Ἔρωτα, ὧν τὸ ἕτερον πάνυ ὑβριστικὸν καὶ οὐ σφόδρα τι ἔμμετρον· ὑμνοῦσι δὲ ὧδε*

Τὸν δ' ἤτοι θνητοὶ μὲν Ἔρωτα καλοῦσι ποτηνόν,
ἀθάνατοι δὲ Πτέρωτα διὰ πτερόφοιτον ἀνάγκην.

pro quo etiam *πτεροφύτορ' ἀνάγκην* legitur, nullo (quod Astius cavebat) metri detrimento. Neque de ceteris viro docto assentior. Secundus versus *ὑβριστικός* nominatur, quia derivatio illa nominis *ἔρως* a *πτέρως* tam incredibilis est ut joci causa et ludibrii reperta videatur; similiterque Plato in Cratylo p. 426. B. vocabulorum etyma a se ficta *ὑβριστικὰ καὶ γελοῖα* vocat, Athenaeus autem X. 454. A. Calliam in Tragoedia grammatica literarum formas *ἀχολαστότερον* hoc est insolentius enarrasse dicit. Deinde hos versus non a Platone confictos puto, qui quum a poetica minime alienus et in omni genere dicendi potentissimus esset, haud dubie meliores finxisset, sed ex alio poeta sumtos et leni quadam mutatione ad praesentem causam accommodatos. Nam quum ille (ut exemplum ponam) hoc modo scripsisset: *Τὸν*

Digitized by Google

δ' ἤτοι θνητοὶ μὲν Ἔρωτα καλοῦσι ποτηνόν, Ἀθάνατοι δ' Ἀλαᾶπα δι' ἠλεόφοιτον ἀνάγκην, Plato, qui jam multa de alis dixerat, Πτέρωτα et πτερόφοιτον substituit, distichumque ita a se concinnatum ὑβριστικὸν καὶ οὐ σφόδρα ἔμμετρον vocat, quorum prius de sententia valet, alterum de modulatione versuum. Postremo ἀπόθετα ἔπη neque sunt brevia Homeri carmina neque alius poetae mystica, sed communi usu exemta paucisque nota, quae Suidas s. h. v. βιβλία ἀνακεχωρηκότα vocat, hoc est ἀπόκρυφα. Athenaeus V. 214. E. βιβλίον παλαιὸν καὶ ἀπόθετον[m], cujus generis copia erat apud Homeridas, omnesque antiquarum literarum amatores. Athenaeus XV. 669. B. ἵνα μὴ ὁ Οὐλπιανὸς βρενθύηται, ὡς ἐκ τῶν ἀποθέτων τοῖς Ὁμηρίδαις μόνος ἀποσπάσας. Eorumque in supellectile erat sine dubio illud Stesichori poema οὐκ ἐκφοιτῆσαν ἐς πολλούς Aelian. H. An. XVII. 37. τὰ ἀπόθετα τοῦ Ἀνακρέοντος Himer. Or. III. 43. et totum illud στῖφος ἀρχαίας σοφίας (Homerus, Hesiodus, Plato, Aristoteles, Zeno) οὐ κοινῆς οὐδὲ ἐν μέσῳ κυλινδουμένης ἀλλὰ σπανίου καὶ

[m] Hac fere ratione χρήματα ἀπόθετα dicuntur Joseph. Antiq. XX. 9. 917. κόσμοι ἀπόθετοι Dio Cass. LI. 13. 643. κάλλος ἀπόθετον καὶ ὀλίγων ἄξιον Gregor. Naz. Or. XXVI. 452. in quo immiscetur notio rei paucis notae noscendaeque, unde λόγος ἀπόθετος pro ἀπόῤῥητος Philostrat. Her. II. 16. 834. cf. Welcker. ad h. l. p. 266. Plutarch. Symp. VIII. 8. 908. In Pac. Drepanii Paneg. XIX. 388. conscius coelestis arcani et naturalium depositorum, ubi recte emendant repositorum i. e. ἀποθέτων. Libros reconditos, in quibus de significatione fulminum auguriisque tradebatur, saepius allegat Servius ad Aen. I. 398. II. 649. Sereni Samonici librum rerum reconditarum Macrobius Sat. III. 9. Hyginus veterum auctorum placita secretis dispersa monumentis collegit Columell. IX. 2. 2. ἀνάγνωσμα τῶν οὐκ ἐν μέσῳ Plut. Symp. V. 2. 206.

Digitized by Google

ἀποθετου Themist. Or. IV. 60. Quemadmodum igitur Plato Amoris nomen significantius manifesto diis tribuit, ita etiam e ceteris exemplis apparet divina vocabula tum ornatiora esse humanis tum rebus ipsis accommodatiora, Xanthi potissimum et Chalcidis Briareique [n]. Et ad eandem rationem Philoxenus cibellas apud deos Ἀμαλθείας κέρας appellari tradit; polentam πέλανον Sannyrio; concharum genus, quod vulgo ἀμαθίτιδας nominant, illorum lingua λεύκας dici Epicharmus [o]. His quae jam Koenius ad Greg. p. 92. composuit, adde Hesychii testimonium: Κύβηλιν — τὴν τυροκνῆστιν· ἔπαιξε δὲ παρὰ τὸ χαλκίδα κικλήσκουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ κύμινδιν, pro quo Comicus κύβηλιν substituit cetera retinens, quia χαλκίς pro etymi ratione, ut ἀργυρίς et χρυσίς vas vel instrumentum aeneum significare potest. Venio nunc ad Theocr. Schol. III. 22. Καρύστιος Περγαμηνός φησι Κυανέας μὲν ὑπὸ ἀνθρώπων ὑπὸ δὲ θεῶν ὄρκου πύλας εἰρῆσθαι. ubi Meinekius ad Men. p. 141. probabiliter emendat Φόρκου πύλας [p] sed hoc mihi non persuadet Phorcum pro Orco dici ad Euphor. p. 122. quam in rem affert Phanoclis

[n] V. Meziriac. ad Ovid. T. I. 421. Sell. Observ. c. I. Περὶ τῆς παρ' Ὁμήρῳ διωνυμίας παρὰ θεοῖς καὶ ἀνθρώποις Ptolemaeus Heph. scripsit c. IV. p. 66.

[o] Omiserunt haec omnia, qui de dialecto deorum ex professo scripserunt, G. Lackemacher in Observatt. Phil. P. II. et III. 250. Aug. Schulze in Museo Hagano T. I. P. II. 615. et utroque longe doctior sed Homerica exempla non egressus Theod. Sell. Observ. c. I. Veteres Ingeniosi Heur. Postellus, Goropius, Rudbeckius deos scythice aut suevice aut brabantice loquutos putant; hodie, ni fallor, constat, linguam eorum samscriticam fuisse.

[p] Φόρκος pro Φόρκυς Schol. Plat. p. 419. Bekk. et codd. Athenag. Legatt. c. 23. p. 24.

Digitized by Google

versum de Orphei lyra ἢ καὶ ἀναύδους πέτρας καὶ Φόρκου στυγνὸν ἔπειθεν ὕδωρ, quo nomine Stygiam aquam significari assentitur Muellero; idque propere approbavit Jacobsius Lectt. Stob. p. 106. Ruhnkenius vero Φόρκου ὕδωρ mare interpretabatur, cui nihil aliud opponunt nisi languere hoc epitheton. Nam quod Welckerus addit in Trilog. Aesch. p. 383. ipsum adjectivum στυγνός significare stygium, id neque exemplo ullo demonstrari neque ex eo, quod στυγνός et στύγιος communes radices habent, colligi potest, nisi quis eo descendere velit, ut μειλίχιος et μελιτόεις, ψυχρός et ψυχικός, ἀχηρής et ἀχερόντιος, μέθυσος et Μεθυμναῖος, idem significare dicat, quia ab eadem stirpe enata sint. Equidem languere Phanoclem malim, quam ut eum Phorci nomine loca infera denotasse sine ullo auctore et exemplo credam. Postremo dubito num Φόρκου ὕδωρ languidius sit, quam Τήθυος ὕδωρ Orph. Arg. 1109. Nereos aequor, κύματα Ἀμφιτρίτης, Panopae greges (Terent. Maur. v. 2630.) ipsiusque Phorci chorus Stat. Silv. II. 2. 19. quibus locis quilibet alius deus marinus nominari poterat. Ac fortasse ne hoc quidem significatur, quod Ruhnkenio placet, mare universum, sed ea pars maris, qua Symplegades eminent, nautis omnibus formidabiles, quam partem Phorco ille ἁλὸς ἀτρυγέτοιο μέδοντι multorumque monstrorum progenitori quasi propriam ditionem subjectam fuisse e Carystii loco colligi potest, si ille Symplegades tanquam vastissimi regni ostia Φόρκου πύλας nominavit. Quanquam

Digitized by Google

hoc quoque in loco nihil obstat quominus Phorci nomen generaliter, ut modo diximus, accipiatur, sic ut Senecae Med. 341. Cyaneae claustra profundi [pp]; Aristid. Isthm. in Nept. p. 21. ἐπὶ ταῖς εἰσβολαῖς τοῦ Εὐξείνου πόντου πέτρα τε κυανέα καὶ πύλαι θαλάττης. Verum etiam aliam viam emendandi ingredi licet, non illam praecipitem, quam Lennepius iniit ad Phalar. Epp. IX. 51.[q] sed ut pro Ὄρκου substituatur Ἄρκου, quomodo Arctoa porta dicitur pro plaga septentrionali Stat. Theb. VII. 35. Ceterum Phanocli, quum illa scriberet, obversatum quidem videtur Orphei iter Colchicum et Planetarum transvectio, de qua ipse narrat in Argon. v. 707. αὐτὰρ ἐγὼ μολπῇσι παρήπαφον ἠμετέρῃσι πέτρας ἠλιβάτους [r], sed tamen ita ut Orpheo universe vim et potestatem sedandorum fluctuum tribuat [s], alioqui ἔπεισε scripsisset non ἔπειθε. Si igitur nullum certius afferetur argumentum, Orcum et Phorcum eundem esse non concedemus, inter quos deos maxima est ortus, potestatis, generis dissimilitu-

[pp] In Varronis Atacini Fragm. IV. p. 1406. T. V. Poet. Min. Arctaeo plaustro Boreas bacchatur ab Haemo, licet etiam Arctoo claustro substiuere.

[q] Is pro Φόρκου πύλας substituit Πλαγκτάς.

[r] Si expressam hujus facti memoriam proponere voluisset Phanocles, non ἀναύδους scripsisset, quod saxis in universum, non illis tumultuosissimis scopulis convenit, sed ἀναιδέας, quod unicuique primum occurrit. Dionysius Perieg. v. 143. κυανέας δθι μῦθος ἀναιδέας εἶν ἁλὶ πέτρας.

[s] Ab Orpheo venti frenantur et undae Claudian. Praef. L. II. Rapt. 17. idemque clarissimis verbis dicit Antipater a Ruhnkenio advocatus. Welckerus contra: Weder passt auf das Meer στυγνόν, das Stygische, noch hat überhaupt Orpheus das Meer beschwichtigt. Num etiam apud Nonnum IV. 115. στυγνὸν ὕδωρ Stygem significat?

Digitized by Google

do, similitudo autem nulla nominis [t] ad probandum levissima, nisi forte arcus et *φαρκίς*, imus et *φιμός*, ulcus et *φολκός*, Pales et *φαλλός* easdem res significare putamus. Sed de deorum dialecto, quae ad rem pertinent, dixisse videmur, omisso Ovidii lusu Met. XI. 640. hunc Icelon superi, mortale Pholetora vulgus nominat, et aliis ad nostram causam non uberioribus [u].

§. 8.

Nunc vero advertere libet, haec poetarum ludicra quam serio tractaverint philosophi. Etenim res nota est, etymologiae studium a Pythagoricis

[t] Hesychius: *Φύρκος, τεῖχος. Φοῦρκος, ὀχύρωμα. Ὅρκοι, δεσμοί. Ὑρχή, ἐφ' ἧς τὰ φορτία φέρουσιν οἱ ναῦται.* quod aliter scribit Theognostus in Anecd. Bekk. Ind. p. 1428. *ὕργαι ἐπιθέματα πρὸς κουφισμὸν τῶν φορτίων*, id est, furcae. Festus: Aerumnulas furcillas, quibus viatores sarcinas gerebant. Haec num inter se et cum *πόρκος, πόρκης, κάρκαρον, εἴργω, φάργνυμι*, cognata sint, ab eo demum serio quaeri poterit, qui graecae linguae radices indigenas et peregrinas literarumque multiplices flexus et mutationes noverit; quarum rerum nulla non dicam explorata sed ne tentata quidem est nec tentari debet nisi ea via, quam sermonis patrii Technographus praemonstrat.

[u] Huc non referam obscurum Arcadii adnotamentum de Accent. p. 122. 26. *φῆρον βρῶμα θεῶν*, cui convenit Hesych. *Φῆρος ἡ τῶν ἀρχαίων θεῶν τροφή*, unde far derivatum videtur. Huic fortasse generi subjecerunt herbam illam, cujus gustu Glaucus immortalis factus est. v. Interpr. Boes. ad Ibin 558. *ἀθάνατον βοτάνην* vocat Schol. Apollon. I. 1310. *ἀείζωον* Schol. Lyc. 750. Eur. Alc. 352. Athen. XV. 679. A. Aeschylusque ipse Anecd. Bekk. p. 347. Nicander autem in insulis beatorum ad pascendos Solis equos a terra produci refert Athen. VII. 296. E. cf. Voss. Epp. Myth. T. I. 277. diisque ipsis apponit Aeschrio: *θεῶν ἄγρωστιν, ἣν χρόνος κατέσπειρε.* v. Naeke de Choeril. p. 194. Prophetae equisetum *Κρόνου τροφὴν* vocant Dioscor. Noth. p. 372. a. sed agrostin primum hominum pabulum fuisse Aegyptii crediderunt Diod. I. 43. de quo v. Wessel. ad h. l. Schmidt. de Sacerd. p. 229. Jablonski Collect. Vocc. Aegg. p. 9. De

Digitized by Google

inchoatum esse primis, qui quum ita statuerent, rerum vocabula naturalia esse et ex veritate ducta, consequens erat ut, qua de causa quidque ita appellaretur explicata nominis origine planum reddere conarentur. Ergo corpus humanum corrupto sono σῶμα dici voluerunt, quod esset animi sepulti quasi σῆμα, Loxiam autem ab eo quod λοξὴν ἰάν mitteret et cetera hujusmodi. Sed, quoniam difficile erat omnium verborum dicere rationes, Cratylus ille Pythagoricus, quem Plato perstringit, potissimum divinae dialecti speciminibus insistit ab Homero proditis, quod nemini dubium esse possit, deos nominibus uti iis, quae maxime sint cujusque rei propria, quaeque optima et praestantissima. Neque novitios demum, ut Astius putat, Pythagoreos, a deorum dialecto argumenta duxisse vel Pherecydis testimonio constat, quem Diogenes dixisse refert ὅτι οἱ θεοὶ τὴν τράπεζαν θυωρὸν καλοῦσι. De quo probare non possum quod Sturzius scripsit, philosophi sententiam perverse acceptam esse, eumque non quamlibet mensam nomine θυωρός significare voluisse sed anclabrem Pher. Fr. p. 89. (p. 83.) Nam hoc sumto nullum divini et humani sermonis discrimen relinquitur, quum θυωρός in vulgari quoque consue-

Glauci autem herba divina tantus est auctorum consensus ut vel hoc aestimantibus appareat rejicienda esse quae Schol. Plat. p. 421. de fonte immortalitatis narrat; neque illa annua lamenta antiquis Graecis exaudita fuisse arbitror. Ceterum de Polyido, Glauco, Tylo Maeonio fabula eadem; Tyli medicinam Nonnus XXV. 526. Διὸς ἄνθος vocat, Xanthum Lydum sequens, ut patet e Plin. XXV. 5. ubi herba balis (Etym. M. 186. 33.) homo Thylon nominatur. Eadem fortasse est Baaras prodigiosa planta quae daemonia expellit Joseph. Bell. Jud. VII. 6. 3.

Digitized by Google

tudine de anclabri dicatur. v. Hemsterh. ad Lucian. Dial. Deor. XX. 303. T. II. Pherecydes vero illud triviale nomen *τράπεζα* omnino in aula coelesti audiri negat, sed, ut fercula dis apposita *θύη*, sic mensam *θυωρόν* vocari, fere ut Sannyrio deos dixit sacrificale nomen *πέλανος*, quod homines non nisi de fertis dicunt[a], ad omne genus operis pistorii transferre. Eoque fortasse homines admonere voluit, ut quoties ad epulandum considerent, mensae convivalis sanctimoniam deorum hospitalium et domesticorum religione consecratam sibi ante oculos proponerent. Etenim sic reperio, veteres doctores tum aliarum rerum nominibus tum maxime iis, quae ad deorum cultum pertinent, sublimiorem quendam intellectum subjecisse et quo facilius hominum animos a rebus quotidianis et pervagis ad majora et diviniora traducerent, his tanquam signis et memoraculis praeceptorum salubrium usos esse, qua ratione Pythagorei, ut Plutarchus ait Quaest. Rom. LXXII. 352. *μικρὰ μεγάλων ἐποιοῦντο σύμβολα*, et de suis aequalibus Chrysostomus Or. de Pecc. fratr. non evulg. T. III. 348. D. ed. Montf. *διὰ τοῦτο ταῦτα λέγομεν τὰ παραδείγματα* (de lucerna) *ἐν οἷς στρεφόμεθα, ἐν οἷς ἐσμεν, ἵνα καὶ οἶκοι γενόμενοι ἀπὸ τῶν ἐν χερσὶ πραγμάτων λαμβάνωμεν ὑπόμνησιν*

[a] Ap. Harpocr. s. v. *πέλανον καλοῦμεν ἡμεῖς οἱ θεοὶ ἃ καλεῖτε σεμνῶς ἄλφιθ' ὑμεῖς οἱ βροτοί·* nisi *ἴλφιτα* ab *ἄλφω* derivavit quasi magmenta, non video quanam in re illa *σεμνότης* posita sit. Dubito an *γυμνῶς* scripserit i. e. nude, directe. Clemens Exc. ex Script. Theodot. p. 985. Pott. *διδάσκει* (Christus) *τοὺς ἀποστόλους πρῶτα μὲν τυπικῶς καὶ μυστικῶς — — τὰ δὲ τρίτα σαφῶς καὶ γυμνῶς.*

Digitized by Google

τῶν εἰρημένων. Huc vero etiam nominum pertinet interpretatio allegorica, priscis sapientibus crebro adhibita, qui mihi in hoc negotio non grammaticos agere, sed vel aliquam sententiam scitu utilem nominis similitudine illustrare vel vim et significationem vocabulorum notabiliorem reddere voluisse videntur. Sane ita J. Capellus[b] veteres juris consultos excusat mutuum interpretantes, quod ex meo tuum fiat, testamentum autem testationem mentis, non quod eam verborum originem esse putarent, sed ut significationem eorum altius in legentium animis defigerent. Similiterque ecclesiastici quidam auctores, quum nomen Pascha a graeco verbo πάσχειν repetunt, non per ignorantiam lapsi sed allusionis quandam gratiam aucupati videntur[c]. His comparare licet Pythagoreorum rationem qui lathyris et erebinthis ideo se abstinere dicebant, quod essent λήθης καὶ ἐρέβους παρώνυμα Plutarch. Quaest. Rom. XCV. 366. T. VIII. Et potest quaeri num illi, qui θυμίαμα interpretati sunt θυμοῦ ἴαμα (Etym.) σολοικισμόν vero σόου λόγου αἰκισμόν (Suid.) et μύρα, quia μετὰ πολλοῦ μόρου parentur[d], dicta putarunt, notionis potius quam verbi vim explicare voluerint. Equidem certe hoc totum originationis genus perlate patuisse invenio.

[b] v. Ducker. Observ. de Ictor. Latin. p. 27.

[c] v. Augusti Denkwürdigk. aus der christlichen Archaeologie T. II. p. 2.

[d] Chrysipp. ap. Athen. XV. 686. F. Ineptarum etymologiarum, quibus referti sunt Grammaticorum libri, magnam partem a Stoicis profectam esse alio loco ostendere conabor.

Digitized by Google

Quid enim discrepat, quod Heraclitus dixit et scite quidem, ut Eustathio videtur ad Il. I. p. 41. τοῦ βιοῦ τὸ μὲν ὄνομα βίος, τὸ δὲ ἔργον θάνατος [e], in quo lusit etiam sed alio modo Lucilius Varr. L. L. p. 19. Vis est vita, vides, quae nos facere omnia cogit; quorum alter notiones in eadem specie inclusas, alter in simili sono quandam etiam significatus convenientiam animadvertere sibi visus est. Quam similes his reperiuntur Epicorum et Tragicorum veterum lusus in conferendis, si qua forte congruerent, heroum casibus et nominibus? [f] Quam sollerter etiam hebraicarum literarum auctores antiquissimi hominum vocabula ex cujusque indole et factis interpretari solent? Haec qui consideret et praeterea respiciat quae in Geileri Kaysersbergiani et huic aequalium Postillis leguntur ejusdem fabricae παρὰ γράμμα acumina, majoribus nostris vehementer complacita, et ut vel hodie in vitae quotidianae consuetudine si quis nomen et omen habeat, vel si quis contra moratus sit quam vocetur, digitum intendere tanquam ad rem notabilem in more habeamus, is vero intelligat necesse est, hoc universum genus ab antiquitatis ingenio non alienum, ei vero, qui imagines rerum in vocabulis sic ut in cera expressas putaret, convenientissimum

[e] Idem affert Tzetz. Exeg. p. 101. Aliunde et paullo aliter Schleiermacher in Mus. Wolf. p. 503.

[f] v. Aristot. Rhet. II. 23. 288. T. IV. cf. Reuvens Collectan. Litter. p. 101. Meineke ad Euphor. p. 128. sq. Sturz de Nomin. Graec. p. 78. Opuscc.

Digitized by Google

fuisse[ε]. Sed hac disputatione omissa, qua virorum doctorum quibusdam suspicionibus occurrere studui, ea quae hactenus explicata sunt, comprehendam brevi. Quum Pythia proxime deorum morem loquuta feratur, deorum autem sermo rebus ipsis assimilatus fuerit, et eodem colore oracula temperata sint pleraque, neque aliud dicendi genus magis frequentent poetae omnesque ornatae orationis amatores, consequens videtur, ut Pythiam primum non proprio sed communi poetarum more loquutam, deinde obscuritatis non vim sed speciem sectatam esse judicemus, illam scilicet, quam Euripides *τεχνητὴν σκιάν* vocat, ipsa luce gratiorem. Haec autem observatio quorsum pertineat, tum, quum ad extremum perventum fuerit, perspicietur apertius. Nunc vero ad aliud figurati sermonis genus traducimur.

§. 9.

Sicut in omni deorum colendorum ratione et opere ad antiquitatis praejudicium, tanquam ad normam, sese direxere veteres, ita etiam nomenclatura sacrificalis, qualis ab initio fuit, diutissime servata est. Verba prisca, quibus Salii canunt et Augures avem consulunt[a], passim exponunt Glossographi; vocabula vasorum et

[ε] *Ἐξαίρετόν φασι τοῦ Ἡρακλειτείου διδασκαλείου τὴν διὰ τῶν ὀνομάτων ἐπὶ τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν ὁδόν* Proculus in Parm. I. p. 12. T. IV. Cousin.

[a] Symmachi verba sunt L. III. Ep. 44.

Digitized by Google

ferculorum sacrorum, illa pontificalia mysteria, magna industria collegit Arnobius L. VII. quae omnia ea vetustatis robigine obducta sunt, ut ex ipsis Pompilianis indigitamentis depromta videantur. Graecis hujusce generis copia minor, sed si ad communem loquendi consuetudinem referas, eadem insolentia et enormitas, pluribus ex causis. Namque multorum vocabulorum, quum usus publicus intermissus esset, etiam forma obsolevit, sicut, quid πηγός significet, quid μίστυλλα, quid οὐλοχύται, praeter doctos neminem scire testatur Strattis Athen. IX. 383. A. Et ad hoc desuetum genus fortasse pertinent etiam nomina ἔρση et σίφνις. Moeris p. 141. Ἐρρηφόροι αἱ τὴν δρόσον φέρουσαι τῇ Ἕρσῃ, quo in loco accusativum δρόσον Sallierius et Piersonus ferri posse negant; quibus adsentiens Kulenkampius ad Etym. M. p. 762. τὴν πομπὴν τελοῦσαι emendat. Sed δρόσου nomine ille sine dubio inferias intelligi volebat, quas, ut ceteris heroibus heroinisque, ita etiam Hersae datas esse credi par est; recteque sane Grammaticus Roriferas ab eo quod ferrent dictas existimat, non ab ea cui ferrent; neque incommode illam adsperginem, qua mortuorum monumenta irrorarent [†], antiquo sermone rorem vocari sumsit. Id mihi certe multo simplicius verique similius videtur, quam quod Muellero placet, ἕρσας vocatas esse frondes recentes et ramusculos, et hoc esse mysterium illud quod Ar-

[†] Festus Arferia aqua quae inferis libabatur. Gloss. Adferiae ὕδωρ τὸ ἐπὶ νεκροῖς.

Digitized by Google

rhephorae sub exitum muneris ex aede Minervae in specum sacram intulisse dicuntur, successuris reportandum [b]. Sed Pausanias, qui solus haec tradidit I. 27. sacerdotem ipsam, quae vasculum illud transferendum curet, nescire dicit quid insit, quippe contectum; quod ignorare non potuit, si recentes ramos inseruit; ab alio autem insertos esse, nullo verbo significat Pausanias; quare haud ultra conjectando progredi licet, quam ut bina aut etiam plura vasa fuisse suspicemur ἀῤῥίχους fortasse dicta [c], quae Arrhephorae alternis vicibus transportarent, manentibus semper involucris.

De altero vocabulo longior ordietur sermo. Pollux X. 162. *σίφνιν ἐν τοῖς ἀττικοῖς ὕμνοις* [d] *οὐ τὴν γῆν ἔνιοι ἀκούουσιν, ἀλλὰ τὴν σιπύαν, ἐξ ἧς ἡ Δημήτηρ προυκόμιζε τὰς τροφάς.* Hesychius paullo aliter *Σίφνιν τὴν γῆν Ἀθηναῖοι, καὶ ἡ Δημήτηρ καὶ ἡ σιπύα,* ubi ordo literarum ad *σίφνιν* deducit, quod ut *σῖπύα* seu *σιπύη* (ἀρτο-

[b] De Minerva Pol. p. 15. Versus ab Aristide allatus, quem ibidem tractat p. 4. *Εἰ μὴ ἐπιφροσύνην δῶκε θεα γλαυκῶπις Ἀθήνη*, non est ignoti poetae sed Homeri ipsius Od. V. 427. *εἰ μὴ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη*, pro quo v. 437. *εἰ μὴ ἐπιφροσύνην δῶκε γλαυκῶπις Ἀθήνη.* Neque id reprehendendi causa dico (nam nulli nostrum sat fida memoria) sed ne pro argumento valeat. Cum Aristide consentiunt Libanius T. IV. Progymn. p. 952. et Servius ad Aen. 402. aratrum a Minerva inventum esse, sed ex hoc non sequitur Minervae numen potissimum ad rem agrariam pertinuisse, quum pateat veteres utilissimae cujusque artis instrumenta Minervae machinatrici accepta tulisse.

[c] Terminatio quidem hujus vocabuli paragogica est, qualis in *πύῤῥιχος, ὄσσιχος, κάδδιχος, ἄστριχος, κοναριχός, ἀρύστιχος, Στρόμβιχος, Σίμιχος, Τύννιχος*, aliisque multis, vix ut dubitari possit, stirpem vocabuli esse eam, unde Arrephororum nomen concrevit.

[d] Athenaeus XIV. 652. C. in quaestione grammatica ad antiquos hymnos provocat, quorum auctor, puto, ignotus erat, sicut hymni ab Eliis decantati Paus. V. 15.

Digitized by Google

θήκη) cum σίφων[e], σιφνός (κενός) σιφνύω (κενῶ) et latinis vocabulis **sipo, simpulum,** cognatum aptumque est significandis vasis convexis concavisque. Hymnos atticos Pollux dicere videtur eos, quos Lycomidae, Eumidae aliique sacrorum cantores et paeanistae in solemnibus publicis gentiliciisque recitabant, Orphei fortasse illos aut Musaei nomine inscriptos, quales Pausanias a Lycomidis ad sacra cani refert; unde etiam Hesychius illud Ἔγγηρυς ἡ γῆ παρὰ Ἀττικοῖς, sumsisse videri potest. Σιπύη quidem nomen perantiquum est, quando contubernales quos Epimenides δμοκάπους, Plutarchus autem δμοσίτους καὶ δμοχοίνικας nominavit, a Charonda δμοσιπύους vocatos legimus, aliis fortasse δμοθυλάκους dictos, unde derivatum verbum δμοθυλακεῖν servarunt Grammatici. Sed proprium quoddam gentilicii sacri vocabulum afferre videtur Eustathius p. 1072. 49. Χηλὸν κατὰ τοὺς παλαιοὺς τὴν κίβωτόν φασιν οἱ Λάκωνες· Βουτεάδαι δὲ λάρνακα. Μιτυληναῖοι δὲ ἀντίπηγα. Interim Schol. Leid. (et Veneta) ad Il. XVI. 221. unde Valckenarius ad Adon. p. 334. hanc notationem sumtam putat, non Βουτεάδας sed universe Atticos, Victorianus autem in Heyn. Addend. T. VII. p. 785. neutros nominant sed indefinite ἄλλοι λάρνακα. Qua via pro his Butadae

[e] Hesychius Σίφων — ὄργανον ἐν ᾧ τοὺς μαρσίππους ἐπισκοποῦσι, καὶ τῶν σταχύων καὶ τοῦ πυροῦ οἱ καυλίσκοι, καὶ οἷς οἱ κάπηλοι χρῶνται. Toupius qui ἐπισκέπουσι emendat Emm. T. IV. 206. parum perspexit, Hesychium de instrumento illo portitorum σωληνοειδεῖ loqui, quod graece σειρομάστης, germanice Visiereisen dicitur.

Digitized by Google

irrepserint, Valckenarius sic explicare conatur „Eustathium veteris cujusdam Gram„matici notam arguere non ausum non„nihil tamen immutasse.“ Est sane mirabilis mutatio, sive ille ἄλλοι scriptum invenerat, sive Ἀττικοί, nec facile quis Valckenario concesserit, Eustathium, ut elegantius loqueretur scilicet, pro Atheniensibus Butadas appellasse; quid enim tam perversum esse potest, quam si quis vel Butadarum vel Bryteadarum vel alius cujus ignobilis pagi nomen ad universum Atheniensium populum transferre velit? Neque non hoc ipsum sensisse videtur vir praestantissimus, importunos illos Buteadas tenacius haerere, quam ut levi nisu expelli se patiantur; nam paene desperanter addit: Id omne fictum est; χηλός vox est homerica, non Laconica, arca a quibusvis κίβωτος dicebatur et λάρναξ. Id enimvero non impediebat Grammaticos, quominus unum Laconicis, alterum Mitylenaeis proprie assererent; quanquam in hoc ipso dissentiunt; nam nomen χηλός auctor opusculi, quod inscribitur Ἴδιά τινα πόλεων in Iriartii Bibl. Matr. p. 146. Clitoriis vindicat. Ergo, ni quis ostenderit unde Butadarum nomen illatum sit, traditis acquiescam statuamque Grammaticos quosdam nomen λάρναξ Atheniensibus in commune, eum autem, quem Eustathius sequitur, Butadis proprie attribuisse. Nec fide abhorret, inter singulos Atticae pagos, ut maximam morum [f], ita nonnullam dialecti differentiam

[f] Ἐκωμῳδοῦντο οἱ Ἀχαρνεῖς ὡς ἄγριοι καὶ σκληροὶ, θυμοι-

Digitized by Google

fuisse. Nam et Philostratus V. Soph. II. 1. 553. atque Sextus c. Gramm. p. 264. affirmant in ipsa Attica non omnes eodem modo nec pariter Attice loqui, minimeque illos, qui in urbe habitent, et imperativum πρίω Acharnensibus domesticum atque vernaculum fuisse legimus [g]. Deinde illud ipsum vas pro usus et formae varietate pluribus, quam ullum aliud, nominibus gavisum est. Schol. Il. XVIII. 410. λάρνακα τὸ ἑλληνικόν, τὸ δὲ ἀντίπηξ δώριον, γαζοφυλάκιον [h] καὶ ἀρτάβη περσικόν. Cistam Cyprii, ut Hesychius tradit s. Κίβωτος, dixere θίβωνα, alii θίβην seu θήβην, Lycii autem πατάραν, unde urbi Pataris nomen inditum fertur [i], veteres Corinthii κυψέλην Paus. V. 17. 75. Phryges riscum Donat. ad Eun. IV. 6. 15. quod e graeco βρίσχος conversum; alii, qui non nominantur, γαδή, γανδίον, βῆνος apud Hesychium; ἑλένη Pollux fiscum interpretatur, ἐν ᾧ φέρουσιν ἱερὰ ἄῤῥητα τοῖς Ἐλευσηφορίοις. ad ultimum ἀχάνη nominata est ἡ θεωρικὴ κίστη [k], cui

τάδαι καὶ Προςπάλτιοι ὡς δικαστικοί etc. Suid. s. Δρυαχαρν. De his Comicorum ludibriis ad veritatis similitudinem fictis v. Taylor. Lectt. Lys. p. 300.

[g] V. ad Phryn. p. 360. De verbo ipso quae adnotavi p. 133. paullo iniquius interpretatur Buttmannus in Gramm. Gr. T. II. p. 223. ea a me intellecta esse negans, quae qui non intelligat, nihil intellecturus videatur. Equidem dixi pro perfecto ἐώνημαι aoristum vel obsoleti praesentis imperfectum ἐπριάμην substitui non posse neque Phrynichum participium ἐωνημένος sed modum rectum ἐώνημαι exempli loco proponere debuisse; postremo cur Aristophanis Scholiastes participii ὠνησάμενος numerum pluralem rejiciat, nescire me professus sum. De ipsa Phrynichi regula, quam ille a me perspectam esse negat, nullum verbum dixi, quia vel dupondiis manifesta est.

[h] Fortasse scribendum γαζοφυλάκιον μακεδονικὸν καὶ — v. Sturz. de Dial. Maced. p. 87.

[i] v. Eustath. ad Dion. v. 129.

[k] v. Siebelis ad Phanod. p. 14.

Digitized by Google

non diversa videtur προσωποῦττα ἀγγεῖον χαλκοῦν, ἐν ᾧ τὰ ἱερὰ ἔπεμπον Hesych. pro quo quum Hesychius substitueret ἔπεττον Emend. T. IV. p. 282. demonstrare debebat, speciem ejusmodi, qualem nomen προσωποῦττα declarat, vasi coquinario potius quam conditorio convenire. Verum de hoc genere vocabulorum satis; in quo nullum extat, quod obscuritatis adhibendae causa repertum videatur. Nam sicut omnium artium sunt quaedam propria nomina, quae homines de schola ῥήματα τεχνικά vocant, qualia multa aliptis, clinicis, metallicis, tacticis et palaestricis frequentata Hesychius et Pollux adnumerant, ita etiam auctis cultus sacrificalis instrumentis, hi, penes quos earum rerum administratio erat, suo jure asciverunt vocabula aliis incognita, necessaria sibi.

§. 10.

Huic ex adverso ponam aliud genus, quod propius ad similitudinem illius mysticae dialecti vergit, quippe non tam necessitatis causa adhibitum, quam extrinsecus arcessitum, partim decoris et semnologiae studio, partim ad devitandum verba obscoena maleque ominata. Epiphanius adv. Haer. L. II. 485. T. II. Petav. τὰς χολὰς γλυκείας φασὶ καὶ τὸ ὄξος μέλι τινὲς ἐπωνόμασαν καὶ τὰς Ἐριννύας Εὐμενίδας, per antiphrasin quidem, ut Helladio placet p. 847. sive euphemismum, ut Schol. Nic. Ther. 594. τὴν χολὴν γλυκεῖαν καὶ τὸ

Digitized by Google

ὄξος γλυκάδιον. Fellis autem usus qui fuerit in sacris, non ignotum puto. Porphyrius de A. N. c. XVIII. μέλιτος σπονδὴν τοῖς χθονίοις ἔθυον, τὴν δὲ χολὴν τοῖς θεοῖς[a]. Aliam nominis hujus significationem tradit Galenus Comm. III. in L. de Fract. p. 259. D. T. XII. Chart. ὁ ἠλίθιος εὐήθης ὁμοίως λέγεται τῇ τε γλυκείᾳ καὶ τῷ καλλίᾳ, γλυκεῖαν μὲν τὴν σὺν ὀνομαζόντων τῶν ἀνθρώπων ὅταν εὐήθη (scr. θύηται) τοῖς θεοῖς εὐφημίας ἕνεκα, καλλίαν δὲ τὸν πίθηκον, ἐπειδὴ καὶ τούτου τὴν προσηγορίαν φυλάττοντες (i. e. φυλαττόμενοι) λέγουσιν, ὥσπερ καὶ Καλλίμαχος ὁ πρὸ μιῆς ἅρας θηρίον οὐ λέγεται[aa]. De aceto autem similis est adnotatio Scholiastae Plat. p. 9. Ruhnk. de ἦδ' ὃς disserentis hunc in modum: ἐὰν ᾖ ἓν μέρος λόγου, ἔσται φίλος, ὡς Ἀθηναῖοι, ἢ ὄφελος, ὡς Αἰγινῆται, ἢ ὄξος ὡς Χαλκιδεῖς, οἷς πρὸς τὰ ἱερὰ χρῶνται· quo significat Chalcidenses, quum diis acetum libent, tamen nomine isto uti reformidare ut parum auspicato; quanquam sunt, qui acetum sacris adhiberi, velut spurcum vinum (ut Festus dicit p. 525.) omnino negant, Suidas et Grammaticus Bekk. Anecd. p. 326. ἀλίβας λέγεται τὸ ὄξος παρὰ τὸ μὴ λείβεσθαι θεοῖς, ὅτι νενεκρωμένος οἶνος cf. Eustath. p. 1679. 32. nec in sacris solum Chalcidensium sed vulgo etiam in rebus profanis, ut Casaubonus ad Athen. II. p.

[a] Excepta Junone conjugali Plutarch. Conj. 419. T. VII. et de Daedal. ap. Euseb. Pr. III. 1. 84.

[aa] Sic in Aldina quoque legitur p. 266. b. T. V. Spanhemius Fr. VI. φύεται nescio unde pro λέγεται, idque Blomfieldius retinuit vitio aperto; μία ὥρη est ἡ πρώτη.

Digitized by Google

67. C. et Barkerus ad Etym. p. 1098. docent, acetum illo nomine dictum est, tanquam condimentum ciborum, sicut sales ἡδυντῆρες Hort. Adon. p. 239. a.[b] unguentum κάλλος. Sed istius calumniae, ut ita dicam, religiosae, sive mutati propter sacra nominis Macrobius praebet exemplum a Plutarcho sumtum Sat. I. 12. 268. ubi narrat in templum Bonae deae vinum non suo nomine inferri ob veterem offensam, sed vas, in quo inditum sit, mellarium nominari et vinum lac nuncupari. Nec hoc solum cautum in nominibus sacrorum sed etiam magna decoris et dignitatis ratio habita est. Harpocratio: Νεήλατα — ἄλφιτα, ἃ δὴ μέλιτι ἀναδεύοντες ἀσταφίδας τε ἐμβαλόντες τοῖς τὰ ἱερὰ τελοῦσιν ἔνειμον, ἐκάλουν δὲ αὐτὰ τὴν μὲν Ἀμβροσίαν, τὴν δὲ Μακαρίαν, quod nomen etiam nunc durat in Graecorum exsequiis. v. Cor. ad Heliod. p. 75. Ambrosiae, sed non eodem modo, mentionem facit Anticlides in Exegetico, de Jovis Penetralis consecratione agens ap. Athen. XI. 473. C. cf. Eust. 976. 3. et Anecd. Bekk. p. 222. qui alterum hujus transnominationis exemplum nobis suppeditat p. 311. Ὑγίεια μάζιον ψαιστῶδες, ὅπερ ἐδίδοτο τοῖς θυομένοις. Joannes Lydus IV. p. 59. Ἐλπιδιανὸς ἐν τῷ περὶ ἑορτῶν στρήναν τὴν ὑγίειαν τῇ Σαβίνων φωνῇ λέγεσθαί φησι. Sed occurrunt plura. Hesychius: Θευμορία, ἀπαρχὴ, θυσία, ἢ ὃ λαμβάνουσιν ἱερεῖς κρέας, ἐπειδὰν θύηται, quas

[b] Huc quoque pertinet Hesychii glossa: Σωτὴρ ὁ τοῦ ἁλὸς χόνδρος.

Digitized by Google

sacras portiones vulgo ἱερώσυνα nominari constat[†]. Apparet autem, ab istis, qui haec nomina repererunt, operam datam esse, ut res sacras decore augusteque appellarent. De reliquis, quae collegi, sacrificalis dialecti speciminibus non perinde mihi promtum est dicere quid statuam. Hesychius: *Βαιῶμφαι αἱ αἶγες ἐν ἱερατικοῖς·* quo nomine utrum leges dedicationis et elogia templorum an commentarii sacrorum et libri rituales significentur, et caput ipsum glossae num satis sanum sit, a doctioribus audire cupio. In Plutarchi Symp. IV. Quaest. II. 2. 172. *καὶ ταύτῃ γνωρίζοντες οἱ παρ' ἡμῖν ἱερεῖς αὐτὰ καλοῦσιν, τὴν ἶριν ὑπολαμβάνοντες ἐπισκήπτειν,* recte sane pro *ἱερεῖς αὐτά* Salmasius *ἐρίσκηπτα* substituisse videtur. Sed illud a Festo traditum p. 66. Capita deorum appellabantur fasciculi facti de verbenis, inter exempla tropologiae sacrificalis referre haud pigebit. Clarius idem alio loco: Struppi vocantur in pulvinaribus fasciculi de verbenis facti, qui pro deorum capitibus ponuntur. Cui quod Checozius[c] apponit, ut simile, Stephani testimonium de ramis pineis, quibus mulieres graecae tempore Thesmophorion lectos insternere solebant, longe alienum est. Struppi enim sunt coronae deorum, quae in lectisterniis, puto, privatis (nam priva-

[†] v. Schneider. Lex. s. v. *Νόμος ἦν τὰ ὑπολειπόμενα τῆς θυσίας τὸν ἱερέα λαμβάνειν* Schol. Arist. Plut. 1186. *Τὰς θυσίας αὐτῶν ἀποδόμενοι οἱ ἱερεῖς καταχρῶνται καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν ἀπ' αὐτῶν ταριχεύουσαι* Jerem. Epist. I. 27.

[c] Saggi di Dissert. d. Corton. T. P. II. p. 111.

Digitized by Google

tim quoque id sacrum celebratum esse docet Livius V. 13.) pulvinaribus imponebantur loco statuarum, quas in publicis expositas fuisse constat. Capitolinus in V. Anton. c. IV. In saliatu omnibus coronas in pulvinar ex more jacientibus, hujus veluti manu, capiti Martis aptata est. Livius L. XL. 59. terra movit in foris publicis, ubi lectisternium erat; deorum capita, quae in lectis erant, averterunt se. Multo autem manifestius, quam ambitiosus fuerit nomenclaturae sacrae cultus, ostendunt aruspicinae propria vocabula, quibus extorum affectus partesque familiares et hostiles significantur, Ἑστίας χῶρος, Δόλου τράπεζα[d], Διόσκουροι et cetera hujus artis lumina, quae Alberti ad Hesych. v. Γλῶσσαι, Casaubonus ad Capit. Pertin. c. XI. 560. (p. m. 107.) Bochartus Hieroz. II. 4. 566. Bulengerus de Sortib. I. c. 6. 392. c. 7. 398. Graev. Thes. T. V. collegerunt et ex Bulengero nuper compilavit Boettigerus.

Non procul ab hoc genere discedunt duo illa auguralis disciplinae vocabula, quorum unum nobis asservavit Pausanias X. 29. 2. ὄκνον καὶ μάντεων οἱ ὁρῶντες τοὺς οἰωνοὺς καλοῦσί τινα ὄρνιθα (inibram, puto) alterum vero Theophrastus in Caus. Plant. V. 4. 3. p. 544. Schneid. ubi cur ligna vetera nonnunquam revirescant explicat, ad convincendum imperitorum errorem, qui rem in

[d] Cf. Schneider ad Nicandr. Ther. p. 252.

Digitized by Google

prodigia et deos vertant, additque ὡσαύτως δὲ καὶ ἐκ τῶν ξύλων ἐκφυόμενα καὶ μάλιστα ἐκ τῶν ἐλατίνων, ἃ καλοῦσιν οἱ μάντεις εἰληθυίας. Et illud quidem fausti ominis fuisse, intelligitur e Plin. H. N. XVI. c. 57. contra, si coagulato humore tubercula excrescerent, ut prodigium expiatum, quod apparet ex alio Theophrasti loco quamvis misere deturpato in Hist. Plant. V. 9. 197. ubi itidem de lignorum humoribus sive residuis, sive ex aere terraque contractis disserit: ἀνίει δὲ τῶν ξύλων τὰ κέδρινα καὶ ἁπλῶς ὧν ἐλαιώδης ἡ ὑγρότης· διὸ καὶ τὰ ἀγάλματά φασιν ἰδίειν ἐνίοτε· ὃ δὲ καλοῦσιν ἰλεῖαν τῆς εἰληθυίας ἔφυδρον, ὑπὲρ οὗ καὶ ἐκθύονται πρὸς τοὺς Ἑκατίνους, γίνεται συνισταμένης τῆς ὑγρότητος, quae sunt sane obscurissima. Ut retro ordinem agam, τοὺς Ἑκατίνους sacerdotes Hecatae esse qui contendit Scaliger, nullo argumento probat, neque quidquam rationis dici potest, cur hi potissimum procurando ejusmodi prodigio adhibiti fuerint. Nihiloque aptior est Reinesii conjectura in Inscr. Cl. V. n. 19. p. 364. expiationes illas πρὸς τοὺς Ἑκατίνους στροφάλους, mota Hecatica sphaera seu turbine, factas esse. Mihi si quis dederit, ut pro ἰλειαν της, quod pro desperato abjecit Schneiderus, scribatur οἱ μάντεις, haud magno negotio totum locum sic restituam: ὃ δὲ καλοῦσιν οἱ μάντεις Εἰλειθυίας ἄφεδρον, ὑπὲρ οὗ καὶ ἐκθύονται, πρὸς τοῖς ἐλατίνοις γίνεται συνισταμένης etc. Illos, qui de parvis magnifice loqui amarunt, excrescentia stipitum Εἰλειθυίας

Digitized by Google

ἄφεδρον, id est purgationes, nominasse, veri non absimile videtur. Haec igitur pauca de nominibus sacris iisdemque proprie signatis non alienum duxi hoc loco exponere, quo varias mystici sermonis species colligere institui, quoniam unicum, quod Clemens proposuit, exemplum vocabuli βέδυ, parum momenti affert: Ὁ Γραμματικὸς Δίδυμος — βέδυ τοὺς Φρύγας τὸ ὕδωρ φησὶ καλεῖν, καθὰ καὶ Ὀρφεύς

Καὶ βέδυ νυμφάων καταλείβεται ἁγλαὸν ὕδωρ.

Ἀλλὰ καὶ ὁ Θύτης Δίων ὁμοίως φαίνεται γράφων· Καὶ βέδυ λαβὼν κατὰ χειρῶν καταχέου καὶ ἐπὶ τὴν ἱεροσκοπίην τρέπου. Ἔμπαλιν ὁ κωμικὸς Φιλύλλιος βέδυ τὸν ἀέρα, Ἕλκειν τὸ βέδυ σωτήριον προσεύχομαι. — — Συνομόλογος καὶ ὁ Κυζικηνὸς Νεάνθης γράφων τοὺς τῶν Μακεδόνων ἱερεῖς ἐν ταῖς κατευχαῖς βέδυ κατακαλεῖν ἵλεω αὐτοῖς τε καὶ τέκνοις, ὅπερ ἑρμηνεύουσιν ἀέρα. Aliud aquae nomen sacerdotale prodit Ephorus ap. Macrob. Sat. V. 18. 547. τὸ ὕδωρ Ἀχελῶον προσαγορεύομεν ἐν τοῖς ὅρκοις καὶ ἐν ταῖς εὐχαῖς καὶ ἐν ταῖς θυσίαις. Et hoc nomen ab Orpheo usurpatum (v. C. X. n. XI.) si quis symbolicum esse velit, non obstabo.

§. 11.

Sequuntur apud Clementem eodem loco, quo de obscuritate oraculorum dixit, haec: καὶ αἱ τελεταὶ τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἀνέδην οὐ δείκνυνται, ἀλλὰ μετὰ καθαρμῶν καὶ προρρήσεων. Adeo cupide

Digitized by Google

ille, quidquid ubique aliquam occultationis aut obscuritatis speciem ostendit, obstricto collo, non aliter quam si fiscalia nomina exigeret, trahit rapitque. Nam ad hunc locum et ad eam quaestionem, quae est de ambiguitate verborum, ista nihil pertinere, omnes vident. Sed suppetit alia via ad probandum, mysteriorum curatores singulari quodam dicendi genere gavisos esse, partim ab obsoleta vetustate repetito, partim translationibus imaginibusque colorato. Pro illo afferam Diodori testimonium qui vetustissimos Samothraciae incolas propria quadam dialecto usos perhibet, *ἧς πολλὰ ἐν ταῖς θυσίαις μέχρι τοῦ νῦν τηρεῖται*, non quo demonstrari possit, sacrificiorum nomine mysteria significari, sed quia, utcunque accipietur, cum universa causa, quam tractamus, conjunctum est. Hujus igitur Samothraciae dialecti unum hodie superest exemplum a Maittaerio praetermissum, illud quod Hesychius servavit: *Παύραχις τὴν πέμπτην Σαμόθραχες λέγουσι*. Quod si quem forte pudeat nescire quid vocabuli sit, licebit vel punicum dicat vel samscriticum; nam Samothraciae Aborigines punice loquutos esse affirmat Muenterus [a], samscritice Grotefendus [b], et neutrum, cre-

[a] Antiquar. Abhandl. p. 224. ubi ostendit Diodorum toto caelo, ut aiunt, errasse, quum Samothraces priscos Pelasgorum lingua usos diceret: Im Gegentheil glaube ich, dass die Sprache eines so rohen und ungebildeten Stammes (der Pelasger) keine Ausdrücke für die Begriffe, welche in den Mysterien enthalten waren, gehabt habe. Nescio quo modo hoc iis approbaturus sit, qui Pelasgos perfectos Idealistas fuisse jurant.

[b] Allgemeine Encyclop. v. Ersch u. Gruber T. VI. p. 243. die vielen fremden Wörter, welche nach Diodor in den

Digitized by Google

do, vetant leges publicae. De figurato dicendi genere, quo sacerdotes in scholis mysticis usi perhibentur, alio loco tam multa allata sunt, ut hic nihil necesse pluribus explicare, quam exiguis id limitibus circumscriptum fuerit. Sed de Pythagoreorum symbolice dictis paullo accuratius disserendum erit, quoniam et Pythagoras Orpheum in docendo aemulatus esse creditur [c], et ex ipsis exemplis magna apparet utriusque similitudo.

§. 12.

Porphyrius V. P. c. XLI. ex Aristotelis vel Aristoclis libro haec Pythagorae scita refert: ἔλεγέ τινα καὶ μυστικῷ τρόπῳ συμβολικῶς· οἷον τὴν θάλασσαν μὲν ἐκάλει εἶναι Κρόνου δάκρυον, τὰς δὲ ἄρκτους Ῥέας χεῖρας, τὴν δὲ Πλειάδα Μουσῶν λύραν, τοὺς δὲ πλάνητας κύνας Περσεφόνης. Pliadis cum heptachordo Musarum comparatio ad intelligendum est expeditissima; neque ineleganter ille septem sidera, quibus mortales reguntur [d], Proserpinae satellites vocavit, omnium quae lunae circulo subjecta sunt moderatricis; quo minus causae erat, cur Vossius De idolol. II. 31. 462. Jablonskius Panth. Prolegg. p. LII. Schmidtius De sacerd. Aegypt. p. 71. aliique Pythagoram illam Planetarum appellationem ab Aegyptiis didi-

samothracischen Mysterien vorkamen, sind für indisch zu erklären. Cave dubites.

[c] Jamblich. V. P. 28. 151.

[d] Ὅπλον εἱμαρμένης οἱ ἀστέρες Hermes Stob. Ecl. I. 6, 20. p. 188.

Digitized by Google

cisse crederent. Ursas cur manus Rheae vocaverit, nemo explicat neque ratio patet, nisi forte Rheae nomine vim divinam designavit, quae terrae molem ciet et vegetat; cujus motus origo a cardine septentrionali proficiscitur et a sideribus quae mundum circa axem convertere et torquere videntur, ἡ ἄρκτος ἡ περὶ αὐτὴν στρεφομένη καὶ τὸν πάντα κόσμον συμπεριφέρουσα Hermes Pim. §. 5. Flussat. V. 398. Patr.[e]. Vires autem rectrices et concitatrices manibus comparare solent qui symbolice loquuntur. Proculus in Theol. VI. 12. 380. τὰς διττὰς συστοιχίας χεῖρας τοῦ δημιουργοῦ οἱ θεόσοφοι καλοῦσιν ὡς δραστηρίας[f]. Plutarchus Symp. IV. 1. 3. τὰς ἀλεξιφαρμάκους δυνάμεις θεῶν χεῖρας ὠνόμαζεν Ἐρασίστρατος. eodemque modo Herophilus apud Galenum de Comp. Med. p. Locc. VI. 511. B. T. XIII. θεῶν χεῖρας τὰ φάρμακα, quod imitatur Scribonius in Praefat. In his autem omnibus nihil est quod Graeci ab Aegyptiis potius accepisse quam sua sponte et per se ipsi invenisse videantur, nisi forte his solis mortalium natura tribuit, ut figurate loqui possent. Neque Plutarchus de Is. c. XXXII. δόξει δὲ καὶ τὸ ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν λεγόμενον, ὡς ἡ θάλασσα Κρόνου δάκρυόν ἐστιν, αἰνίττεσθαι τὸ μὴ καθαρὸν μηδὲ σύμφυλον αὐτῆς, quidquam ad

[e] Cf. Hermetis verba ap. Stob. Ecl. I. 22, 9. p. 476. In sphaera barbarica nullas esse ursas ostendit Gale ad Jambl. Myst. p. 310 b.

[f] Ὁ δημιουργὸς διττὰς ἔχει δυνάμεις, ταυτοποιὸν καὶ ἑτεροποιόν Id. in Crat. p. 41. Ταῖς δημιουργικαῖς αὐτοῦ δυνάμεσιν ἃς θεουργῶν παῖδες χεῖρας καλοῦσιν p. 107. Αἱ χεῖρες σύμβολα δυνάμεώς εἰσιν in Parm. II. 64. Cous.

Digitized by Google

probationem peregrinae originis confert[ε]. A quo loco tanquam ab arce profectus Jablonskius p. CXXV. longam argumentorum aciem instruit; nam eosdem Aegyptios ferrum os Typhonis dixisse, mare spumam ejus, herbam Artemisiam cor Bubastidis, crocum vero Herculis sanguinem, eodemque symbolico quasi fermento fabulas eorum sacras temperatas fuisse, quum verbi causa a quibusdam piscibus ideo se abhorrere dicerent, quod membra Osiridis in Nilum projecta arrodere ausi essent. Age persequamur paullulum hanc viam ab erudito Panthei architecto monstratam, ut videamus, quo ferat.

§. 13.

Primum de Artemisia et croco quae dicit, e Dioscoridae Nothis sumta sunt, in quibus similiter ut in Apuleji et Neophyti commentariis, herbarum nomina a Zoroastre, Osthane, Pythagora et Prophetis usurpata proferuntur v. c. hoc modo: *Ἄλιμον Προφῆται Ἑρμοῦ βάσις, οἱ δὲ Ὀσίριδος διάδημα, Πυθαγόρας Ἀντήνορος* I. 121. aliaque magnifica et altisona: Sanguis Martis, Semen Ammonis, Mercurii digitus, quaeque Du

[ε] Mare Euphorio Fragm. XC. *πολύτροφα δάκρυα Βύνης* nominat. Fontes aquarum ex Angelorum lapsorum lacrymis existere e libro Enoch refert Origenes e Cels. V. 617. Isidis fletibus Nilum increscere Pausan. X. 32. E. Lycurgi a Dionyso castigati lacrimis crambe nata, quae vinum odit Geoponn. XII. 7. 880. Schol. Arist. Eqq. 558. Stoechas *δάκρυα τῆς Κυρᾶς* Gloss. Botan. Ms. Du Cang. Gloss. p. 272. et nobile Siciliae vinum adhuc Lacrimae Christi vocatur.

Digitized by Google

Cangius s. v. *Αἷμα* et *Γόνος* e Gloss. Anecd. attulit[†]. Haec igitur perquam novitios auctores habent. Sed multa herbarum vocabula eadem nota percussa in sermone doctorum Graecorum ac Romanorum et in ore vulgi viguerunt, exempli causa *Διὸς ἄνθος* v. Interpr. Athen. T. VII. p. 165. *Ἴσιδος τρίχες* Plutarch. De fac. Lun. c. 25. T. XIII. p. 80. capillus Veneris Isidor. Origg. XVII. p. 428. Jovis barba Plin XXVI. 18. Veneris labrum v. Keuchen. ad Ser. Sam. v. 1008. atque omnes deos complexum Dodecatheon. Lilium Corinthii *ἀμβροσίαν*, multi, ut Nicander ait, *χάρμα Ἀφροδίτης* vocarunt Athen. XV. 681. B. 683. D. Hesychius: *Οὖς Ἀφροδίτης οἱ Αἰολεῖς ὀστρεόν τι οὕτω καλοῦσι.* Calculi ocellati vulgo Nympharum oculi appellati Victor de Caes. c. III. pisciculos quosdam planos Matro dearum sandalia dixit Athen. IV. 136. E. quae omnia manifestum faciunt, nomina rerum naturalium ambitiosa et symbolica non Aegyptiis neque ulli alii genti propria esse sed in communi quodam hominum more et sermone versari. Postremo etiam pharmacopolae et institores pigmentarii emplastris, collyriis et ecligmatibus suis deorum heroumque nomina indidere, Isidis, Veneris, Herculis, Protei, Amazonum. v. Sprengel. Beitr. zur Gesch. d. Med. I. 3. p. 58. et ad hocce aevi circulatores panchresta sua speciosissimis quibusque

[†] Apulej. c. 49. Prophetae gonon chronu, Pythagoras pareoron, Osthanes putagonon. Quaeritur num *Βούδα γόνον* scribendum.

Digitized by Google

titulis inscribere solent, non Aegyptiorum obsequio sed naturae. Quid igitur de Pythagoreis dubitamus, quibus constat decoris et magnificentiae non minorem curam fuisse quam Archemistis, Magis et seplasiariis? Huc accedebat proprium hujus sectae studium rerum omnium similitudines et analogias indagandi, unde copia translationum et denominationum nasci solet. Hanc autem rationem domesticae horum philosophorum doctrinae conjunctissimam, nullique alii sectae seu Graecae seu exoticae communem, quis credat extrinsecus ab Aegypto esse derivatam? Inter exempla, quae afferuntur, symbolicae dictionis, sive illa ficta sunt a Graeculis sive Pythagorae ipsius ore excepta, unum est, in quo diutius immorari libeat, illud quod de maris ortu dicitur. Nam a lacrimis deorum tum alii, quos jam nominavimus, similitudines duxerunt, tum etiam poeta Theologus. Proculus in Tim. I. 35. *οἱ θεολόγοι τὴν ἡλιακὴν πρόνοιαν καὶ εἰς τὰ θνητὰ διὰ τῶν δακρύων σημαίνουσι*

Δάκρυα μὲν σέθεν ἐστι πολυτλήτων γένος ἀνδρῶν

et in Polit. p. 384. dicit lacrymis, quibus dii mortem hominum sibi familiarium deflere dicantur, significari eorum in tuendo mortalium genere curam et providentiam: *Δάκρυα πολυτλήμων* (sic) *γένος ἀνδρῶν, φησί τις τὸν ἥλιον ὑμνῶν.* Et p. 385. *τὰ δάκρυα τῆς εἰς τὰ θνητὰ προνοίας αὐτῶν καὶ ἐπίκηρα πράγματα συνθήματά ἐστιν, ὁ δὲ γέλως τῆς εἰς τὰ ὅλα καὶ ἁσαύτως κινούμενα πληρώματα τοῦ παντὸς ἐνεργείας· διόπερ οἶμαι καὶ*

Digitized by Google

τὸν μὲν γέλωτα τῇ γενέσει τῶν θείων, τὰ δὲ δάκρυα τῇ συστάσει τῶν ἀνθρώπων ἢ ζώων ἀπονέμομεν

Δάκρυα μὲν σέθεν ἐστι πολυτλῆμον γένος ἀνδρῶν,
μειδῆσαν δὲ θεῶν ἱερὸν γένος ἐβλάστησε[h]

quorum versuum priorem Gesnerus Fr. XXXVI. Orpheo tribuit, Theologi nomine ductus pluribus quidem communi, praecipuo tamen illi poetae; quod qui probaverit, versus hosce Hymno in Solem dudum amisso adscribere non cunctabitur, Sententia ipsa non multum discrepat ab iis, quae Gnosticorum quidam de variis Enthymesis commotionibus tradiderunt, ἀπὸ τῶν δακρύων αὐτῆς γεγονέναι πᾶσαν ἔνυγρον οὐσίαν, ἀπὸ δὲ τοῦ γέλωτος τὴν φωτεινὴν, ἀπὸ δὲ τῆς λύπης καὶ τῆς ἐκπλήξεως τὰ σωματικὰ τοῦ κόσμου στοιχεῖα Iren. I. 7. p. 21. cf. 10. 26.[i]. Haereticos autem, qui Gnosticorum familiae adscribuntur, multa ab Orpheo et Hesiodo mutuatos esse Feuardentius contendit ad Epiph. L. I. p. 27. sq. sed crimen non approbat neque suspicio abest, quin similitudo illa, quae furti speciem praebet, verborum potius sit quam rerum[ii]. Verum haec quoque ut levia

[h] Sic emendavimus vulgata πολυτλήμον et μηδεῖσαν.

[i] E lacrymis Achamot humectam prodiisse substantiam, e risu autem lucidam p. 180. Consimile Manichaeorum deliramentum de ortu imbrium quos e sudore coelestium virginum existere volunt. v. Milles. ad Cyrill. Hier. Catech. VII. 18. p. 100.

[ii] Manichaeorum probolas quodammodo ab Orpheo introductas esse Clemens Alex. affirmare non dubitat. v. supr. P. II. c. II. §. 4. N. VIII. et verbo προβάλλειν semel Proculus in Genealogiae Orphicae expositione utitur, divinae essentiae progressus sive, ut vulgus loquitur, evolutiones προόδους dicere solitus. Nec abest similitudo

Digitized by Google

et adventicia praetervolamus. Tristem vero et lacrimabilem generis humani sortem simili imagine declaravit Aesopus — *τὸν γὰρ πηλὸν αὐτῷ ὁ Προμηθεὺς, ἀφ' οὗ τὸν ἄνθρωπον διεπλάσατο, οὐκ ἐφύρασεν ὕδατι, ἀλλὰ δακρύοις* Themist. Or. XXXII. 359. sive, ut Nicephorus ait Gregoras Hist. Byz. L. XVI. 4. 515. E. *διὰ δὲ τοῦτο καὶ Αἰσώπῳ πάλαι τὸν θεὸν οὐχ ὕδατι νομίζειν ἐπῆει τὴν γῆν, ἀλλὰ δάκρυσι φυράσαντα πλάσαι τὸν ἄνθρωπον.* De deorum fletu et lacrymis paullo ante diximus; risum eorum anagogice explicat Proculus in Tim. III. 147. ubi famosum Vulcani rete et derisos a diis adulteros illuminat: *ὁ δὲ γέλως ὑπόστασιν δίδωσι τοῖς ἐγκοσμίοις.* et similia fatuatur de cachinno coelitum, quem claudus pincerna commovet L. III. 169. His qui delectantur cupediis symbolicis, exsatiare se poterunt longa dissertatione in Parm. V. 308. qua explicatur, cur unus colloquentium aliquando risisse, prius autem subrisisse dicatur: *τὸ μὲν οὖν μειδίαμα τὴν ἀφανῆ μιμεῖται τῶν θείων ἐνέργειαν, ὁ δὲ γέλως τὴν ἐπὶ τὸ ἐμφανέστερον* [k]. Sed haec infantissima sunt; eleganter vero Ennius:

> Jupiter hic risit, tempestatesque serenae
> riserunt omnes risu Jovis omnipotentis.

Cataposis. *Φασὶν ὅτι προϊοῦσα ἡ πονηρία — ὡς ἐπέστη τῷ χωρίῳ τῆς ἀληθείας, ἐξεπλάγη, θαῦμα ἐπέλαβε τοῦ ἐξαπιναίου φωτὸς, ἐπέθετο τῷ φανέντι, ἥρπασε φῶς, κατέπιε θεωρηθὲν — Ἐνταῦθα πολὺς ὁ γέλως, ἐνταῦθα πᾶς πεπάτηται μῦθος ἑλληνικός* Titus Bostr. c. Man. L. I. c. 84. p. 292. T. V. Gall. Idem c. 36. 294. *τας προβολὰς* (inepte interpres integumenta) *τὰς μάχας, τὰς μυθοποιίας ἐκείνας καὶ γιγαντομαχίας σιωπῶμεν.*

[k] De risu symbolico multa intus et extra ecclesiam ridicule dicta sunt. Clemens Paed. I. 5. Isaaci cum uxore jocantis lusum in-

Digitized by Google

quae eadem, si a philosopho dicerentur non oblectandi causa sed docendi et demonstrandi, frigus afferrent. Nam utriusque artis regiones ita a natura discretae sunt, ut neque poetam feramus ratiocinatorem neque philosopho liceat, quae cogitando consequi non possit, mentiendo adumbrare. Quarum rerum confusione quot opinionum portenta nata sint, exempla praesentissima docent.

§. 14.

Etenim si quis secundum Orpheum ceterosque mysticarum religionum sequestres vitam superstitione opplevit, rerumque naturalium scientiam ad divinationem revocavit, is certe Pythagoras fuit, cujus fanaticam in philosophando rationem et veteres cavillati sunt[1] et hodie ostentant, quae ei tribuuntur, prodigiosae et inexplicabiles sententiae atque congruum his dicendi genus velut ex adyto et tripode. Harum sententiarum quota pars ab illo ipso Pythagoricae philosophiae principe profecta sit, discernere haud

terpretans τοιαύτην τινά, inquit, παίζειν παιδιὰν τὸν ἑαυτοῦ Λία Ἡράκλειτος λέγει, id est εὐφραίνεσθαι τῇ διοικήσει τῶν καλῶν cf. P. Petit. Observ. c. 18. 137. Deorum de Marte et Venere cachinnos mundi consummationem significare Heraclidae suboluit c. 69.

[1] Σωκράτης φασμάτων καὶ δεισιδαιμονίας ἔμπλεω φιλοσοφίαν ἀπὸ Πυθαγόρου καὶ Ἐμπεδοκλέους δεξάμενος εὖ μάλα βεβαχχευμένην Plutarch. Gen. Socr. IX. 312. T. X. Pythagorae τερατώδη σοφίαν sugillat Xenophon in Ep. I. ad Aeschin. p. 17. ed. Orell. quem locum excerpsit Theodoret. Therap. XII. p. 1052. et Timonis versus ap. Plut. V. Num. c. VIII. Πυθαγόρην δὲ γόητας ἀποκλίνανι' ἐπὶ δόξας, θήρῃ ἐπ' ἀνθρώπων σεμνηγορίας ὀαριστήν. Cf. Doederlein. Animadv. de Thalet. et Pyth. p. 175.

Digitized by Google

humanae prudentiae videtur neque ad explicandam hanc quaestionem necessarium, cui abunde satisfactum erit, si ostenderimus, quidquid de rebus abditis aut altius conjectum aut obscurius dictum aut denique in sapientiae ostentationem ambitiose compositum sit, Pythagoreis in commune adscribi, eosque passim cum Aegyptiis, Chaldaeis, Magis omnibusque occultarum artium affectatoribus componi tanquam eadem professos. Sed de orationis genere alibi dictum; nunc exempla proferam sententiarum mysticum quiddam resonantium. Aristoteles in Anal. Post. L. II. c. 10. 587. *εἰ βροντᾷ ἀποσβεννυμένου τοῦ πυρὸς ἀναγκαίζειν καὶ ψοφεῖν καὶ* (leg. *καὶ οὐχ*) *ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοί φασιν, ἀπειλῆς ἕνεκα τοῖς ἐν τῷ Ταρτάρῳ* [m] *ὅπως φοβῶνται*, quam sententiam Philoponus in Comm. ad h. l. p. 87. adnumerat *τοῖς Πυθαγορείοις μύθοις*, Buhlius autem tam ineptam putat tamque philosophis indignam, ut verba *ὡς οἱ Πυθαγόρειοι* circumscribat tanquam invecticia, non recordatus, opinor, multos haud alia ratione pro philosophis habitos esse quam

[m] Significat Sitanes ceteramque monstrorum infernorum cohortem, in deos, ni coerceatur, rebellaturam, non homines, ut Rittero visum in Geschichte der pythagorischen Philosophie p. 218. qui quia haec animarum in Orco habitatio cum metempsychosi constare nequeat, hanc ipsam exotericis adnumerat dogmatis. Non diffiteor mihi et hoc et cetera, quae in eam rem affert vir doctissimus, perinde incerta, totumque illud esotericorum et exotericorum dogmatum discrimen commenticium videri. Sed et rationem illam a metempsychosi ductam dubiam facit auctorum dissensio. Servius Aen. III. 68. Plato perpetuam dicit animam ad diversa corpora transitum facere statim pro meritis prioris vitae. Pythagoras vero non *μετεμψύχωσιν* sed *παλιγγενεσίαν* esse dicit, hoc est, redire post tempus.

Digitized by Google

quia plus dicerent atque ipsi intelligerent. Par et geminum commentum affert Plutarchus Quaest. Graec. XXXIX. 399. *τῶν ἀποθανόντων οἱ Πυθαγόρειοι λέγουσι τὰς ψυχὰς μὴ ποιεῖν σκιὰν μηδὲ σκαρδαμύττειν* [†] et addit idem accidere iis qui in penetrale Jovis Lycaei ingrediantur, nullam ut umbram faciant; alio autem loco De Is. c. 47. p. 168. Theopompo auctore Magos refert idem dicere de hominibus qui oppresso Arimanio victuri sint. De oculis autem quod addit, *μὴ σκαρδαμύττειν*, convenit cum Aegyptiorum nugis, qui deos agnosci dixerunt tum oculorum obtutu nunquam conniventium, tum incessu suspenso fluxoque velut volitantis non gradientis Heliod. III. 12. p. 125. Quo loco mirari succurrit fatuorum omnium ineptiae quam sibi constent. Nam postquam desivere deorum aspectu frui, fabula ad spectra translata est, quae ut Camerarius scribit Hor. subsec. Cent. II. 15. p. 59. non naturali modo pedes alternatim attollendo se promovere et more animantium progredi sed velut levi vento naviculae instar prolabi dicuntur. Adeo falsum est, quod ille dicit opinionum commenta delet dies; delet utique, sed in diem, mox resurrectura. Sicut autem et hujus et Aegyptiacae fabulae ratio e trivio repetita, ita, quod Lycaei accolae de asciis suis narrabant, simile est miraculis, quae sacristani advenis ingerere solent, inventum illud ad

[†] Cf. De S. N. V. 22, 268.

Digitized by Google

augendam loci sanctitatem, neque majore cura dignum quam innumerabilia alia graecae vanitatis mendacia[n]. Redeo ad Pythagoreos. Aelianus V. H. IV. 17. *τὸν σεισμὸν Πυθαγόρας ἐγενεαλόγει οὐδὲν ἄλλο εἶναι ἢ σύνοδον τῶν τεθνεώτων. Ἡ δὲ ἶρις ἔφασκεν ὡς αὐγὴ τοῦ Νείλου ἐστι*[o] *καὶ ὁ πολλάκις τοῖς ὠσὶν ἐμπίπτων ἦχος φωνὴ τῶν κρειττόνων.* Atque haud scio an eosdem significet Aristoteles Meteor. II. 9. 70. *γίγνεται πληγὴ τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥς παρεικάσαι*[p] *μείζονι μικρὸν πάθος, τῷ ἐν τῇ φλογὶ γενομένῳ ψόφῳ, ὃν καλοῦσιν οἱ μὲν τὸν Ἥφαιστον γελᾶν, οἱ δὲ τὴν Ἑστίαν, οἱ δὲ ἀπειλὴν τούτων.* Aliud hujus generis exemplum suppeditat Porphyrius V. P. c. XLI. *Πυθαγόρας ἔλεγε τὸν ἐκ χαλκοῦ κρουομένου γενόμενον*

[n] Celebrant illi aras subdivales, in quas nunquam impluit; alias unde favillam e sacrificiis relictam nullus ventus disjicit, sunt ubi dedicati flores nativum succum et colorem per integrum annum servare dicuntur; denique vix fuit ullum fanum, cui non aliquid miraculi inhaereret. Quapropter non cito crediderim Otfr. Muellero, fabulam Lycaeam hinc natam dicenti, quod Abaton illud lucis habitaculum esse crederetur, „dass man dem Abaton das Licht innwohnend glaubte“ de Dorib. T. II. p. 306. quod quasi pro re explorata repetit Krusius Hellas T. I. p. I. 457. Fuerunt in Graecia Abata longe plurima, sed nullum in quo lux perennis Schechinae instar inhabitasse dicatur. Non magis verum, adytum ingressos, nisi aufugissent, immolatos, fugitivos *ἐλάφους* appellatos esse, quod deus loci inquilinus eos ceu cervum lupus insectari fingeretur. Plutarchus clare dicit hoc nomen, quo vulgo timidi et fugaces appellantur, primo a Pythia usurpatum esse in Arcade quodam transfuga, quem non deus Lycaeus sed vindicta civium persequebatur huc illuc fugitantem. Festus s. Servorum dies: Fugitivos vocant cervos. Pausaniae de eodem Lycaeo verba VIII. 38. *ἐξελθόντα ἀνάγκη αὐτὸν ἐνιαυτοῦ πρόσω μὴ βιῶναι* Boettigerus in Comm. de Lycanthr. in Sprengelii symbol. ad Hist. Med. P. II. p. 33. sic reddit: der muss ein Jahr lang aus der Gesellschaft der Lebendigen entfliehen!

[o] Iidem fortasse sunt de quibus Plutarchus Placit. Phil. III. 5. *ἐμυθεύσαντό τινες αὐτὴν* (iridem) *ταύρου κεφαλὴν ἔχουσαν ἀναῤῥοφεῖν τοὺς ποταμούς.*

[p] Sic emendat P. Petitus Miscell. XVIII. p. 136.

Digitized by Google

ἦχον φωνὴν εἶναι τινος τῶν δαιμόνων ἐναπειλημμένην τῷ χαλκῷ. et Eustathius p. 1067. 59. οἱ Πυθαγόρειοί φασι τὸν χαλκὸν παντὶ συνηχεῖν θειοτέρῳ πνεύματι, διὸ καὶ τῷ Ἀπόλλωνι τρίπους τοιοῦτος ἀνάκειται. quibus fingendis occasionem dedit aeris usus ad imaginem antiquitatis in sacris retentus, cujus causam sollerter explicat Hoeckius in Creta T. I. 264. Sacerdotes Romanos aenea forcipe uti pro ferrea Joh. Lydus tradit Mens. I. 9. 12. addita ratione: ὁ γὰρ σίδηρος κατὰ τοὺς Πυθαγορείους τῇ ὕλῃ ἀνάκειται· μέλας γὰρ καὶ διὰ τοῦτο ἐγγὺς ᾅδου. et ex eodem fonte hausta videntur, quae Proculus narrat in Crat. CXXIX. p. 81. ὁ χρυσὸς ἀνεῖται τῷ πρωτίστῳ τῶν κόσμων καὶ ἐμπυρίῳ καὶ νοερῷ, φασὶν οἱ θεολόγοι, ὁ δὲ ἄργυρος τῷ μέσῳ (ὁ δὲ χαλκὸς τῷ ὑλαίῳ). Sed haec jam altius spectant, reservandaque sunt ei loco, quo de mundi visibilis, ut mystici loquuntur, et invisibilis contextu dedita opera tractabitur. De Pythagoreorum decretis superest illud quod Diog. La. VIII. 10. et Jambl. V. P. c. XXVIII. referunt: ἀπείχοντο σοροῦ κυπαρισσίνης διὰ τὸ τοῦ Διὸς σκῆπτρον ἐντεῦθεν πεποιῆσθαι. quod sine dubio eo propositum est consilio ut homines a vanissimo avocaret genere sumtuum, quod mortuorum honori tribuitur [†]. Neque ego multum repugnabo, si quis illa quoque praecepta, de tonitru et de tinnitu aurium, ad

[†] Id altius quaerunt Bochartus et Lampe in Diss. de Cupressu p. 589. T. I. Dissertatt. Simplicissima videtur ratio, quod Jovis patria, Creta, cupressorum feracissima fuit. v. Boeckh. ad Pind. Fr. p. 631.

Digitized by Google

utilitatem hominum et ad inculcandum animis deorum metum ac religionem inventa dicat. Sed tamen nescio an haec in instituendo vulgo ratio ad illud plebejum genus philosophandi inclinet quod a colu lanaque nomen habet propriumque est nutricum veterum, quae pueros, quum cultros ventilant, dehortari solent, ne bonos angelos pungant[q]. Sunt vero praeter has sententiolas quaedam Pythagorae dicta ita fabulose ut manifestum sit eum non docere audientes sed oblectare voluisse. Quale est illud, quod Alimon suam[r] Herculi in Libyae deserta penetraturo a Cerere viatici loco datam esse praedicavit Porphyr. c. XXXIV. quod neque ipse credidit neque ab aliis credi voluit sed poetica levitate lusit, quae hodie solis conceditur versificatoribus, olim vero scribentibus promiscue condonabatur, nulliqueque generi philosophorum tam familiaris erat quam Pythagoreis, poetarum in dicendo simillimis, ut Dionysius ait in Cens. IV. 430., et grandiloquis.

§. 15.

Sed quo longius in hac via progredimur, eo plures undique mysticae doctrinae scaturigines emicant. Nam inter alia sanctioris vitae officia etiam hoc a Pythagora praeceptum legimus εἴρ-

[q] V. Wyttenbach. ad Plut. Sept. Sap. Conv. p. 968.

[r] Cf. Plutarch. Quaest. Rom. c. 28.

Digitized by Google

γεσθαι μαλάχης Jamblich. V. P. CIX. 243. cujus φύλλον ἱερώτατον εἶναι dictitavit Aelian. V. H. IV. 7. tantaque religione sanxit ut Proculus ne quum aegrotaret quidem et medicus urgeret, malvis vesci sustinuerit, κατὰ τὸν Πυθαγόρειον νόμον οὐκ ἠνέσχετο μαλάχης ἐσθίειν Damasc. ap. Phot. CCXLII. 560. Sanctimoniae autem hujus haec affertur a Jamblicho ratio ὅτι πρώτη ἄγγελος καὶ σημάντρια συμπαθειῶν οὐρανίων πρὸς ἐπίγεια. quod a Jablonskio praetermissum est eo loco quo de felis et aeluri cum luna sympathia et utriusque religione disputat L. III. 3. 3. Et ex his, quae modo attulimus, intelligi velim quid sit illud, quod in hac disputatione mysticum dicimus; cujus vocabuli facilis est intellectus, definitio autem cui nec desit quidquam nec supersit, perdifficilis. Ad institutum nostrum tantum notare expedit, vim hujus nominis positam esse in ambitioso quodam studio secretas rerum causas et principia, quae aut natura penitus abstrusit aut ars et ratio nondum indagavit, superstitiosis arguendi hariolationibus. Etenim ille ipse rerum coelestium et terrestrium concentus fons et caput est hujus mysticae sapientiae, quae ab obviis et exploratis orsa alia aliis adnectendo ad extremum cuncta libidini suae subjecit legesque, quibus coelum, terrae, maria regerentur, sciscere ausa est. Quod vel hinc apparet. Nam malvas et cetera heliotropia solis cursum ad occasum ita sequi ut semper eum spectent, oculis cernitur; item tempestates, morbos, undas cum luna decrescere et

Digitized by Google

increscere usu compertum habemus; neque minus observabiles stirpium, lapidum, animalium nonnullorum et inter se et cum humanis naturis consensiones et dissensiones. Sed hoc parvulo successu invitata curiositas eo processit ut nullam hujus universi partem intentatam relinqueret, omniumque rerum affinitates et multiplices nexus exquirere obstinaret. Unde progenitae sunt infinitae astrologorum, iatromathematicorum, et sympatheticorum vanitates, quae ex communi jugo ortae quoquoversum dimanarunt et postremo rursus tractis omnigenae superstitionis faecibus in mysticismum neotericum [*] tanquam in unam confluxere sentinam, in quo omnium seculorum sedimenta ita confusa sunt, ut quid olim, quid postea, quid novissime subsederit, nullo modo judicari possit. Auctores hujus insipientis sapientiae praedicantur Chaldaei et Aegyptii, mortalium, ut fama loquitur, antiquissimi; de quibus etsi fere quidquid dicitur mendacium est, tamen genus hoc philosophandi, quod nobis puerile et lusorium videtur, non alienum videtur ab illis seculis, quibus ingenia rudia infinitatem rerum et naturae intelligentiae suae angustiis metiri conarentur, nullo adhuc comperti incompertive discrimine. Inter Graeciae philosophos antiquos duo sunt qui hanc aeriam viam tentasse dicuntur, barbarorum discipuli scilicet, Pythagoras et Democritus, quorum uterque tot fabulis involutus

[*] Malo verbis parum latinis uti quam id non dicere quod volo.

Digitized by Google

est ut agnosci amplius nequeat. Roget me aliquis, num Pythagoram illud de valva praedicasse putem? Non negabo equidem tam omnium artium, tum maxime philosophiae initia tenuissima fuisse, ejus praesertim quae in quaestionum naturalium tractatione versatur; neque dubitaverim, quin aetas simplex omniumque rerum miraculo stupens vel herbulas istas aliquo divino vigore cieri crediderit. Verum tamen in tanta rerum commenticiarum multitudine et testium vanitate nihil temere affirmaverim. Nam si, quidquid unquam de Pythagoreis proditum est, ad ipsum sectae conditorem transferre velimus, nulla erit tam futilis superstitio, quae non ab illo proseminata videatur ac ne commentarii quidem prognostici, rotae vitae et mortis, laterculi geomantici et λαξευτήρια astrologica quae adhuc in bibliothecis delitescunt Pythagorae inscripta, hujus nominis honorem sibi eripi patientur. Quo quum sine controversia exuenda sint, tamen semina harum opinionum si non prius certe Ptolemaeorum aetate jacta videmus. Necromantiae a Persis allatae Pythagoram studuisse tradit Varro Fragm. p. 233. (Augustin. Civ. VIII. 25.) Duo Varronis familiares Nigidius et Vatinius, quorum alter manes elicere Cic. in Vat. c. 6. alter pueros incantare aliasque magicas artes callere dicebatur, Pythagoreis adnumerari solent. Arithmomantiam, cujus specimen extat MS. Pythagorae nomine [t], ad

[t] Cf. Pythagorae Epist. III. p. 52. et quae Schaeferus adnotavit.

Digitized by Google

eadem principia revocat Plinius XXVIII. (4.) 6. e Pythagorae inventis non temere fallit impositivorum nominum imparem vocalium numerum clauditatem oculive orbitatem et similes casus dextris assignare partibus, parem laevis. Et disertius Terentianus Maurus De Litt. v. 166. p. 2389.

> Tradunt homines, secta quibus Pythagorea est,
> arcana sequuti physicis remota causis
> summos numeri non ita literis valere,
> graecos pueros ut docet insonans magister

et totus locus, qui latior est, quam ut huc transscribi possit; eademque arte usa diva Philologia Mercurio nuptura ex suo et sponsi nomine, utriusque literis computandis, matrimonii ineundi auspicium capit ap. Martian. Capell. L. II. p. 25. quorum omnium immemor fuit Grotefendius in Gruberi et Erschii Encyclop. T. V. ex professo de Arithmomantia disserens, quam toto volumine explicuit Athanasius Kircherus: Arithmologia sive de abditis numerorum mysteriis Romae MDCLXV. nec praeteriit Delrius Disquis. Mag. IV. 2. 442. Idem vero Plinius L. XXIV. 99. Herbas magicas, inquit, primi in nostro orbe celebravere Pythagoras atque Democritus, Magos consectati; quarum exempla passim apponit, a Kuehnio collecta in Dissert. de Philosophis ante Hippocr. p. 246. in Ackermanni Opusc. Hist. Med. a Sprengelio in Histor. Botan. T. I. p. 42. Sed L. XXIV. 101.

Digitized by Google

non fallit hoc volumen ejus (Pythagorae) a quibusdam Cleemporo medico adscribi. Et L. XXII. c. 9. fabulam de eryngio inserens: multae circa hoc non Magorum solum vanitates sed etiam Pythagoricorum [t] quo in numero fortasse etiam illa malvae observatio referenda est. Obvium quidem est dicere et a multis dictum, Pythagoram et vetustissimos quosque ejus sectatores nihil aliud quam praecepta quaedam sanitatis tuendae victusque salubris rationem tradidisse, eoque pertinuisse et scillae commendationem, de qua ille totum volumen complevit et brassicae ab eodem non parce laudatae Plin. XX. 32. neque ob aliud malvam praedicatam esse, quam quia is victus tam corpori salubris quam parcus et parabilis; quo nomine ab Hesiodo et Epimenide laudatur. v. Ast. ad Legg. p. 143. haec autem sapienter monita Pythagoreos hypobolimaeos in superstitiones vertisse aniles. Sed, quoniam haec quoque benignior interpretatio nullo antiqui auctoris testimonio fundata est, licet etiam contrarium contendere, philosophiam recens a poesi tanquam a stirpe revulsam originis suae memoriam non penitus exuisse, sed, velut adhuc divino concitaretur afflatu, sese per fabulas et miracula praecipitasse, postea autem, quum ille genitalis vigor deferbuisset, pris-

[t] Pythagorae liber Croton inscriptus de herbis magicis fuit, Diog. La. VIII. 7. rejectus, puto, ab antiquis Criticis, qui Pythagoran negant quidquam de reconditis artibus scripsisse Euseb. adv. Hierocl. XI. 438.

Digitized by Google

corum doctorum oraculis sententias subjectas esse sobrias et probabiles, qualem illam de malva redditam. Quo loco non praetereundum est, inter herbas a Pythagora, ut dicitur, celebratas nullam fere esse, cui non aliquid religionis adhaeserit. Scillae, quam Pythagoras in limine januae suspensam malorum medicamentorum introitum pellere tradit Plin. XX. 39. proprius usus fuit in sacris piacularibus, ejusque genus nomen habuit ab illo Gnosio aruspice Epimenidium; scillae Artemidorus III. 50. adjungit asphodelum, σκιλλῶδες φυτόν, diis inferis consecratum v. Anecd. Bekk. p. 451. Malvae radicem Rhadamanthys ille Pythagoricus hospiti discessuro tradit, ταύτῃ κελεύσας ἐν τοῖς μεγίστοις κινδύνοις προσεύχεσθαι Lucian. Ver. Hist. II. 27. cui similem brassicae superstitionem fuisse ex Hipponactis et Nicandri versibus colligitur Athen. IX. 370. A. Ut malva et asphodelo sepulcra conseri, sic lactuca in mortuorum coenis Athen. II. 69. D. et in exequiis Adonidis apponi solebat Hesych. s. Ἀδώνιδος, hanc autem Pythagoreos ut antiaphrodisiacum εὐνοῦχον nominasse Lyco prodidit hujus sectae philosophus. v. Athen. l. c. cf. Animadv. T. VIII. 408. et Needham. ad Geoponn. XII. 13. 865. Numquid praeterea in ea admirati fuerint, non constat, sed herbas ferales in universum habuisse quandam arcanae efficaciae opinionem certum est; neque abhorret nomen, quo a Pythagoreis vocatum est, symbolicum. Mandragoram certe, cujus singularis vis in philtris ac veneficiis et fama par Al-

Digitized by Google

runis nostris[u] iidem, ut Dioscorides tradit, propter formam prodigiosam, superstitionis causam ἀνθρωπόμορφον dixerunt symbolice. Quo quum multa alia ejusdem familiae decreta congruant praestigiosa et circulatoria, quumque haec una ex tot Graeciae scholis eâ famâ fuerit, ut cujuscunque artis arcanae jactatores Pythagoreis adscriberentur, haud erraturi videmur, si hanc rerum abstrusarum affectationem et supparem dicendi formam figuramque ei antiquitus et fortasse ab ipsa stirpe ingeneratam fuisse dicamus.

§. 16.

In haec diverticula paene inscios nos deduxit ipsa continuatio seriesque rerum. Nam quum de Orphei symbolis dicere propositum esset a Clemente commemoratis, haud committendum videbatur ut eos praeteriremus, quos ille ipse Patrum graecorum doctissimus Orpheo tanquam ejusdem rationis participes adjunxisset; unde gradatim ad sacerdotes oraculorumque antistites erepsimus et postremo ad deos ipsos, symbolicarum locutio-

[u] Apud Caesaream invenitur ῥίζα φλογοειδὴς, ἣν καλοῦσι Βατταρῖτιν, ἀφ' ἧς τὴν ἑσπέραν ἐξαστράπτον φῶς ἀπρόσιτον εἶναι παρασκευάζει, διὰ τὸ παράχρημα τὸν ἐγγίζοντα ἀποθνήσκειν· κυκλόθεν οὖν αὐτῆς περιορύξαντες κύνα δεσμοῦσιν ἐκ τῆς ῥίζης, ὁ δὲ κύων ἀνασπᾷ καὶ αὐτὸς μὲν θνήσκει παραυτὰ, τὴν ῥίζαν δὲ περιάπτοντες τοῖς δαιμονιζομένοις θεραπεύουσι Cedren. Comp. T. I. p. 305. Alrunam die Veneris ante solis exortum — circumfodere jubent, tum caudae canis alligare, statimque aufugere, Delrii Disq. Mag. IV. 2. 547. Rhizotomorum cautiones in effodiendis herbis memorant Theophrastus et Plinius, herbam noctilucam et ambulatricem, nomine Aglaophotin, Photius CCXXIII. 853.

Digitized by Google

num frequentia crebros, provecti sumus; ab his rursus sermo ad philosophos defluxit eos, qui vago nomine Pythagorei vocantur, quas Orphei et dicendi genus symbolicum et sententias mysticas aemulatos esse veteribus pro certo stetit. Verum de hoc mox ex professo dicemus; nunc semel etiam ad Aegyptios respiciamus, communes, ut illi volunt, Orphei atque Pythagorae doctores, et ad rotam symbolicam in eorum templis, ut Clemens ait, versatam. Huic aptissime Causinus de Symb. Aeg. Sap. p. 130. apponit Plutarchum in V. Num. XIV. *τοῖς Αἰγυπτίοις τροχοῖς αἰνίττεται παραπλήσιον ἡ μεταβολὴ τοῦ σχήματος, ὡς οὐδενὸς ἑστῶτος τῶν ἀνθρωπίνων* [a]. Rotarum istarum quis usus fuerit, indicare videtur Hero in L. I. Spirit. p. 229. spondei versatilis structuram exponens: *θησαυροῦ κατασκευὴ τροχὸν ἔχοντος στρεφόμενον χάλκεον, ὃς καλεῖται ἁγνιστήριον, τοῦτο γὰρ εἰώθασιν οἱ εἰς τὰ ἱερὰ εἰσιόντες στρέφειν.* Et p. 185. *ἐν τοῖς Αἰγυπτίοις ἱεροῖς πρὸς ταῖς παραστάσι τροχοὶ χάλκεοι ἐπίστρεπτοι γίνονται, πρὸς τὸ τοὺς εἰσερχομένους ἐπιστρέφειν αὐτοὺς διὰ τὸ δοκεῖν τὸν χαλκὸν ἁγνίζειν.* Sed illi orbes apud Aristot. Quaest. Mech. p. 760. E. *παρασκευάζουσί τινες ὥστε ἀπὸ μιᾶς κινήσεως πολλοὺς ὑπεναντίους ἅμα κινεῖσθαι κύκλους, ὥσπερ*

[a] Vitae ac fortunae cum rota comparatio tam trita est (v. Fisch. ad Anacr. IV. 7.) ut proverbii loco dicatur *δίκην τροχοῦ* ap. Hesychium, quod injuria sollicitatur; nam et Hesychius proverbia plura nude nullaque cum interpretatione apponit et in Epist. ad Eulogium idem Diogenianum fecisse scribit. Subjectam deae Nemesi rotam Buonarotti Osserv. s. alc. Med. p. 245. nimis longe ab astrologia repetit.

Digitized by Google

οὓς ἀνατιθέασιν ἐν τοῖς ἱεροῖς ποιήσαντες τροχίσκους χαλκέους τε καὶ σιδηροῦς, magis ad oblectationem oculorum quam ad usum introeuntium comparati videntur. Hisque non absimiles fuisse credo illas Iyngas Magorum ap. Philostrat. V. Apoll. I. 25. 34. χρυσαῖ δὲ ἴυγγες ἀποκρέμανται τοῦ ὀρόφου τέσσαρες, τὴν Ἀδράστειαν αὐτῷ (regi judicanti) παρεγγυῶσαι καὶ τὸ μὴ ὑπὲρ τοὺς ἀνθρώπους αἴρεσθαι. Ταύτας οἱ Μάγοι καλοῦσι θεῶν γλώσσας· quae Huschkius et Boeckhius ad Pind. Fragm. p. 569. cum alio Philostrati loco VI. 11. 247. conferunt ubi Celedones aureae, quas Pindarus a Vulcano in summitate templi Delphici [b] collocatas esse narrat, χρυσαῖ ἴυγγες vocantur, Σειρήνων τινα ἐπέχουσαι (f. ἐπηχοῦσαι) πειθώ. Verum his praeter nomen nihil commune est. Illae ἠφαιστότευκτοι Celedones, sive aves erant sive virgines cantrices, certe non ob aliam causam Iynges vocantur, quam quia praetereuntes modorum suavitate allicerent et retinerent; quas autem Philostratum narrat sub regii tribunalis lecto suspensas fuisse Iyngas, nec canorae erant nec animantum similes, sed quales sagae versabant, circuli mobiles alter alteri, ut in sphaera armillari, inserti, omnesque assidua vertigine rotati, non ut illa automata, de quibus Aristoteles memorat, sed arte magica. Et hoc ipso motu suo et figura fortunae

[b] Occasionem fingendi antefixa templorum dedisse videntur, humanam in speciem formata. Hesychius Ἀκρωτήρια τὰ ἐπάνω τῶν ναῶν ζῴδια ἀνατιθέμενα. v. Schneider. ad Vitruv. T. II. 224. sq.

Digitized by Google

rotam [c] et vertiginem [d] repraesentabant, eoque regem, ut Philostratus ait, commonefaciebant τὸ μὴ ὑπὲρ ἀνθρώπους αἴρεσθαι, id quod Sesostridi unus quatuor regulorum, quos pro jumentis currui subjunctos habebat (Diod. I. 58.) in animum revocavit rotarum circumactionem attentius contemplando: τροχῷ γὰρ κυλιομένῳ τὰ ἀνθρώπεια ἔοικε Menand. Hist. p. 138. C. [e]. Quod autem circuli illi magici regis oculis eandem imaginem subjiciebant, eumque modestiae quasi divinitus admonebant, propterea γλῶσσαι θεῶν vocabantur; in quo rursus errat Olearius, Chaldaeorum Iynges suggerens, quae nihil aliud sunt quam ideae Platonicae perverse acceptae. Postremo ne quod negligamus quaestionis obscurissimae adjumentum, rotae simile symbolum scalarum loco sacro dedicatum memorat Aelianus V. H. II. 29. Πίττακος, ἐν Μιτυλήνῃ κατεσκεύασε τοῖς ἱεροῖς κλίμακα εἰς οὐδεμίαν μὲν χρῆσιν ἐπιτήδειον, αὐτὸ δὲ τοῦτο ἀνάθημα εἶναι, αἰνιττόμενος τὴν ἐκ τῆς ἄνω καὶ κάτω μετάπτωσιν· cujusmodi scalas Passerius Pict. Etrusc. T. I. p. 7. in pluribus vasis expressas putat, feminamque scaligeram Fortunam interpretatur. Eandem figuram in Tischbeinii sculpturis plus semel exhiberi et ab interpretibus ad mysteriorum gradus referri, in Ephemeridibus Goetting.

[c] Cic. c. Pison. c. X.

[d] Auson. Parental. XXII. p. 81. Τροχηλασίην παντοίην vocat Hippocrates Ep. ad Damag. p. 922. Lind.

[e] Idem de multis aliis narratum, a Constant. Porphyrog. Admon. p. 89. B. Theophylacto Hist. VI. 11. 16. Nicephoro et Zonara, quos citat Gataker. Miscell. IX. ad Anton. 27, 257.

Digitized by Google

A. MDCCXCVIII. p. 1659. relatum legi, de quo doceri velim ab his, qui talium librorum copia instructi sunt, neque τρία ἐξ ἑνὸς βλέπουσι, quod plerique faciunt veterum artis monumentorum interpretes in hoc praesertim mystico argumento. Illud quidem testatum est, scalis et rotis eandem significationem subjectam fuisse: τὰ ἀνθρώπινα πράγματα κλίμακι πέφυκεν ἐξομοιοῦσθαι Philo de Somn. p. 588. D.

CAP. IX.

De Macrocosmo et Microcosmo.

§. 1.

Ab illa rerum coelestium et terrestrium sympathia, cujus specimen Pythagoras in malvarum conversione sibi cernere visus est, proficiscitur fere omnis mysticorum disputatio; in eaque explicanda mirabiliter lasciviunt et modo aureae catenae imaginem nobis proponunt, quae Olympo demissa superna et inferna uno constringit vinculo, modo harmoniae mundanae jugi sono coelum, maria et terras tranantis. Hujus autem doctrinae veteres et dispersae reliquiae in Aegyptiorum et Chaldaeorum monimentis resident, neque non apparent in Orphicis et Pythagoricis, et altissime penetrant Gnosticos Platonicosque [a]

[a] De Cabbalistis viderint, qui hujus disciplinae dumeta penetrarunt. Auctor Catech. Cabb. p. 275. Pythagoreos ipsos Cabbalistis

Digitized by Google

quorum in vestigia incurrerunt hi, qui ut a nostra aetate propiores ita ad docendum promtiores sunt, Agrippa a Nettesheim, Robertus a Fluctibus, omnisque Paracelsistarum turba. Sed nostra disputatio potissimum ad Orpheum spectabit, ejusque magistros Aegyptios, si famae credere libeat, et imitatores Pythagoreos. Ignotus auctor Collect. Chem. in Fabr. T. XII. p. 762. *ἡ μυστικὴ ἡ τῶν Αἰγυπτίων καὶ Ἱερογραμματέων Αἰγύπτου θεία καὶ ἀληθὴς ἡ τῶν φύσεων συγγένεια τέρπει τὰς ὁμοουσίας φύσεις· τοῦτο ἔστι τὸ Ὀρφαϊκὸν ὁμοούσιον καὶ ἡ Ἑρμαϊκὴ λύρα, ἐν ᾗ ἡ τῶν οὐσιῶν ποθεινή τε καὶ ἐναρμόνιος ἀποτελεῖται συμπλοκή.* de qua artis divinae magistri infinitum quantum praedicant. Synesius de Insomn. p. 132. *τοῦ παντὸς τούτου συμπαθοῦς ὄντος καὶ σύμπνου καὶ τὰ μέρη προσήκειν ἀλλήλοις — καὶ σοφὸς ὁ εἰδὼς τὴν τῶν μερῶν τοῦ κόσμου συγγένειαν*[aa] quod Memphitica quoque inscriptio affirmat, quam Kircherus in Prodrom. Copt. p. 173. et 275. capitulis mysticis gratificatus est: *Οὐρανὸς ἄνω, οὐρανὸς κάτω, ἄστρα ἄνω, ἄστρα κάτω, πᾶν ὃ ἄνω*

adnumerat, nec pauca de utrorumque consensu dicuntur tum a Reuchlino Cabb. L. III. 718. sq. tum in Cabbala denudata. T. II. p. 67. 204. et 281. et exhibetur ibi p. 225. Visionis Ezechelitficae expositio exprincipiis philosophiae Pythagoricae praecipuisque Theosophiae judaicae reliquiis concinnata. Sed argumenta ad fidem faciendam desunt. Neque ex Beerii Geschichte, Lehren u. Meinungen d. Juden 1823. et scriptoris anonymi libro mystico Philosophie der Geschichte oder über die Tradition 1826. quidquam disci potest.

[aa] Id. p. 133. A. *τὸ ἐξ ἀντικειμένων ἓν ἁρμονία καὶ λύρας καὶ τόξου· quod nomen pro Heracliteo τόξου substituisse videtur. Simplicius in Ausc. L. I. p. 11. a. Ἡράκλειτος τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν εἰς ταὐτὸ λέγει συνιέναι δίκην τόξου καὶ λύρας.*

Digitized by Google

τοῦτο κάτω· ταῦτα λάβε καὶ εὐτυχῆς· cujus exemplum Aegyptiacum Champollio dicitur nuper in mumia Sesostridis invenisse. Illud Orphaicum Ὁμοούσιον defluxit ex Cosmogoniae loco, quo unitas universae naturae primo, medio, extremo constantis declaratur, unde Theologi Triadem homousion expiscati sunt, Mystici autem tum hac tum lyrae cosmicae imagine naturae totius convenientiam et cognationem significari putarunt. Neque aptius Pythagoreorum et Aegyptiorum quaedam componuntur sententiae, ad speciem similes, sed a diversis longe ductae principiis. Aegyptii verbi causa chamaeleon propter naturam calidam soli consecrarunt Galen. de Med. Simpl. L. III. 10. 66. B. iidemque leonem, fervidissimum animal, communiter Soli Vulcanoque, seorsum vero anteriores ejus partes igni, posteriores aquae Aelian. Hist. An. XII. 7. et huic crocodilum, accipitrem igni dicarunt X. 24. quorum nihil simile a Pythagora dictum reperitur. Neque is unquam attigit astrologicas rationes, quibus illi ad omnia usi sunt, certa herbarum genera sub certis decanis atque liturgis subjicientes; ut patet ex Galeno de Med. Simpl. VI. 143. sq. harum nugarum amatores ad Pamphilum ablegante[b] librorum Hermetico-

[b] Ὁ Πάμφιλος ἐξέγραψε (leg. ἐξ ἔγραψε) βιβλία (περὶ βοτανῶν) πλῆθος ὀνομάτων ἐφ' ἑκάστῃ μάτην προστιθεὶς, εἶθ' ἑξῆς, εἴ τις αὐτῶν ἐξ ἀνθρώπου μετεμορφώθη διηγούμενος, εἶτα ἐπῳδὰς καὶ σπονδὰς δή τινας καὶ θυμιάματα ταῖς ἐπὶ τούτων (leg. ἐπὶ ταῖς τούτων) ἀναιρέσεσι προσγράφων, ἑτέρας δὲ γοητείας τοιαύτας ληρώδεις ἅμα τισὶν ἐπῳδαῖς, ἃς ἀναιρούμενοι τὰς βοτάνας ἐπιλέγουσι. ubi post γοητείας Conringius de Hermet. Med. I. c. 11. p. 101. accusativum Αἰγυπτίας excidisse putat, quem Gaudani versio (sive malis, conver-

Digitized by Google

rum venditatorem p. 145. et ex Agrippa de Occult. Philos. L. I. c. 32. p. 37. „Appulejus si„gnis atque planetis praecipuas veluti proprias dis„tribuit plantas, scilicet Arieti elelisphacon, Tau„ro peristereona orthion, Geminis peristereona „hyption, Cancro symphyton, Leoni cyclaminum, „Virgini calamintham etc. Verum Hermes, quem „sequitur Albertus, planetis dat Saturno aspho„delum, Jovi hyoscyamum, Marti arnoglossam, „Soli polygoniam“[c]. Ad hanc igitur artis subtilitatem vel potius perversitatem Pythagorei, quos vetus Graecia admirata est, nunquam evecti sunt.

§. 2.

Ab hoc initio proficiscimur ad ipsam Macrocosmi imaginem, quam Orpheus luculentissimis

sie!) praebet et nuper recepit Kuehnius T. XI. 792. quanquam Ol. Borrichius, stultus Aegyptiorum admirator, in Sap. Hermet. Aegypt. p. 162. neque Venetos codices neque Basileenses hanc vocem exhibere dicit. Quae sequuntur: *τίς οὕτως ἄφλιος ὃς παρελθεῖν τὰ Διοσκουρίδου καὶ Νίγρου καὶ Κρατεύα καὶ ἄλλων μυρίων ἐν τῇ τέχνῃ καταγηρασάντων, βιβλία γραμματικὰ γράφοντος, ἐπῳδὰς καὶ μεταμορφώσεις καὶ δεκανῶν καὶ δαιμόνων ἱερὰς βοτάνας ἀνάσχοιτ' ἄν* p. 144. E. sic interpungenda *ὃς παρελθὼν — βιβλία Γραμματικοῦ γράφοντος — ἀνάσχοιτο.* quo significatur Pamphilus, Grammaticus Aristarcheus v. Sprengel. Hist. Botan. p. 111. Fabric. Bibl. T. VI. 374.

[c] Agrippa, qui ea aetate vixit qua librorum hermeticorum copia suppetebat nunc dispersa, ipseque hermeticam philosophiam publicis scholis explicare studuit (v. Meiners *Lebensbeschreibung berühmter Männer aus den Zeiten der Wiederherstellung der Wissensch.* T. I. p. 242. et p. 402.) locum illum ad verbum transtulit ex libro Hermetico cujus particulam sic inscriptam *Αἱ βοτάναι τῶν ιβ ζῳδίων ἐκδοθεῖσαι παρὰ Ἑρμοῦ*, nuper demum cum J. Lydo edidit Roetherus. Idem Hermetis commentarius a Galeno significari videtur Simpl. Med. L. VI. p. 145. B. *Βιβλίον περιέχον τὰς λς τῶν ὡροσκόπων ἱερὰς βοτάνας.*

Digitized by Google

adumbravit versibus, deum mundo velut corpore indutum repraesentans, stellarum caesarie comantem, auritum, oculatum, ceterisque membris, quibus animantia utuntur, praeditum:

Τοῦ δή τοι κεφαλὴ μὲν ἰδεῖν καὶ καλὰ πρόσωπα
οὐρανὸς αἰγλήεις, ὃν χρύσεαι ἀμφὶς ἔθειραι
ἄστρων μαρμαρέων περικαλλέες ἠερέθονται,
ὄμματα δ' ἠέλιός τε καὶ ἀντιόωσα σελήνη,
οὖς δέ οἱ ἀψευδὲς βασιλήιος ἄφθιτος αἰθήρ,
ᾧ δὴ πάντα κλύει καὶ φράζεται — —

Verbis prope iisdem sententiam longe diversam extulit Xenophanes deum orbicularem praedicans

Οὖλος ὁρᾷ, οὖλος δὲ νοεῖ, οὖλος δέ τ' ἀκούει[a]

et rursus aliam vulgaris poeta[b]

Πάντ' ἐφορᾷ Διὸς ὀφθαλμὸς καὶ πάντ' ἐπακούει.

Sed propius ad Orphei mentem accedit ille, de quo Philoponus loquitur in L. I. de An. F. III. a. b. quem totum locum huc transponere praestat: *ὑπενόησαν, φησὶ, τινὲς ψυχὴν ἐν παντὶ σώματι μεμίχθαι ὡς πᾶν εἶναι σῶμα ἔμψυχον, ἐκ δὲ τῆς τοιαύτης δόξης καὶ τὸν Θαλῆν νομίσαι πάντα πλήρη θεῶν εἶναι*[bb], *τοπικῶς ὑπονοοῦντος τοῦ Θαλοῦ πανταχοῦ εἶναι τὸ θεῖον, ἢ τῷ αὐτὴν τὴν ψυχὴν θεὸν ὑπονοεῖν — Τοιοῦτόν ἐστι καὶ Ἀράτου τὸ Μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ, καὶ λιμένες — Φασὶ δὲ καὶ τοὺς Στωικοὺς τοιαύτης*

[a] v. Brandis Comment. Eleat. p. 36. A Sibylla praedicatur deus *πάντα νοῶν καὶ πάντα βλέπων καὶ παντὸς ἀκούων* LVIII. p. 887.

[b] Cornut. N. D. XI. 153.

[bb] v. Heeren ad Stob. T. I. p. 56.

Digitized by Google

εἶναι δόξης· σῶμα γὰρ τὸ θεῖον ἐνόμιζον. Τοπικῶς μὲν οὖν πανταχοῦ τὸ θεῖον εἶναι ὑπονοεῖν ἄτοπον, ταῖς μέντοι ἐνεργείαις πανταχοῦ εἶναι ἀνάγκη. Οὕτω γοῦν νοοῦμεν τὸ

> Πάντα θεοῦ πλήρη, πάντῃ δέ οἱ εἰσιν ἀκουαὶ [c]
> καὶ διὰ πετράων καὶ ἀνὰ χθόνα καί τε δι' αὐτοῦ
> ἀνέρος, ὅττι κέκευθεν ἐνὶ στήθεσσι νόημα.

cui similis versus aeque ignoti poetae affertur a Didymo de Trinit. III. 2. 327.

> Πάντα θεοῦ πλήρη, πάντων πέρας ἐστι καὶ ἀρχή,
> πάντα φέρων λύων τε καὶ ἐξ αὐτῶν πάλιν αὔξων.

et oraculum Porphyrianum apud Eusebium

> Πάντα θεοῦ πλήρη, πάντη θεὸς ἐστεφάνωται
> πάντα ζωογονῶν ὁπόσα πνείει τε καὶ ἕρπει.

quanquam haec quoque popularius dicta sunt nec procul ab orthodoxa fide, sicut alia multa a Clemente relata Strom. V. 709. ὁ Δημόκριτος εἰναί τινας ὀλίγους γράφει ἀνθρώπων οἳ δὴ ἀνατείνοντες τὰς χεῖρας ἐνταῦθα, ὃν νῦν ἠέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες — πάντα Ζεὺς μυθέεται καὶ πάντ' οὗτος οἶδε καὶ διδοῖ καὶ ἀφαιρέεται. Μουσικώτερον δὲ Πίνδαρος ἅτε Πυθαγόρειος ὢν Ἓν ἀνδρῶν ἓν θεῶν γένος. Sed Orpheo similior certiorque Hylozoismi, ut vocant, auctor Sarapis, qui oratus a Nicocreonte Cyprio-

[c] Θεοῦ posui pro θεῶν. Corrupte scripti hi versus leguntur in Olympiodori Comm. in Alcib. p. 43. P. II. Creuz. καλῶς εἴρηται τὸ πάντα θεοῦ πλήρη, πάντα δὲ νοιων ἀκουαί usque ad νόημα. Ad Hesiodi versum in Opp. 265. πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς καὶ πάντα νοήσας Proculus hoc adnotat: ἄλλος μὲν τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ Διὸς εἶπεν εἶναι (scr. εἰδέναι) πᾶν τὸ μέσον γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος.

Digitized by Google

rum rege, quis deorum haberetur, his versibus sollicitam religionem regis instruxit:

> *Εἰμὶ θεὸς τοιόσδε μαθεῖν οἷόν κ' ἐγὼ εἴπω.*
> *οὐράνιος κόσμος κεφαλὴ, γαστὴρ δὲ θάλασσα,*
> *γαῖα δέ μοι πόδες εἰσὶ, τὰ δ' οὔατ' ἐν αἰθέρι κεῖται,*
> *ὄμμα δὲ τηλανγὲς λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.*

Macrob. Sat. I. 20. 323. Neque inelegans videtur haec similitudo, nisi quis putide exiliterque exequatur, quod fecit Plutarchus de Fac. Lun. c. XV. p. 50. T. XIII. stellas in hoc universo oculorum vicem obtinere affirmans, solem cordis, lunam hepatis, terram et mare ventris vesicaeque. Decentius concinniusque Solinus c. XXVI. Physici ajunt mundum animal esse eumque ex variis elementorum corporibus conglobatum moveri spiritu, regi mente, quae utraque diffusa per membra omnia aeternae molis vigorem exerceant. Haec autem opinio tam facilis excogitatu, tamque multis communis fuit[d] ut nullum ejus auctorem in libris traditum inveniamus, neque, si quis traderetur, fidem impetraret. Chalcidius quidem in Tim. XCII. 312. usque ab Homero repetit: Mundus qui animal est — dextras partes habebit profecto eas, in quibus est initium motus — proptereaque Homerum puto lapsum alitis augurantem dixisse Dexter ad eoum volitans solemque diemque (*Il.* XII. 264.). eoque etiam Achilles Tat. Isag. p. 161. Pe-

[d] v. Tzschucke ad Mel. Comm. T. III. P. III. p. 7.

Digitized by Google

tav. et Simplicius de Coel. p. 95. verba poetae accommodant. Sed error manifestus. Nam a principio, quia natura ipsa dextrae manui dominatum dedit, omnis a sinistra ad dextram motus auspicatior fuit nullo cum coeli respectu; eamque ob causam augures Graeci Romanique aves dextrorsum volantes et fulmina eodem directa addicere coeptis statuerunt [e]. Sed quia, ubi plures in unum convenerunt locum, alia aliis dextra et sinistra sunt, certam coeli regionem constitui oportebat, ad quam augurantes sese converterent. Jam communi hominum judicio inter quatuor σχέσεις sive habitudines principatum obtinent dextra et antica, in coeli plagis oriens et meridies. Lactantius Institt. II. 9. 5. Oriens deo accensetur, quia ipse fons et illustrator rerum, occidens autem illi conturbatae pravaeque menti [f]. Proculus in Tim. I. 24. ἡ δύσις, ὡς ἔλεγον Αἰγύπτιοι, τόπος ἐστὶ δαιμόνων κακωτικῶν [g] et Graeci quoque hanc partem Diti Patri consecrarunt, τῷ ἑσπέρῳ θεῷ Soph. Oed. T. 187. [h]

[e] Aristot. de Coel. II. 2. τὸ δεξιὸν καὶ ἀριστερὸν πρὸς ἡμᾶς ἀναφέρομεν, καθάπερ ἃ μάντεις.

[f] Veteris Ecclesiae ritu eos qui baptizarentur, quum diabolo renuntiarent, in occasum versos esse, post alios docet Milles ad Cyrill. Catech. Myst. p. 278.

[g] Iidem tamen septentrionales partes, propter maris situm, quo Nilus absumitur, Osiridi ferales dixerunt et abominati sunt Plutarch. de Is. c. XXXII.

[h] Alcibiadem ἱερεῖς καὶ ἱέρειαι στάντες κατηράσαντο πρὸς ἑσπέραν Lysias c. Andoc. p. 252. T. V. eodemque spectantes Rhizotomi mandragoram fodiunt Theophrast. H. Pl. IX. 249. Plin. XXV. 94. Clidemus Exegetici auctor in capite περὶ ἐναγισμῶν Athen. IX. 410. A. ὄρυξαι βόθυνον πρὸς ἑσπέραν τοῦ σήματος, ἔπειτα πρὸς ἑσπέραν βλέπων ὕδωρ κατάχεε. quem morem non omnes observarunt. Schol.

Digitized by Google

Exortivam autem mundi partem plerisque veterum diviniorem visam esse indicant templorum situs et simulacrorum positurae et precantium ad istam regionem conversio, eamque tum prisci Hebraei tum Graecorum et Romanorum nonnulli[1] anticam dixerunt et partes ad aquilonem laevas, ad austrum dextras. Servius ad Aen. II. 693. sinistras partes septentrionales esse disciplina augurum consentit et ideo ex ipsa parte significantiora esse fulmina, quoniam altiora et viciniora domicilio Jovis. quo nomine Varro quoque septentrionem designat, re ipsa discrepans ap. Fest. s. Sinistrae: a deorum sede quum in meridiem spectes, ad sinistrum sunt partes mundi exorientes, ad dextrum occidentes, unde factum arbitror, ut sinistra meliora auspicia quam dextra existimentur. Huic ex parte adstipulatur Plinius II. 55. laeva ful-

Soph. Oed. C. 477. *οἱ τοὺς καθαρμοὺς τελοῦντες πρὸς τὴν ἕω ἵστανται*, quod ille Cratini testimonio confirmat. Lucianus contra de Mort. Peregr. c. 36. 298. T. VIII. *καὶ εἶπεν ἐς τὴν μεσημβρίαν ἀποβλέπων (καὶ γὰρ τοῦτο πρὸς τὴν τραγῳδίαν ἦν ἡ μεσημβρία) δαίμονες μητρῷοι καὶ πατρῷοι δέξασθέ με εὐμενῆ*, ubi daemonum nomine significantur Manes parentum. Similiter apud Claudian. de VI. Cons. Honor. 328. sacerdos purificumque Jovem Triviamque precatus trans caput jaculatur in austrum secum rapturus cantata piacula taedas. Et Manichaei *τὰ μὲν μέρη, τὸ ἀνατολικὸν, δυτικὸν καὶ βόρειον τῷ ἀγαθῷ διδόασι, τὸ δὲ μεσήμβρινον τῷ κακῷ* Simplic. ad Epict. c. XXXIV. p. 166. Quae Porphyrius de duplici Nymphaei exitu disputat, praetereo.

[1] Nam non omnes idem statuebant. Festus: Ea coeli pars, quae sole illustratur usque ad meridiem, antica, quae ad septentrionem, postica. Quin eundem augurem, quem Livius I. 18. prospectum in orientem cepisse narrat, austro obversum inducit Plutarchus V. Rom. c. VIII. cf. Fabretti ad Column. Traj. p. 28.

Digitized by Google

mina prospera existimantur, quoniam laeva parte mundi ortus; ex quibus patescit auguria captantes modo hanc plagam spectasse modo australem. Ad Servii sententiam inclinat Plutarchus Quaest. Rom. c. LXXVIII. 356. sinistra signa prospera dici, quia orientem spectantibus ad sinistrum sit τὸ βόρειον, ὃ δὴ κόσμου δεξιὸν τίθενται καὶ ὑπέρτερον [k]. Et haec, ni fallor, poli arctici sublimitas in causa fuit, cur Graeci augures ad septentrionem ora dirigerent; huc enim conversi non solum mundi partes, unde motus et lucis origo, ad dextram, quae eadem est corporis nostri pars auspicatissima, sed etiam prospectum in eam coeli regionem habebant, cujus sidera semper patentia tempestates totamque vitam regunt. Tantum igitur abest, ut Chalcidio ceterisque assentiamur, qui vetustissimos augures mundo corporis animalis similitudinem tribuisse putant, ut quadripartitionem illam Homericis temporibus plane abjudicemus. Nec si, ut Hyginus docet de Limit. p. 150. Etrusci auspices orbem terrarum in duas partes diviserunt secundum solis cursum, dextram appellantes quae soli subjacet, sinistram, quae ad meridianum, ex hoc sequitur, eos illius sententiae participes fuisse. Nam Hebraei quoque anticam mundi partem et posticam distinxere, apud quos nulla fuit macro-

[k] Haec et ceterae rationes, quae a veteribus afferuntur, perinde improbabiles. Sinistra puto dicebantur fulmina τὰ ἐκ τῶν ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δεξιά (Dionys.) quae, sicut omnis dextratio, auspicatiora contrariis.

Digitized by Google

cosmi suspicio. Hinc ad ceteros transgredior. Hermes Stob. Ecl. Ph. I. 2. 990. ἡ γῆ μέση τοῦ παντὸς κεῖται ὥσπερ ἄνθρωπος — πρὸς μὲν τῷ νότῳ τοῦ παντὸς ἔχει τὴν κεφαλὴν, πρὸς δὲ ἀπηλιώτῃ τὸν δεξιὸν ὦμον etc. Sed longe aliam Ter maximi popularibus opinionem tribuit Plutarchus: τὰ ἑῷα τοῦ κόσμου πρόσωπον εἶναι, τὰ πρὸς βορρᾶν δεξιὰ, τὰ δὲ πρὸς νότον ἀριστερά de Is. c. XXXII. 145. T. IX. quod de Pythagoreis dicit Achilles Tat. l. c. p. 165. eos δεξιά vocare τὰ βόρεια, ἀριστερά vero τὰ νότια[1]. Plerique autem Pythagoram similiter ut Platonem (Legg. VI. 760. D.) dextram mundi partem orientem dixisse tradunt. v. Balfor. ad Cleomed. L. I. 380. Sturz. ad Emped. p. 336. accommodate ad augurum graecorum statum, quem Orpheus quoque in H. VII. sequitur Solem invocans:

Δεξιὲ μὲν γενέτωρ ἠοῦς, εὐώνυμε νυκτός.

His vero nondum efficitur, ut Pythagorei veteres mundum humani corporis speciem habere statuerint; neque non dubito, an hoc ullo sat antiqui auctoris testimonio confirmari possit. Succurrit quidem Aristotelis locus de Coel. II. 2. 37. Sylb. ἐπειδή τινές εἰσιν οἳ φασί τι δεξιὸν καὶ ἀριστερὸν τοῦ οὐρανοῦ, καθάπερ οἱ καλούμενοι Πυθαγόρειοι etc. Sed quae adnectit clare indicant eos longe aliam rationem sequutos esse. Nam quum perfectorum

[1] Tonitrua quae a laeva mundi parte hoc est a septentrione existant diviniora esse scribit Joh. Lydus de Ostent. XXII. 88. ἐπεὶ καὶ πρὸς τοῦ τῆς γῆς ἐφόρου ἐπιτροπεύεται τὸ νότιον, ὡς Αἰγυπτίοις δοκεῖ, τοῦ Κρόνου λέγω, ὥσπερ τὸ βόρειον ὑπὸ τοῦ τῆς γενέσεως αἰτίου.

Digitized by Google

corporum tres sint dimensiones totidemque duplices motus (Phil. de Somn. p. 569. B.) longitudo, quae dextro et sinistro terminatur, altitudo quae antico et postico, miratur Aristoteles Pythagoreos unum tantum ex his tribus principiis mundo tribuisse, quod certissimum est argumentum, eos de antico et postico nihil constituisse. Neque id permittet ratio ipsa, quam sequuti sunt. Nam ut Simplicius ad h. l. p. 94. A. pro Pythagoreis disputans adnotat: *τὸ κατὰ πάντων αὐτοὺς τὸ δεξιὸν καὶ ἀριστερὸν λέγειν, ἔλαβον ἐκ τῶν δέκα συστοιχιῶν*, unde perspicitur, eos mundo non propter ullam corporum animantium similitudinem dextrum et sinistrum tribuisse. Est vero alius Aristotelis locus Phys. Ausc. IV. 6. *εἶναι ἔφασαν καὶ οἱ Πυθαγόρειοι κενὸν καὶ ἐπεισιέναι αὐτὸ τῷ οὐρανῷ ἐκ τοῦ ἀπείρου πνεύματος, ὡς ἂν ἀναπνέοντι·* quo Boeckhius de Philol. p. 108. Mesmerianum commentum de vita mundi reciproco anhelitu continuata quasi anticipatum esse statuit. Quum vero inter vacuum illud, quo corpora discernuntur, et animam mundi plurimum intersit, una relinquitur verbi *ἀναπνεῦσαι* similitudo, quo fortasse ne usi quidem sunt Pythagorei[m] aut non ita proprie usi sunt sed ut hodie loquimur, Terra humores coelestes imbibit, et multa ejusmodi, ducta ab animantibus metaphora. Ovidius quidem Met. XV. 342. Pytha-

[m] Aristotelem sequitur Themistius Paraphr. in Ausc. IV. 41. a. *ταύτην οἱ Πυθαγόρειοι αἰτίαν τῷ κοινῷ προστιθέασιν οὐκ οἶδ' ὅπως καὶ εἰσπνεῖσθαι αὐτὸ ὑπὸ τοῦ παντὸς ἔξωθεν περιεχυμένου.* neque aliunde accepit Stobaeus Ecl. I. 380. et 388.

Digitized by Google

goram ipsum sic canentem inducit Nam sive est animal tellus etc. convenienter veterum physicorum effatis[n]. Sed desideramus antiquiorem hujus sententiae auctorem, non qui hoc nobis nunciet, deum mundi animum esse per omnem rerum naturam intentum et diffusum[o] sed qui hoc divinae mentis domicilium corporis humani figura praeditum esse perspicue doceat. Posteriores quidem Pythagoreos huic universo non solum deum inquilinum sed etiam speciem humanam asseruisse, adeo nihil ambigimus ut vel Epiphanii testimonio contenti simus: *σῶμα λέγει (Πυθαγόρας) εἶναι τὸν θεὸν, τουτέστιν οὐρανὸν, ὀφθαλμοὺς δὲ αὐτοῦ καὶ τὰ ἄλλα ὥςπερ καὶ ἐν ἀνθρώπῳ, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα καὶ τὰ καὶ' οὐρανὸν στοιχεῖα* adv. Haer. L. I. 5. p. 14. [oo]. Verum de Macrocosmo hactenus; sequitur, ut de Microcosmo dicamus.

§. 3.

Si quis magno de flumine, quam de fonticulis haurire malit, Robertum Fluddium adeat, qui his deliramentis dua grandia complevit volumina, unde hunc unum locum decerpere

[n] Pomp. Mela II. 2. de marinis aestibus: Non compertum adhuc anhelitu suo id mundus efficiat, retractamque cum spiritu undam regerat, si, ut doctioribus placet, unum animal est.

[o] *Ὁ μὲν θεὸς εἷς — οὐκ ἐκτὸς τᾶς διακοσμάσιος ἀλλ' ἐν αὐτᾷ — νοῦς καὶ ψύχωσις τῶν ὅλων* Pythag. ap. Cyrill. c. Jul. I. p. 30.

[oo] Varro hanc partem animae mundi dicit deum, in nobis autem genium vocari, — lapides terrae ut ossa dei, solem lunamque sensus ejus — aethera animum Augustin. Civ. XXII. 23.

Digitized by Google

placuit: Quaelibet mundi minoris plaga cuilibet mundi majoris quadrato naturâ, temperamento et dispositione convenit — Sinistra hominis pars septentrioni videtur referenda, nam ut ab aquilone boreas flatus suos frigidos, nives, grandines, glaciem emittit, sic lien melancholiae fons in sinistra parte situs flatus suos melancholicos emittit. Est ergo brachium sinistrum quasi polus arcticus, quemadmodum ejus dextrum antarcticus — Hepar in sua natura est calidum et humidum, sanguinem non aliter gignens et per rivulos corporis dispensans, quam meridionalis plaga nubes et pluvias ad terrae universae fertilitatem parturit. Haec ille de Microc. Ext. I. L. V. c. 4. p. 106. ac multo plura ad idem exemplum concinnata. Sed fontes ipsos adire praestat. Galenus de Usu Part. L. III. c. 10. p. 362. B. *τὸ ζῶον οἷον μικρόν τινα εἶναί φασιν ἄνδρες παλαιοὶ περὶ φύσεως ἱκανοί.* Philo de Vit. Mos. L. III. 673. D. *ἄνθρωπος βραχὺς κόσμος,* quem etiam *βραχὺν οὐρανόν* vocat de Mund. Opif. p. 18. E. ut *μικρὸν διάκοσμον* Porphyrius Stob. Serm. XXI. 185. minorem mundum Solin. c. V. sive brevem Macrob. Somn. II. 2. Nec displicuit antiquis Ecclesiae doctoribus. Cosmas Ind. de Mund. L. VII. p. 289. Montf. *εὖ γὰρ εἴρηται παρὰ τοῖς ἔξω, μικρὸς κόσμος ὁ ἄνθρωπος.* Quis hanc sententiam primus protulerit, inter auctores variat. Conrin-

Digitized by Google

gius de Herm. Med. I. 10. p. 93. Aegyptiis, inquit, videtur deberi doctrina de homine, quod sit parvus mundus, quam proponit *Firmicus* L. III. *Praef.* ut pleraque ejus sunt Aegyptia. Hic vero claris verbis hoc, de quo agitur, a Necepso et Petosiri traditum dicit, hominem ad mundi similitudinem formatum esse et iisdem principiis, quibus mundus regitur, sustentari. Neque ab hac sententia multum aberunt Chaldaei, de quibus Philo de Migrat. Abrah. p. 415. D. *Χαλδαῖοι τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐκπεπονηκότες διαφερόντως δοκοῦσιν ἀστρονομίαν καὶ γενεθλιακὴν, τὰ ἐπίγεια τοῖς μετεώροις καὶ τὰ οὐράνια τοῖς ἐπὶ γῆς ἁρμοζόμενοι, καὶ ὥσπερ διὰ μουσικῆς λόγων τὴν ἐμμελεστάτην συμφωνίαν τοῦ παντὸς ἐπιδεικνύμενοι τῇ τῶν μερῶν πρὸς ἄλληλα συμπαθείᾳ* — — quibus addit, eos mundum aut deum dicere solere aut divinae mentis conceptabulum. Haec autem quam vicina sint Macrocosmi et Microcosmi commenta et quantam habeant cum propriis Pythagorae et Platonis decretis cognationem, ex duobus aliis locis intelligitur de Abrah. p. 360. A. *Χαλδαῖοι ἐν τοῖς μάλιστα διαπονήσαντες ἀστρονομίαν καὶ πάντα ταῖς κινήσεσι τῶν ἀστέρων ἀναθέντες αἷς ὑπέλαβον οἰκονομεῖσθαι τὰ ἐν κόσμῳ δυνάμεσιν, ἃς περιέχουσιν ἀριθμοὶ καὶ ἀριθμῶν ἀναλογίαι, τὴν ὁρατὴν οὐσίαν ἐσέμνυνον καὶ τὴν ἐν ἐκείνοις τάξιν διερευνώμενοι κατά τε τὰς ἡλίου καὶ σελήνης καὶ τῶν ἄλλων πλανήτων καὶ ἀπλανῶν περιόδους ἢ κατὰ τὰς τῶν ἐτησίων ὡρῶν μεταβολὰς καὶ τὴν τῶν οὐρανίων*

Digitized by Google

πρὸς τὰ ἐπίγεια συμπάθειαν, τὸν κόσμον αὐτὸν ὑπέλαβον εἶναι θεόν. unde apparet res diversissimas, proportiones Platonicas et sympathias naturales confundi et permisceri. Et disertius Quis rer. div. haer. p. 502. C. Ἀναλογίᾳ μὲν ἴσα τὰ τέτταρα στοιχεῖά ἐστιν, ἀναλογίᾳ δὲ κόσμος ἅπας κραθεὶς τὸ ἴσον ἑκάστῳ τῶν μερῶν ἀπονεμούσῃ συνέστη. καὶ τὰ περὶ ἡμᾶς μέντοι τέσσαρα, ξηρὸν, ὑγρὸν, ψυχρὸν καὶ θερμὸν τὴν δι' ἀναλογίας ἰσότητα κερασάμενα ἁρμόσασθαι καὶ μηδὲν ἄλλο ἢ κρᾶσιν εἶναι τῶν τεσσάρων δυνάμεων ἀναλογίας ἰσότητι κραθεισῶν· ἐπιὼν δέ τις ἕκαστα μῆκος ἂν δύναιτ' ἂν ἄπειρον περιθεῖναι τῷ λόγῳ, τὰ βραχύτατα ζῶα τοῖς μεγίστοις ἀναλογίᾳ ἴσα ἂν εὕροι, ὡς χελιδόνα ἀετῷ καὶ τρίγλαν κήτει καὶ μύρμηκι ἐλέφαντα —— καὶ γὰρ πάντα σχεδόν ἐστιν ὁμοιότροπα τῷ τῆς ἀναλογίας ἰσούμενα κανόνι· οὕτως ἐθάρρησαν ἔνιοι καὶ τῷ παντὶ κόσμῳ τὸ βραχύτατον ζῶον, ἄνθρωπον, ἴσον ἀποφῆναι — καὶ ἐναλλάττοντες βραχὺν μὲν κόσμον τὸν ἄνθρωπον, μέγαν δὲ ἄνθρωπον ἔφασαν τὸν κόσμον εἶναι. Chaldaeos subsequitur Pythagoras. Varro de L. L. VI. p. 84. (VII. 303.). Umbilicum dictum ajunt ab umbilico nostro, quod is medius locus sit terrarum, ut umbilicus est hominis medius[a]. Quod utrumque est falsum; neque hic locus est terrarum medius, neque noster umbilicus est homi-

[a] Vid. Vitruv. III. 1. 3.

Digitized by Google

nis medius. Itaque pingitur, qui vocatur *IXTON Πυθαγόρα*[b], ut media coeli ac terrae linea ducatur infra umbilicum per id quo discernitur, mas an femina sit, ubi ortus humanus similis ut in mundo. Etenim tabulam hanc non absimilem ei fuisse arbitror, quam Robertus Fluddius ad repraesentandam Macrocosmi et Microcosmi similitudinem delineavit, hisque verbis illustravit: Mundi circularis centrum est terra, humanae vero rotunditatis punctum centrale est secundum quosdam in umbilico. Sed nos potius illud circa genitalia ponendum esse putamus etc. de Macroc. I. Tract. L. III. p. 66. et p. 82. Sed clarius distinctiusque testimonium praebet Anonymus V. Pyth. p. 114. Kiessl. *Ὁ ἄνθρωπος μικρὸς κόσμος λέγεται, οὐχ ὅτι ἐκ τεσσάρων στοιχείων σύγκειται (τοῦτο γὰρ καὶ ἕκαστον τῶν ζώων). ἀλλ' ὅτι πάσας ἔχει τὰς τοῦ κόσμου δυνάμεις· ἐν γὰρ τῷ κόσμῳ εἰσὶ θεοὶ, ἔστι δὲ καὶ τὰ ἄλογα ζῶα, ἔστι καὶ φυτά· πάσας δὲ ταύτας τὰς δυνάμεις ἔχει ὁ ἄνθρωπος· ἔχει γὰρ θείαν μὲν δύναμιν τὴν λογικὴν, ἔχει τὴν τῶν στοιχείων θρεπτικὴν*

[b] Codd. et Edd. ichton pythagora et a pythagora; emendant *ἡ χθών*, quod probari nequit, nec placet icon Pythagorae; Antichton Hermannus probat. Dubito an ejusdem Pythagorae tabula sit de qua Varro L. IV. p. 13. Omnis natura in coelum et terram divisa est; sic coelum in regiones, terra in Asiam et Europam — — quorum imaginem ex aere Pythagoras Tarenti fecit. Martianus Cap. L. I. 197. terrae regionum habitus prodidit doctissimus Pythagoras.

Digitized by Google

καὶ αὐξητικήν etc. quod exemplo est, quam facile scite dicta nimio cultu corrumpantur. Quis enim non applaudat Manilio canenti:

Nobis est mundus in ipsis
exemplumque dei quisque est in imagine parva.

IV. 893. sed quis idem non fastidiat homines putidiusculos, qui hanc sententiam in omnes partes vertendo usque eo deduxerunt ut singulas mundi divini substantias et potestates in hominum natura inesse sibi persuaderent. Sed quoniam circa eumdem sensum permulta dicta sunt, quae quidem semel audita non displiceant, diutius tractari sine nausea non possint, in potioribus subsisti necesse est. Ac primum dicamus de Planetis, ut principalibus in hac causa.

§. 4.

Proculus in Tim. I. 348. δεῖ ὡς τὸν ὅλον κόσμον οὕτω καὶ τὸν ἄνθρωπον ἐπισκέψασθαι τελείως, διότι μικρός ἐστι καὶ οὗτος κόσμος· ἔχει γὰρ καὶ νοῦν καὶ λόγον καὶ θεῖον σῶμα καὶ θνητὸν ὥσπερ τὸ πᾶν, καὶ διήρηται ἀνὰ λόγον τῷ παντί. Ὅθεν δὴ λέγειν τινὲς εἰώθασιν ὡς τὸ μὲν νοερὸν αὐτοῦ τῇ ἀπλανεῖ τέτακται ἀνὰ λόγον, τοῦ λόγου τὸ μὲν θεωρητικὸν τῷ Κρόνῳ, τὸ δὲ πολιτικὸν τῷ Διΐ· τοῦ δὲ ἀλόγου τὸ μὲν θυμοειδὲς Ἄρει, τὸ δὲ φωνητικὸν Ἑρμῇ, τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν Ἡλίῳ, τὸ δὲ φυτικὸν Σελήνῃ, καὶ τὸ μὲν αὐγοειδὲς ὄχημα τῷ οὐρανῷ, τὸ δὲ θνητὸν τοῦτο τῷ ὑπὸ σελήνην. Qui locus nobis in memoriam

Digitized by Google

redigit non inelegans carmen Stobaei Eclogis insertum I. 6. 174.

Ἑπτὰ πολυπλανέες κατ' Ὀλύμπιον ἀστέρες οὐδόν.

— — — — — — —

Οἱ δ' αὐτοὶ μερόπων ἔλαχον γένος· ἔστι δ' ἐν ἡμῖν
Μήνη, Ζεὺς, Ἄρης, Παφίη, Κρόνος, Ἥλιος, Ἑρμῆς.
δάκρυ μέν ἐστι Κρόνος [a], Ζεὺς δ' αὖ γένεσις, λόγος Ἑρμῆς,
θυμὸς Ἄρης, Μήνη δ' ἄρ' ὕπνος, Κυθέρεια δ' ὄρεξις,
Ἥέλιος δὲ γέλως κ. τ. λ.

quos versus Heerenius ambigit utrum Orphei an Hermetis esse dicat; sunt vero Theonis Alexandrini Ep. II. Anall. T. III. 4. neque altum quiddam sapiunt sed in obviis et vulgaribus versantur similitudinibus, quales et Hermes sequutus est Stob. I. 52. 946. quum deos planetas induceret munera sua mortalibus promittentes, et Physici illi, qui, ut Servius ait ad Aen. III. 607. Eccl. VI. 3. singulas partes corporis nominibus consecratas esse dixerunt, aurem Memoriae, frontem Genio, genua Misericordiae, digitos Minervae; quod paullo aliter definit Fulgentius III. c. 7. putarunt pagani singulas partes in homine deos singulos obtinere, ut Jovem caput, Minervam oculos, Junonem brachia, cinctum Martem, renes et inguina Venerem, pedes Mercurium, sicut Democritus in Physiologumenis scripsit; quae

[a] Fortasse quia is deorum moestissimus, ut Martianus Cap. I. p. 2. idemque pluviarum deus Serv. Georg. I. 536. Quod Pythagoras mare Saturni lacrimas vocavit nescio an eodem referri possit.

Digitized by Google

omnia ex epithetis deorum puerili acumine conjecta et conclusa sunt [b]. Sed aliquanto altius evolarunt medicinae Hermeticae et astrologiae judiciariae auctores, planetas, duodecim signa eorumque partes ad μελοθεσίαν corporis humani referentes. Proculus in Paraphr. Tetrab. L. III. 7. p. 209. ὁ μὲν Κρόνος κύριος ἀκοῆς δεξιᾶς καὶ σπληνὸς καὶ κύστεως, ὁ δὲ τοῦ Διὸς χειρὸς καὶ πνεύμονος, ὁ δὲ τοῦ Ἄρεως εὐωνύμου ἀκοῆς et sic cetera usque ad Lunam gulae, stomacho, utero, ventri praepositam. Nec minore subtilitate Melampus De palp. div. p. 483. ed. Franz. digitis ipsis suum cuique planetam assignat, Saturnum ei, qui est dextrae minimus, proximo Solem, Mercurium medio, salutari Martem, pollicem Veneri; quam doctrinam Aegyptiis acceptam refert Firmicus VIII. 3. Locum de signorum per membra divisione Necepso, ut remedia valetudinis inveniret, deligentissime explicavit eademque ratio a Chaldaeis tractata. Sextus c. Astrol. V. 341. ἦσάν τινες Χαλ-

[b] Anonymus de Bragmanis Palladio subjunctus p. 18. Dindimus rex Brachmanorum ad Alexandrum Magnum: Minervam capitis arcem tenere, Junonem iracundiae praesidere, Mercurium linguam regere, Martem pectora, Cupidinem jecinoris secretarium, Venerem femorum cubilia etc. Varro L. L. IV. p. 21. Junoni — mulieres potissimum superciliosa attribuerunt, nimirum quia superciliosa dicitur cf. Reines. Epp. 27. 676. Adr. Junius Animadv. p. 232. Millin. Monum. Ined. T. II. 62. Ceterum ille Indorum Serenissimus Dindimus, qui Alexandro Braminicae sapientiae mysteria prodidit, Dandamis vocatur Gymnosophista ab Onesicrito Plutarch. V. Alex. LXV. Dindymus in Epist. MS. quae sub nomine ejus extant. v. Fabric. Bibl. T. III. 28. Xandames Cedreno Compend. p. 152. C. Ejusdem fabricae est Calani epistola ad Alexandrum M. quam Philo legit Quod omn. prob. lib. p. 879. D. unde Ambrosius sumsisse videtur L. II. Epist. VIII. p. 38. T. III.

Digitized by Google

δαίων οἳ καὶ ἕκαστον μέρος τοῦ σώματος ἑκάστῳ τῶν ζῳδίων ἀνατιθέντες ὡς συμπαθοῦν· κριὸν μὲν γὰρ κεφαλὴν ὀνομάζουσιν et cetera, quae Paulus Alexandrinus in primo Isagoges capite fusius explicat [c]. Is enim est signorum ordo et positus in Macrocosmo; τὸν κριὸν κεφαλὴν τοῦ κόσμου προσαγορεύουσι, τὸν ταῦρον τράχηλον, τοὺς διδύμους ὤμους, καρκίνον στῆθος etc. Hephaest. Apotel. p. 4. quae naeniae ab Astrologis seculi decimi quarti et quinti certatim recantantur et creduntur fortasse ab his, qui artem nugatoriam nuper ex antiquitatis scrutariis in lucem revocare conati sunt. Quod superest, nemo ignorat Aegyptios iatromathematicos [d] singulis corporis partibus unum ex triginta sex decanis praefecisse et in medicina facienda proprium cujusque membri praesidem invocasse genium [e]. Quae omnia sejunctissima sunt a veterum Pythagoreorum

[c] cf. Niphus de Augur. L. I. p. 83. Barth. Advers. XI. 3. Concilio Bracariensi secundo Can. X. damnantur si qui duodecim signa per singula animi vel corporis membra disposita credunt, Mansi Coll. Conc. T. IX. p. 775. Ipsum corpus nostrum secundum duodecim signa compositum adstruunt Mathematici, constituentes in capite arietem — — ad plantas usque, quas piscibus tribuunt." Augustin. de haeres. N. 70. p. 17. T. VIII. Benedict.

[d] Οἱ Αἰγύπτιοι συνῆψαν τῷ δι' ἀστρονομίας προγνωστικῷ τὴν ἰατρικὴν διὰ τῶν καλουμένων ἰατρομαθηματικῶν συντάξεων Hephaestio MS. ap. Salmas. de Ann. Clim. p. 52. Iisdem prope verbis usus Proculus Psraphr. I. 23. p. 23. cf. Wesseling. ad Diod. I. 81. p. 444. T. I. Onirocriticos quoque hanc artem usurpasse apparet ex Artemid. I. 49, 70. et al.

[e] Orig. c. Cels. VIII. 785. C. Hoc Proculus utitur in Parm. L. III. 55. ad confirmandam opinionem ridiculam, digiti quoque et dentium et cujusque minimae partis esse quandam ideam generalem in mente universa — καὶ δαιμονίας εἶναι καὶ τούτων αἰτίας διωρισμένας οὐκ ἀπογνωστέον, ὡς δηλοῦσι καὶ αἱ ἐπικλήσεις τῶν ἐπὶ δακτύλου καὶ καρδίας τεταγμένων etc.

Digitized by Google

gravitate, qui etiamsi mundum divina mente per omnes ejus partes aequaliter fusa et intenta velut unum corpus regi statuerent, tamen nunquam ad sympatheticorum et mathematicorum fallacias delapsi sunt, illaque ipsa de Analogiis doctrina, ad quas omnia revocant et quae sub sensum cadunt et quae mente intelliguntur, non ex isto praestigiosae superstitionis fonte decurrit sed ab arte et ratione scrutandis rerum principiis profecta est; quod ipsum in progressu disputationis magis magisque patescet.

§. 5.

Mathematici veteres duodecim signa tum aliis rebus tum sexus diversitate distinguunt: ἓξ μὲν τῶν δώδεκα μορίων ἀπένειμαν τῇ ἀῤῥενικῇ φύσει καὶ ἡμερίνῃ, τὰ δὲ ἴσα τῇ θηλυκῇ καὶ νυκτερίνῃ Ptolem. Tetrab. L. I. p. 9. quod somnium a recentioribus Astrologis resumtum[f] una cum ceteris hujus sectae deliramentis contemtu et oblivione vindicandum esset, nisi gravis auctor, Sextus, affirmaret Pythagoreos haec Chaldaeorum decreta sequutos esse c. Astrol. V. 339. ἀρσενικὰ καὶ θηλυκὰ (ζῴδια), ἅπερ συνεργὸν ἔχει φύσιν πρὸς ἀρσενογονίαν καὶ θηλυγονίαν — ἀφ' ὧν καὶ οἱ Πυθαγόρειοι κινηθέντες τὴν μὲν μονάδα ἄῤῥεν προσαγορεύουσι, τὴν δὲ δυάδα θῆλυ, τὴν δὲ τριάδα πάλιν ἄῤῥεν, καὶ ἀναλόγους τοὺς λοιποὺς τῶν τε

[f] v. Nabod. Enarrat. Elem. Astrol. p. 92.

Digitized by Google

ἀρτίων καὶ τῶν περισσῶν ἀριθμῶν. Contrarium censet Fabricius, Chaldaeos Pythagoreorum placita in suum vertisse; sed tam hic errat quam ille, nam inter utrosque infinitum differt. Babylonii, quum signa coelestia situ, forma, sexu discriminarent, nihil aliud quam vulgares superstitiones consectati sunt, quarum contactum philosophia quantum maxime potest, abhorret et refugit; Pythagoreorum autem distinctio ad illas generales rerum notas pertinet, quarum nullus est in apotelesmatum judicio usus, non magis quam categoriarum Archytiarum et Aristotelicarum. Hae syzygiae sive qualitatum inter se dissidentium conjunctiones[g], quas Alcmaeo indefinitas reliquit, Pythagorei autem ob numeri denarii religionem ad decem revocarunt species, a posterioribus immensum auctae et ad explicandam rerum naturam adhibitae sunt, reciprocatione sua cuncta generantes; nam, ut Philo ait Quod Mund. incorr. p. 957. B. τῶν ἐν ταῖς συζυγίαις ἐναντίων ἀμήχανον τὸ μὲν εἶναι, τὸ δὲ μή. λευκοῦ ὄντος γὰρ ἀνάγκη καὶ μέλαν ὑπάρχειν, καὶ γλυκέος πικρον, καὶ ἡμέρας νύκτα. et accommodatius ad praesentem quaestionem Porphyrius de A. N. c. XXIX. τῷ θνητῷ τὰ βόρεια, τῷ ἀθανάτῳ τὰ νότια, θεοῖς τὰ ἀνατολικὰ, δαίμοσι τὰ δυτικὰ, τὰ μὲν ἀριστερὰ τὰ δὲ δεξιὰ, νύξ τε καὶ ἦμαρ, καὶ διὰ τοῦτο παλίντονος ἁρμονία καὶ τοξεύει δι' ἐναντίων [h].

[g] v. Wyttenbach. ad Phaed. p. 177.

[h] Hoc τοξεύει, nisi ex διεξοδεύει depravatum est, Heracliteo ἁρμονία λύρας καὶ τόξου respondet. Philo Quis div. rer. haer. p.

Digitized by Google

quae jam ad mysticorum, ut paulo ante ostendimus, similitudinem vergunt perspicuumque faciunt, quam declivis sit a diversis exordiis ad eumdem exitum decursus. Nam qui qualitates utriusque ordinis sic inter se congruere statuerunt, ut finitum quod esset, idem unum, impar, bonum, masculum, lucidum et cetera esse dicerent, contraria autem quae alteri subjecissent ordini, his utique pronum fuit, has notiones ad eas res transferre, quae neque sexus, neque numeri, neque coloris participes essent. Et quia paria paribus concordare credebantur et contra, huic opinioni consentaneum fuit, ut omnium, quae inter coelum et terram nascuntur, sympathias comminiscerentur et diversorum temperamentorum discordias odiaque sempiterna. Hoc igitur est, quod antiquis illis syzygiarum auctoribus in mentem venisse nego, idemque de multis aliis sentio superstitionibus, quae sub alio coelo natae Pythagoricae doctrinae quasi per insitionem inoleverunt, velut illud de duobus principiis dogma, a Zarata, ut aliqui existimavere, Pythagorae traditum [1], cu-

510. hoc dogma de rerum contrariarum concentu a Mose praeceptum dicit. οὐ τοῦτ' ἐστιν ὃ φασιν Ἕλληνες τὸν μέγαν Ἡράκλειτον κεφάλαιον τῆς αὐτοῦ προστησάμενον φιλοσοφίας αὐχεῖν ὡς εὑρέσει καινῇ; παλαιὸν γὰρ εὕρεμα Μωυσέως ἐστὶ τὸ ἐκ τοῦ αὐτοῦ τὰ ἕνα τέλη τιμημάτων λόγον ἔχοντα ἀποτελεῖσθαι.

[1] Plutarch. de An. Procr. c. II. Pinguiter Dupuis Orig. de tous les cult. T. IV. P. II. 439. dyarchiam Ahrimanis et Oromasdae, bivium Orci et quidquid aliquam dualis numeri speciem praebet, cum Pythagorae syzygiis, tanquam ex eodem fonte profecta, componit ac ne illud quidem, quod in Scriptura sacra de diversis bonorum et malorum itineribus dicitur, la fable du grandjugement, intactum dimittit. Nempe Nos ecrivains Chrétiens ou les auteurs de la triste legende de Christ, n'ont été que des mise-

Digitized by Google

jus de rerum numeris et rationibus doctrina cum Duitarum somniis ne minimam quidem habet similitudinem. Sed ne ad aliud, quam de quo agitur, abducar, tantum adjiciam, Platonem quoque in festivo Aristophanis sermone Symp. p. 190. A. corporibus coelestibus quandam sexus utriusque similitudinem tribuere: *τὸ μὲν ἄῤῥεν ἦν τοῦ ἡλίου τὴν ἀρχὴν ἔκγονον, τὸ δὲ θῆλυ τῆς γῆς, τὸ δὲ ἀμφότερον μετέχον τῆς σελήνης, ὅτι καὶ ἡ σελήνη ἀμφοτέρων μετέχει*[k], unde ea in Orph. H. IX. *θῆλύς τε καὶ ἄρσην* dicitur. Hanc Platonicam fabellam in serium vertentes nonnulli animam nostram a luna tractam esse volunt corpus a terra, a sole intellectum Plutarch. de Fac. Lun. XXVIII. 91. T. XIII. cui loco commodissime ea subtexemus, quae veteres de psychogonia deque animorum in corpora transitu et ad naturae suae principia, hoc est, ad aetherias sedes regressu tricati sunt.

§. 6.

Macrobius Somn. I. 12. 68. „de Zodiaco, inquit, et lacteo ad subjectas sphaeras anima de-

rables plagiaires p. 448. Quis hunc declamatorem ulla de re sine ira et studio judicasse credet? qui, ut Capucinos pungat, singulis fere paginis innocentissimos scriptores bacchabundus insultat?

[k] Quintil. de Mus. III. 158. *ὁ τῆς σελήνης κύκλος ὑγρὸς ὢν τὸν δ ἀπὸ τοῦ Ε ἀφίησι φθόγγον· καὶ γὰρ αὕτη πλεῖστον μὲν θηλύτητος ἔχει, μετέχει γε μὴν καὶ ἀῤῥενότητος.* Contra nugator Chaldaeus ap. Plutarch. de *Ei* delph. IV. 219. secundam literam Soli tribuit, alii, prout quisque planetarum positum descripsit, Mercurio aut Veneri. v. Bekk. Anecd. p. 796. Lydus de Mens. p. 14. — Ptolemaeus Quadrip. II. p. 15. b. *οἱ πρὸς ἑσπέραν τεθηλυμένοι, ἐπειδὴ τοῦτο τὸ μέρος σεληνιακὸν τυγχάνει.*

Digitized by Google

„lapsa, dum per illas labitur, in singulis singu-
„los motus, quos in exercitio est habitura pro-
„ducit, in Saturni ratiocinationem et intelligen-
„tiam, in Jovis vim agendi, in Martis animosi-
„tatem, in Solis sentiendi opinandique naturam,
„desiderii vero motum in Veneris, pronunciandi
„et interpretandi, quae sentiat, in orbe Mercurii,
„naturam vero plantandi et augendi corpora in-
„gressu globi lunaris exercet," quae a pluribus sed non eodem modo tradita. Servius Aen. XI. 51. „Dicunt Physici, quum nasci coeperimus,
„sortimur a sole spiritum, a luna corpus, a Ve-
„nere cupiditatem, a Saturno humorem, quae
„omnia singulis reddere videntur extincti," quae iisdem fere verbis leguntur in Isidori Origg. L. V. c. 30. p. 111. ed. Vulcan. Et ad Aen. VI. 714. „Mathematici fingunt, quod singulorum nu-
„minum potestatibus corpus et anima connexa
„sint, quia quum descendunt animae, trahunt se-
„cum torporem Saturni, Martis iracundiam, Ve-
„neris libidinem, Mercurii lucri cupiditatem, Jovis
„regni desiderium." Unde non multum discrepat Philastrius de Haer. c. LXIV. Planetarum nomina ab Hermete ad dies hebdomadis translata esse referens, quod ille putaverit septem stellas hominum generationem constituere; cujus erroris contagia longe lateque serpunt. De Graecis unum testem adhibeo Nicephorum in Synes. p. 394. A. *τὰ περὶ Ἀθηνᾶς μυθολογούμενα ἀλληγοροῦσιν οἱ σοφώτεροι· τὴν μὲν Ἀθηνᾶν φασιν εἶναι τὴν ψυχήν, Λία δὲ τὸν αἰθέρα — Τριτογένειάν φασι δὲ,*

Digitized by Google

ὅτι κατιοῦσα λαμβάνει ἐκ τοῦ ἀἰθέρος τὸ θυμικὸν, τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν ἐκ τῆς σελήνης (ὑγρὰ γὰρ ἡ σελήνη) εἶτα ἐφεξῆς ἐκ τῶν στοιχείων λαμβάνει τὴν τοῦ σώματος σύνθεσιν. Ταῦτα δή φασιν Ἕλληνες, ἄλλα δὲ Αἰγύπτιοι καὶ Χαλδαῖοι· quibus similia affert Lydus de Mens. VIII. 46. De Aegyptiis testatur Trismegistus ipse Poemandr. c. IX. 576. Cap. I. §. 24. ed. Flussat. ἐν τῇ ἀναλύσει τοῦ σώματος παραδίδωσι τὸ σῶμα εἰς ἀλλοίωσιν — καὶ οὕτως ὁρμᾷ λοιπον ἄνω διὰ τῆς ἁρμονίας, καὶ τῇ πρώτῃ ζώνῃ (lunari) δίδωσι τὴν αὐξητικὴν ἐνέργειαν καὶ τὴν μειωτικὴν, καὶ τῇ δευτέρᾳ (Mercur.) τὴν μηχανὴν τῶν κακῶν καὶ τὸν δόλον, τῇ τρίτῃ (Vener.) τὴν ἐπιθυμητικὴν καὶ τὴν ἀπάτην, τῇ τετάρτῃ (Solis) τὴν ἀρχοντικὴν προφάνειαν, τῇ πέμπτῃ (Martis) τὸ θράσος, τῇ ἕκτῃ (Jovis) τὰς ἀφορμὰς τὰς κακὰς τοῦ πλούτου, τῇ ἑβδόμῃ τὸ ἐνεδρεῦον ψεῦδος, quae satis inepte Aegyptiis affinguntur. Eo ordine, quo dies in hebdomade retroacti se subsequuntur, planetas septem, quos anima transgreditur, repraesentavit scala Mithriaca (κλίμαξ ἑπτάπυλος), cujus primus gradus plumbeus Saturno consecratus, secundus stanneus Veneri, proximus aeneus Jovi, quartus ferro assimilatus, Mercurio, et sic reliqui; de quo quae dici possunt, pleraque dicta sunt a Beausobrio [a]. Postremo occurrit Ophitarum diagramma, preces et salutationes continens, quibus ani-

[a] Wyttenbachius ad Plut. S. N. V. p. 124. putat quae Plutarchus narrat de ternis lacubus infernis ad exemplum hujus scalae ficta esse; sed similitudo haec perparva est.

Digitized by Google

mae a terra redeuntes singulasque sphaeras transeuntes deos planetarum dominos delinire possint v. Mosheim. Gesch. d. Schlangenbrüder §. 47. p. 89. et huic non dissimile Philologiae ad superos evadentis iter a Martiano Capella enarratum L. II. p. 41. qui etiam formas deorum aliquot planetariorum et qua oratione virgo divina singulis supplicaverit, exponit. Ex diverso Firmicus Astr. I. 3. p. 7. et Porphyrius de A. N. c. XXIX. animas per orbem Solis descendere, per Lunae vero ascendere tradunt; quin ipse Pythagoras loco Homerico Od. XXIV. 12. hanc sententiam subjecisse dicitur: *Δῆμος ὀνείρων κατὰ Πυθαγόραν αἱ ψυχαὶ, ἃς συνάγεσθαί φησιν εἰς τὸν γαλαξίαν τὸν οὕτω προσαγορευόμενον ἀπὸ τῶν γάλακτι τρεφομένων, ὅταν εἰς γένεσιν πέσωσι* Porphyr. l. c. XXVIII. et similiter Empedotimus [b], qui ejusdem sectae fuisse videtur, ap. Philopon. in Metaph. I. p. 104. b. *ὁ Δαμάσκιος τὴν Ἐμπεδοτίμου περὶ τοῦ γάλακτος οἰκειοῦται, ἀργὸν* (leg. *ἔργον*) *αὐτὴν οὐ μῦθον καλῶν· φησὶ γὰρ ἐκεῖνος ὁδὸν εἶναι ψυχῶν τὸ γάλα τῶν ἐν ἅδῃ τὸν ἐν οὐρανῷ* [c] *διαπορευομένων, καὶ οὐ*

[b] Suidas s. *Ἰουλιανός· Ἐμπεδοτίμῳ καὶ Πυθαγόρᾳ πιστεύομεν, οἷς τε ἐκεῖθεν λαβὼν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἔφη.* hic, puto, in libro *περὶ τῶν ἐν ᾅδου* Plut. adv. Col. XIV. 556. De Empedotimo nihil afferre possum praeter Clementis et Gregorii testimonia, a Muratorio collecta ad Greg. Carm. LXXXVI. in Raccolt. F. XXII. p. 47. Galland. p. 377. modo patet hominem Syracusanum fuisse dolo quodam immortalitatis famam consequutum, quare cum Hercule, Trophonio et Aristea componitur ab illis.

[c] Leg. *τὸν ᾅδην τὸν ἐν οὐρανῷ.* Turnebus L. XIII. Adv. 2. p. 3. addit Ovid. Met. I. 169. Est via sublimis — lactea etc. Sequentia sic scribenda et interpungenda: *Αὐτὸν μέντοι τὸν κύκλον οὐράνιον εἶναι θεῶν διακόσμησιν ὁμολογητέον, εἴτε κατὰ τὸ γάλα τῆς Ἥρας ὑποστᾶσαν (διὸ καὶ πρὸς τὴν ἀναγωγὴν τῶν ψυχῶν οἰκείως*

Digitized by Google

θαυμαστόν φησι Δαμάσκιος· εἰ καὶ ψυχαὶ καθαίρονται ἐν τούτῳ τῷ κύκλῳ τῆς ἐν οὐρανῷ γενέσεως —. Redeo ad septem illos *κοσμοκράτορας*, quorum et numerus eximia religione praeditus et nomina a diis translata Theosophis plurimam fabulandi materiam praebuerunt. Kircherus in Arithm. p. 273. „Numerus septenarius in superiore mundo septenos principes spiritus in zodiaco septem configurationes seu adspectus signorum, in planetario coelo septem errones, in elementario totidem metallorum genera, in microcosmo totidem principalia membra — in incremento hominis septem aetates — et cetera frivola, cassa, si mollius accipias, miseranda. Et est tamen nihil horum, quod non ab antiquis acceperit. Nam metalla certa certis consecrata fuisse planetis docet Eustathius ad Il. II. p. 25. *τῷ ἡλίῳ ὁ χρυσὸς ἀνατίθεται, τῇ σελήνῃ ὁ ἄργυρος κ. τ. λ. καθάπερ ἐν τοῖς Πινδάρου φέρεται*[d], nec minus scala Mithriaca, quam intuen-

ἔχειν, καὶ τοῦτο εἶναι τὸ μυθευόμενον, ὡς οὐκ ἄνεισιν. ἀπὸ τοῦ κύσμου ψυχὴ μὴ σπῶσα τοῦ Ἡραίου γάλακτος) εἴτε καὶ ἄλλον τρόπον διακοσμηθεῖσαν· Vulgo editum *ἀνάγκην* pro *ἀναγωγήν* et *ὑπόστασιν* pro *ὑποστᾶσαν*. Fabula orta e nomine circuli, quem jam Parmenides *γάλα* vocavit p. 56. ed. Peyron. sicut illa quoque Plin. XVIII. 69. hujus circuli defluvio velut ex ubere aliquo cuncta sata lactescere etc.

[d] Hoc est in Scholiis Isthm. V. 2. *ἑκάστῳ τῶν ἀστέρων ὕλη τις ἀνάγεται, ἡλίῳ μὲν ὁ χρυσὸς, σελήνῃ δὲ ἄργυρος, Ἄρει σίδηρος, Κρόνῳ μόλιβδος, Διὶ ἤλεκτρος, Ἑρμῇ κασσίτερος, Ἀφροδίτῃ χαλκός*, quae eodem modo a Proculo tradita repetit Olympiodorus ad III. Meteor. p. 59. Variant recentiores Astrologi, Jovi aeris dominium tribuentes, Marti cupri, Mercurio argenti vivi etc. Fragm. Astrol. in Thadaci Hagecii Opusc. Ann. 1563. cap. V.

Digitized by Google

tibus incerta videbitur Gesneri conjectatio in Diss. de Electr. Vol. III. Comment. Götting. p. 74. a Zosimo primum ejusque aequalibus planetarum nomina metallis imposita esse. Item, quod ad vitae humanae gradus attinet, plerique tot describunt, quot Kircherus. Tanquam Hieronymus Comm. in V. C. Amos. p. 1426. T. III. „per infantiam, pueritiam, juventutem ac virilem et ingravescentem ac maturam aetatem annosque ultimos, *in quae septem spatia Philo vitam describit*“ nempe in L. de Joseph. p. 544. D. Hippocratem sequutus, qui a plerisque hujus descriptionis auctor habetur, quanquam Heraclitus quoque secundae hebdomadis, unde Asclepiades sapientiam supputat[e], mentionem fecit Plutarch. Placitt. Phil. V. 32. et Alcmaeo Schol. Plat. p. 77. Ruhnk. *δὶς ἑπτὰ — τότε τέλειος ἐν ἡμῖν ἀποφαίνεται ὁ λόγος, ὡς Ἀριστοτέλης καὶ Ζήνων καὶ Ἀλκμαίων ὁ Πυθαγόρειος.* Sed idem Philo de Mund. Opif. p. 23. decem septennia numerat, sicut Solon, qui, ut Ambrosius ait L. VI. Ep. 39. p. 140. decem fecit aetatum ordines per annos septenos, ita ut prima aetas infantiae usque ad emissionem sit dentium, pueritia usque ad annos pubertatis etc. Quarum divisionum prior astrologorum usibus aptior fuit. Ptolemaeus Tetrab. L. IV. p. 53. a. *μέχρι τῶν πρώτων σχεδόν που τεσσάρων ἐτῶν τὴν τοῦ βρέ-*

[e] Verba Tertulliani sunt de Anim. c. 34. p. 295. T. IV.

Digitized by Google

φους ἡλικίαν ἡ σελήνη παραλαβοῦσα τὴν ὑγρότητα καὶ ἀπηξίαν τοῦ σώματος ἀπειργάσατο — ἐπὶ τὴν ἑξῆς δεκαετίαν τὴν παιδικὴν ἡλικίαν λαχὼν ὁ τοῦ Ἑρμοῦ τὸ διανοητικὸν ἄρχεται διαρθροῦν, ὁ δὲ τῆς Ἀφροδίτης τὴν μειρακιώδη ἡλικίαν ἐπὶ τὴν ἑξῆς ὀκτωετίαν κατὰ τὸν ἴσον ἀριθμὸν τῆς ἰδίας περιόδου κίνησιν τῶν σπερματικῶν πόρων ἐμποιεῖν ἄρχεται etc. et ne longius faciam, quartam juvenilem Mercurio, quintam virilem Marti, sextam senilem Jovi, extremam Saturno, quae eodem modo Tzetzes ad Hesiod. Scut. v. 408. cf. Salmas. de Ann. Climact. p. 257. Et pariter Proculus in Alcib. p. 196. Cr. p. 39. T. III. Cous. aetates singulas cum deo cujusque aetatis proprio confert propter easdem similitudines, quas ceteri sequuntur levissimas illas et memoratu indignas, nec prius animadversas, quam et numerus planetarum et quot quisque annis cursus suos conficeret, diuturna observatione exploratum esset. Quod quam tarde invenerint Graeci, jam dudum docuerunt viri harum rerum peritissimi; invento autem via quidem ad istas comparationes patefacta, neque tamen statim inita est, id quod ostendunt vestigia recens pressa et leviter ut a tentantibus. Sed quo tardius irroboravit haec opinio, tanto diutius stetit, et reperiuntur hodie quoque, quamlibet aucto Planetarum numero, qui unicuique eorum unam e septem humanae vitae aetatibus subjectam esse dictitent [f], hinc ingenii sollertis famam adepti.

[f] v. Wagner Handbuch der Chronolog. T. I. p. 246.

Digitized by Google

Ceterum illa septenarii religio (ne quis a Patriarchis proditam et sancte, velut articulum fidei, custoditam putet) neminem absterruit, quominus tot vitae intervalla, quot placitum esset, constitueret. Varro enim quinque fecit Censor. XIV. Gell. III. 10. totidemque Seneca Consol. ad Marc. XX. p. 284. ed. Ruhk. et Irenaeus p. 161. et 166. Plato vero novem. v. Anonym. *περὶ τῶν ἡλικιῶν τοῦ ἀνθρώπου* in Le Moyne Var. Sacr. p. 509. et Chalcid. in Tim. p. 290. Isidorus sex inaequalibus spatiis V. 3. alii quatuor, ut Theo Smyrn. de Mus. c. XXXVIII. 153. Bull. Nicomach. de Tetrad. p. 22. M. Anton. IX. §. 21.[ε]. Et hic numerus ad amussim congruit cum Pythagorae calculis cujus causa potissimum in hunc sermonem ingressi sumus; is enim *διαιρεῖται τὸν τοῦ ἀνθρώπου βίον οὕτως· παῖς εἴκοσι ἔτεα, νεηνίσκος εἴκοσι, νεηνίης εἴκοσι, γέρων εἴκοσι* Diog. VIII. 10. quas ille aetates ad quatuor anni tempora applicuit: *αἱ δὲ ἡλικίαι πρὸς τὰς ὥρας ὧδε σύμμετροι, παῖς ἔαρ, νεηνίσκος θέρος, νεηνίης φθινόπωρον, γέρων χειμών* ibid. et eodem modo in Diodori Excerpt. Maji Anecd. T. II. p. 32. Neque id neglexit Ovidius Met. XV. 199. qui Pythagoram ita canentem induxit

> Quid? non in species succedere quatuor annum
> adspicis, aetatis peragentem imitamina nostrae?
> nam tener et lactens puerique simillimus aevo
> vere novo est —

[ε] Aliorum sententias recenset Vossius Instit. Rhetorr. II. p. 292.

Digitized by Google

transit in aestatem post ver robustior annus fitque valens juvenis etc. [h]

Pythagorasne haec docuerit, non quaerimus; satis est, quod Pythagoreos de aetatibus disseruisse ex Hesychii intelligimus glossa: *Γυνή, ἡλικία κατὰ Πυθαγορείους·* neque suspicionem movet anni in quatuor tempora divisio, quippe jam Alcmani memorata in Fragm. XXIV. Hanc similitudinem longius persequentes alii quidam hiemis aestatisque cursus et media veris auctumnique temperamenta cum horis menstruis et diei noctisque quadraturis componunt. Aetius L. III. c. 162. p. 62. a. *ἡ σελήνη κατὰ μῆνα ἐργάζεται διαφορὰς τέτταρας· ἡ μὲν πρώτη ἑβδομὰς ἀπὸ νεομηνίας μέχρι τῆς ἑβδόμης παρέσικεν ἀέρι* (leg. *ἔαρι*) *ὑγρὰ καὶ θερμὴ οὖσα· ἡ δὲ δευτέρα μέχρι πανσελήνου θερίνῃ παραπλήσιος, ἡ δὲ τρίτη ψυχρὰ καὶ ξηρὰ, ἡ δὲ τετάρτη ψυχρὰ καὶ ὑγρά. Καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν διαφοραὶ τοῦ ἀέρος γίνονται· ὁ μὲν γὰρ ὄρθρος ὑγρὸς καὶ θερμὸς τὸ ἔαρ, τὰ δὲ μέσα τῆς ἡμέρας θέρει παρείκασται, τὰ δὲ κατὰ δείλην φθινοπώρῳ, τὰ δὲ περὶ ἑσπέραν χειμῶνι, καὶ τῆς νυκτὸς δὲ τὰ πρῶτα τῷ ἔαρι, τὰ δὲ μέσα τῷ θέρει* etc. Similiter Antyllus Stob. Serm. XCIX. 546. sq. primum partes diei inter se comparat, tum hebdomadas menstruas, lunam dividuam veri assimilans, plenam aestati, semiplenam auctumno, hiemi tempus illune. Jam ad haec congruit par numerus primum elementorum sive *στοιχείων*, quae

[h] Cf. Bandurii Comment. in Antiqq. Constant. p. 880. Hi quatuor gradus saepius distinguuntur Stob. Serm. III. 48. 8. XLI. 243. 43.

Digitized by Google

quatuor statuerunt Pythagorei Vitruv. II. 2. 1. deinde principiorum sive ἀρχῶν (calidi, frigidi, humidi, aridi) tertio humorum, quorum similitudinibus exquirendis multum operae et laboris impendunt. Apponam pauca, quae speciminis loco esse possint. Nemesius de Nat. Hom. c. IV. 53. p. 145. ed. Matth. *πᾶν σῶμα τῶν τεσσάρων στοιχείων ἐστὶ σύγκριμα, προσεχῶς δὲ τῶν ἐναίμων ζώων ἐκ τῶν τεσσάρων χυμῶν, αἵματος, φλέγματος, ξανθῆς τε χολῆς καὶ μελαίνης — Εἰκάζουσι δὲ τῇ μὲν γῇ τὴν μέλαιναν χολὴν, τῷ δὲ ὕδατι τὸ φλέγμα, τῷ δὲ πυρὶ τὴν ξανθὴν χολήν.* Isidorus Origg. L. IV. p. 19. Sicut quatuor elementa, sic et quatuor humores, et unusquisque humor suum elementum imitatur, sanguis aerem, cholera ignem, melancholia terram, phlegma aquam. Quibus omnibus praetermissis Sprengelius in Hist. Medic. T. I. p. 253. ed. prim. medicorum Chinensium sententiam affert ignem cordi et aestati respondere existimantium, vesicam fellis aeri et veri etc. quae ut Graecorum somniis persimilia ita Sprengelio ex graecis fontibus hausta videntur. Sed infinitum erit, si omnia, quae Physici oscitantes hallucinati sunt, in rationes referre velim; quare omissis levioribus reddam, quod hujus sermonis extremum est de lyra mundana.

§. 7.

Nota est omnibus Dionis Cassii disputatio XXXVII. 19. de dierum nominibus, quae tunc in

Digitized by Google

usum venerant, astricis, et quid causae sit, cur non eodem, quo sidera ipsa, collocentur ordine. Cujus discrepantiae duas reddit rationes; quarum una ducta a dominio horarum per orbem eunte, ut ad veritatem propior, ita a nostra causa alienior. Altera ratio musica est; nam si post primum Saturnum ceteri proportione, quae diatessaron vocatur, disponantur, Saturnum, qui in septizonio infimum locum seu neten obtinet, Solem, qui mesen, et Lunam, quae hypates locum, tres primores ordines accipere, et deinceps reliquos subsequi eadem successione. Hoc vero est illud organum mundi, a Dionysio Ephesio [a] et Varrone Atacino [b] elegantissimis versibus expressum, cujus ad exemplum Orpheus septichordum suum finxisse traditur. Manuel quidem Bryennius in Harmon. Sect. I. ante Mercurium narrat tetrachordum fuisse lyram *κατὰ μίμησιν τῆς τῶν στοιχείων τετραχτύος* p. 362. Majugenam vero conjunctis duobus systematis heptachordon effecisse, in quo hypaten Lunae respondere, parhypaten Mercurio, lichanon Veneri, mesen Soli etc. eadem prorsus ratione, quam Dio non verbis quidem expressit, sed satis clare, ut nobis videtur, significavit nomine symphoniae diatessaron. Deinde sic pergit Bryennius: *Ὀρφεὺς τὴν ἐπιστήμην τῆς τοιαύτης λύρας παρ' Ἑρμοῦ διδαχθεὶς οὐδὲν εἰς αὐτὴν φιλοπονίας ἔργον ἐπεδείξατο*, et mansisse antiquam lyrae formam usque ad Ter-

[a] v. Naeke Sched. Crit. p. 17.
[b] v. Wernsdorf. ad Poet. Min. T. V. P. III. p. 1422.

Digitized by Google

pandrum [c]. Boethius de Mus. I. c. 20. Simplicem principio fuisse musicam refert Nicomachus, adeo ut quatuor nervis tota constaret; idque usque ad Orpheum duravit, ut primus quidem et quartus diapason harmoniam resonarent — ad imitationem musicae mundanae, quae ex quatuor constat elementis. Sed alius ignotus scriptor in Iriartii Bibl. Matrit. p. 265. Ὀρφεὺς, inquit, ἀπὸ τῆς τῶν ἑπτὰ πλανήτων παρατηρήσεως ἐν τῷ ἑπταχόρδῳ κανόνι πρῶτος τὸ διὰ τεσσάρων ἀνεκρούσατο μέλος· et averso: μετ' Ὀρφέα Πυθαγόρας ἀπὸ τῆς ἡλιακῆς περιφορᾶς περιεργότερον τὴν μέσην ἀνεύρισκεν ἐν ὀκταχόρδῳ κανόνι· quae confirmat Nicephorus ad Synes. de Insomn. p. 366. B. Servius ad Aen. VI. 645. Orpheus primus deprehendit harmoniam, id est, circulorum mundanorum sonum — unde uti septem fingitur chordis. cujus inventi in Orphicorum versuum reliquiis nulla fit mentio, atque haud scio an nullus extet antiquior auctor Luciano de Astrol. c. X. p. 219. T. V. Pythagorae inventum celeberrimum quo tempore literis consignatum sit, parum constat sed libet tamen suspicionem afferre ex Schol. Ambros. Od. I. 371. ductam: τοῦτο κατὰ τὸν Πυθαγόρα λόγον. Ἐκεῖνος γὰρ ἔφη ὡς ἔξω γενόμενος τοῦ σώ-

[c] Hoc tetrachordo Mercuriali Macrobius Sat. I. 19. 317. vel quatuor anni tempestates vel totidem mundi plagas significari credit; quas utrasque Lactantius II. 9. 9. sic componit: Ver deus orienti tribuit, aestatem meridianae plagae, occidentis auctumnus est, septentrionis hiems.

Digitized by Google

ματος ἀχήχοα ἐμμελοῦς ἁρμονίας, qui locus fortasse sumtus est e Pythagorae libro *Κατάβασις εἰς ᾅδου* inscripto, in quo ille nunciavit se Homeri Hesiodique animas in Orco vidisse Diog. L. VIII. 21.[d]. De lyra autem qui tradiderunt paullo ante relata, in oculos venit, unumquemque eorum pari libertate finxisse quae libitum esset, nullius facile sententia cum altero congruente, ut fieri solet in rebus commenticiis. Eratostheni Catast. c. XXIV.[e] et Ovidio Fast. V. 108. placuit, Mercurium septem intendisse fides in honorem Pliadum, Orpheum vero eas Musarum numero adaequasse; idque consentit Schol. Arat. v. 269. Diodorus contra I. 16. non ignarus veteres annum in tria tempora distributum habuisse, Mercurium Aegyptium ait lyram tribus instruxisse chordis, acutoque sono aestatem, medio ver, hiemem gravi assignasse, quanquam Aegyptus, ut Philo ait de Vit. Mos. L. I. 619. E. *τῶν ἐτησίων*

[d] Librum hunc ab Hieronymo Rhodio subjectum esse consentiunt Meinersius Hist. Doctrin. T. I. 295. et Luzac. Lectt. Att. p. 221. Ejusmodi autem veterum sapientum itinera ecstatica et visiones fingi solebant partim ad fraudem imperitorum partim ad otii oblectationem, velut Eris Armenii, Hermotimi, Empedoclis, de quo Serv. ad Georg. I. 34. Varro ait se legisse Empedocli a quadam vi divina mortalem adspectum detersum eumque inter cetera tres portas vidisse, tresque vias, unam ad signum scorpionis, qua Hercules ad deos isse diceretur etc. Idem fortasse pro Clearcho quoque dici licet Peripatetico, ea, quae in libro *περὶ ὕπνου* de Aristotelis cum Judaeo quodam sermocinatione deque hujus gentis origine et magnis in philosophia profectibus scripserit Joseph. Ap. I. 22. 454. Jons. de Script. Phil. p. 113. non mentiendi causa sed epimythii loco narrasse; quo sumto occurritur Meinersii suspicioni, qui librum illum a Judaeo suppositum putat T. I. p. 213.

[e] De siderum cursibus musicis idem disseruit in Hermete, multique praeterea alii, quos nominat Achilles Isag. p. 136. Aratus in Canone, Thrasyllus, Hypsicles et Adrastus Aphrodisiensis.

Digitized by Google

ὡρῶν μίαν τὴν χειμερινὴν οὐ παραδέχεται. Et hanc partitionem sequitur Orpheus H. XXXIII.

Ἁρμονίῃ κεράσας παγκόσμιον ἀνδράσι μοῖραν,
μίξας χειμῶνος θέρεός τ' ἴσον ἀμφοτέροισιν,
εἰς ὑπάτας χειμῶνα, θέρος νεάταις διακρίνας
Δώριον εἰς ἔαρος πολυήρατον ὥριον ἄνθος [f].

Varro Fragm. p. 304. Bip. quatuor temporum vices, quibus annus includitur, tetrachordium vocat, et majore etiam subtilitate ii, qui systema perfectius XV. chordarum respiciunt, quatuor sonos, intra quos tria principalia consonantiarum genera continentur, cum quatuor elementis et totidem qualitatibus primis conferunt. Quintilianus de Mus. L. III. p. 145. τῶν ἐνιαυσίων ὡρῶν ἑκάστη τὸν τοῦ παραπλησίου στοιχείου ἀριθμὸν λήψεται, ἔαρ τὸν μὲν ἀέρα ἐοικὸς αὐτῷ δι' ἀπαλότητα τὸν ὀκτώ, θέρος δὲ πυρὸς διὰ θερμότητος τὸν ἕξ, χειμὼν δὲ ὕδατος δι' ὑγρότητα τὸν δώδεκα ἕξει. Τοίνυν τὸ ἔαρ, καθὰ καὶ Πυθαγόραν ἔφασαν λέγειν, πρὸς μὲν τὸ μετόπωρον τὸ διὰ τεσσάρων, πρὸς δὲ χειμῶνα τὸ διὰ πέντε, πρὸς δὲ θέρος τὸ διὰ πασῶν. Et aperte pythagorissant Chaldaei illi, de quibus Plutarchus Psych. c. 31. 326. T. XIII. Χαλδαῖοι λέγουσι τὸ ἔαρ ἐν τῷ διὰ τεσσάρων γίνεσθαι πρὸς τὸ μετόπωρον, ἐν δὲ τῷ διὰ πέντε πρὸς τὸν χειμῶνα, πρὸς δὲ τὸ θέρος ἐν τῷ διὰ πασῶν [g]. Neque Linum talis sententia dedecere visa est. Nicomachus Theol. Arithm. c. VII. 51. p. 50. Ast. τέσσαρα τὰ στοιχεῖα, τρεῖς

[f] cf. Wyttenbach. ad Plut. de Virt. prof. sent. p. 599.
[g] Hunc locum illustrat Pontedera Antiqq. Epp. XV. p. 175.

Digitized by Google

δὲ αὐτῶν αἱ μεταξύτητες· διὸ καὶ Λίνος ὁ θεολόγος ἐν δευτέρῳ τῶν πρὸς Ὑμέναιον θεολογικῶν φαίνεται λέγειν

Τέσσαρες ἀρχαὶ ἅπαν τρισσοῖς δεσμοῖσι κρατοῦνται.

πῦρ μὲν γὰρ καὶ γῆ συνηρμόσθησαν ἀλλήλοις κατὰ τὴν γεωμετρικὴν ἀναλογίαν· ὃ πρὸς ἀέρα γῆ, τοῦθ' ὕδωρ πρὸς πῦρ, καὶ ἀνάπαλιν ὃ πρὸς ἀέρα πῦρ, τοῦθ' ὕδωρ πρὸς γῆν· quae ut pleraque talia e Platonis Timaeo profluxere p. 32. B. innumerabilium superstitionum seminario. Neque hoc tam illi imputandum, qui ea aetate vixit, qua philosophis de rebus physicis aut nihil hiscere aut multa fingere liceret, quam ineptis imitatoribus, qui neglectis illius summi viri thesauris parerga ejus et bracteolas pueriliter consectati sunt. — Verum jam tempus est concionem dimittere. Nam quod nobis propositum fuerat, doctrinae mysticae capita potiora, quae quidem Orphicam doctrinam aliqua parte contingere viderentur, sub uno collocare aspectu, id ut facultas tulit, exsequuti sumus, sejunctis tamen omnibus quae aut vulgus indoctum bona fide credidit a majoribus accepta, aut philosophi vero quaerendo intenti titubarunt; qui quanquam a mysticis saepe vix latum unguem distant, tamen nominis hujus contumelia vacant [h]. Has autem sententias, quas modo exposuimus, e communibus fontibus derivatas et auctores ipsos, Aegyptios, Chaldaeos, Orphicos, Pythagoreos, communi quodam disciplinae vin-

[h] Hoc est quo Kepplerus a Fluddio distat, Plato a Jacobo Boehmio.

Digitized by Google

culo conjunctos fuisse, publica olim persuasio fuit; quam qui sequuti sunt, modo propria Pythagoricorum inventa e barbarica philosophia repetiverunt, modo superstitiones et fabulas Orientalium gentium graecanica subtilitate interpretati sunt, scalam Mithriacam et ordinem dierum hebdomadarium ad harmonicas revocantes rationes, et rursus sympathias stellarum et symphonias in quadratis et trigonis, diatessaron et diapente[i] percelebrantes. Eaque rerum diversarum confusione effectum est, ut neque vetus et domestica Chaldaeorum et Aegyptiorum doctrina accurate noscatur et Pythagorei veteres in illorum similitudinem corrupti delitescant, quos ut concedo multa et vitiose collegisse et poetice lusisse, ita fanaticorum numero eximendos arbitror.

Cap. X.

Fragmenta miscellanea.

I. Plato Legg. II. 669. D. *ποιηταὶ τὰ τοιαῦτα συγκυκῶντες γέλωτ' ἂν παρασκευάζοιεν τῶν ἀνθρώπων ὅσους φησὶν Ὀρφεὺς λαχεῖν ὥραν τῆς τέρψιος*, ubi Astius p. 128. Orphica, quae hic respiciuntur, haud dubie ad Terpsichores nomen spectant. Muellerus in Prolegg. Mythol. p. 385. Von den zu höherer Stufe emporgestiegnen Menschen

[i] Vitruv. I. 1, 16.

Digitized by Google

sagte Orpheus: ihnen sey die Reife der Freude zu Theil geworden. Neutrum apparet. Orphei sententia hujusmodi fuisse videtur: ὅσσοι

Ἥβης μέτρον ἵκοντο λάχον δέ τε τέρψιος ὥρην.

id est quicunque ad pubertatis annos et ad eam aetatem adoleverunt, quae Veneri matura habetur. Hinc Plato transfert ad judicii maturitatem, illudque musicae genus, de quo loquitur, omnibus, qui in his rebus aliquem sensum habeant veraeque voluptatis capaces sint, taedio fore dicit. Warburtoni somnia L. II. Sect. IV. 523. praetermitto.

II. Supra P. II. Cap. V. §. 12. Orphei versus protulimus, quibus idem Plato in Cratylo per jocum affirmat rerum omnium fluxum et ex alio genere in aliud mutationem declarari. Nec dubito, quin in Theaet. p. 179. E. ubi eadem Heracliti sententia exponitur: περὶ τούτων τῶν Ἡρακλειτείων ἢ ὥςπερ σὺ λέγεις Ὁμηρείων καὶ ἔτι παλαιοτέρων, hoc nomine Orpheum significaverit. Hinc autem quum pateat Platonem Orpheo non minus quam Homero (cujus interpretes ῥέοντας derisui habuit) hanc doctrinam abjudicasse, sequitur ut ei ignotum fuerit carmen Orphicum, quo principiorum vicissitudo clarius exposita est ap. Clement. Strom. VII. 746. Hic enim ut ostendat Heraclitum pleraque ab Orpheo accepisse, hoc utitur exemplo: Ὀρφέως ποιήσαντος

Ἔστιν ὕδωρ ψυχῇ θάνατος δ' ὑδάτεσσιν ἀμοιβή.
ἐκ δ' ὕδατος γαίη, τὸ δὲ ἐκ γαίης πύλιν ὕδωρ.
ἐκ τοῦ δὲ ψυχὴ ὅλον αἰθέρα ἀλλάσσουσα.

Digitized by Google

Ἡράκλειτος ἐκ τούτων συνιστάμενος τοὺς λόγους ὧδέ πως γράφει, ψυχῇσι θάνατος γῆν γενέσθαι, ἐκ γῆς δὲ ὕδωρ γίνεται, ἐξ ὕδατος δὲ ψυχή, quae quum doctus ille plagiorum literariorum indagator ab Orpheo furtim ad Heraclitum derivata putat, deceptus est a falsariis Orphicis, qui hanc similitudinem induxere. Ceterum Stoica magis est haec descriptio quam Heraclitea. v. Wyttenb. ad Plut. de Amic. Mult. p. 663. et Schleiermacher. Fragm. p. 339. Versus ipsos Hermannus in Opusc. T. II. p. 244. praeclare emendavit:

Ἔστιν ὕδωρ ψυχῇ, ψυχὴ δ' ὑδάτεσσιν ἀμοιβή.
ἐκ δ' ὕδατος μὲν γαῖα, τὸ δ' ἐκ γαίης πάλιν ὕδωρ.
ἐκ τοῦ δὲ ψυχὴ ὁδὸν αἰθέρος ἀλλάσσουσα.

III. Ad Platonis Crit. c. 8. 189. Fischerus affert versum ἀδέσποτον

Εἷς θεός ἐστι· θεῷ δ' ἓν σύμφυτον ἀλήθεια.

quem Reinesius ab Orpheo conditum, a Platone latenter adumbratum esse propter quandam verborum similitudinem suspicabatur. Verum haec similitudo perexigua ac prope nulla est, nec versus ille antiquo poeta dignus.

IV. In Aristotelis Oeconomicorum supplemento latino quod Aretinus edidit, haec leguntur p. 386. A. Has ob causas honorem studiosius haberi viro par est, neque eum despici, si, pudicitia salva, copia quae est secundum Orphea animi magni soboles, non etiam consequatur; quae Tusanus graece reddidit: ἂν μὴ ἱερὴ αἰδὼς αὐτῷ, κατ' Ὀρφέα, καὶ

Digitized by Google

πλοῦτος μεγαλόφρονος υἱὸς ὀπηδῇ. ubi nomen ψυχῆς excidit.

V. In fragmento Hermetico apud Stob. Ecl. Ph. I. p. 121. (c. 53. 954. Heer.) querelae animarum importune inserta sunt verba Orphei: τὸν ἑαυτῶν πρόγονον οὐρανὸν ὁρῶσαι στενάξομεν ἔστιν ὅτε καὶ οὐ βλέψομεν [ἔνθεν Ὀρφεὺς

τῷ λαμπρῷ βλέπομεν, τοῖς δ' ὄμμασιν αὐδὴν ὁρῶμεν]

ἄθλιαι γὰρ κατεκρίθημεν καὶ τὸ βλέπειν ἡμῖν οὐκ ἐχαρίσθη, ὅτι χωρὶς τοῦ φωτὸς ἡμῖν τὸ ὁρᾶν οὐκ ἐδόθη.

VI. Stobaeus Anthol. LXXIX. 28. 455. Ὀρφέως

Ζεὺς δ' ἐφορᾷ γονέων ὁπόσοι τίουσι θέμιστας,
ἠδ' ὅσοι οὐκ ἀλέγουσιν ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντες.
καὶ τοῖς μὲν πρόφρων τε καὶ ἤπιος ἐσθλὰ δίδωσι,
τοῖς δὲ κακὰ φρονέων νεμεσίζεται Εὐμενίδεσσι.
δειναὶ γὰρ κατὰ γαῖαν ἐρινύες εἰσι τοκήων.

ubi Elmslejus pro Εὐμενίδεσσι (id est ἀραῖς πατρῴαις) reponit ἐμμενὲς αἰεί.

VII. Tertullianus de Anim. XV. 576. Ille versus Orphei vel Empedoclis: *Namque hominis sanguis circumcordialis est sensus.* Alii hunc versum

αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα

Empedocli tribuunt. v. Sturz. p. 442. sententiam pluribus. v. Kulenkamp. Emm. in Etym. p. XXVIII. Heindorf. ad Phaedon. p. 96. B. Gatak. ad Anton. p. 98. Simili errore Scholiastes MS. in Aphthonii Progg. ap. Gesn. p. 411. Ὀρφεὺς ὁ Οἰάγρου φησὶν ἐν λόγοις

Digitized by Google

Ἐν θήρεσι λέοντες ῥομαλέες χαμαιεῦναι
γίνονται, δάφναι δ' ἐν δένδρεσιν ἠϋκόμοιαι.

quae sunt ejusdem Empedoclis. v. Sturz. p. 523. v. 227.

VIII. Syncellus in Chron. p. 149. et Cedren. Hist. Comp. T. I. p. 82. A. *Προμήθειά ἐστιν ἐν ἀνθρώποις ὁ νοῦς· ἑρμηνεύουσι δὲ οἱ Ἀναξαγόρειοι τοὺς μυθώδεις θεοὺς, νοῦν μὲν τὸν Δία, τὴν δὲ Ἀθηνᾶν τέχνην, ὅθεν καὶ τὸ*

Χειρῶν ὀλλυμένων ἔρρεν [a].

Id Orpheo tribuit Orion Etym. M. p. 163. *χεῖρες ἀπὸ τῆς χρήσεως, ὡσαγεὶ χρήσιες οὖσαι ἢ χρεῖαι. οὐδεμία γὰρ τέχνη προκόπτει δίχα χειρῶν. Ὀρφεύς· χειρῶν ὀλλυμένων ἔρδεν πολνεργὸς Ἀθήνη.* Plutarchus de Frat. Am. II. p. 37. *Ἀναξαγόραν ἐν ταῖς χερσὶ τὴν αἰτίαν τίθεσθαι τῆς ἀνθρωπίνης σοφίας καὶ συνέσεως.* Galenus de Usu Part. I. 3. 286. A. T. IV. *οὐ γὰρ ὅτι χεῖρας ἔσχε, διὰ τοῦτο σοφώτατον ὡς Ἀναξαγόρας ἔλεγεν, ἀλλ' ὅτι σοφώτατον ἦν διὰ τοῦτο χεῖρας ἔσχεν, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν.* cf. Nemes. de Nat. Hom. XVII. 251. Interpr. ad Lucret. IV. 828. Rigalt. ad Artem. L. II. p. 26. Schaubach. Anaxag. p. 188. *Πολυεργὸς Ἀθήνη* est dea *Ἐργάνη*.

IX. Fulgentius Myth. III. 7. venae quae in talo sunt ad renum et femorum et virilium rationem pertinent — Orpheus illum esse principalem libidinis locum in-

[a] De hoc supra libro priore dictum.

Digitized by Google

dicat. v. Adr. Junii Anim. p. 235. Reines. Varr. Lectt. p. 351.

X. Ad Virgil. Aen. III. 98. Et nati natorum et qui nascentur ab illis, Servius adnotat: Sane hic versus Homeri est Il. Υ. 308.

Καὶ παῖδες παίδων, τέ κεν μετόπισθε γένηται.

quem ipse Orpheo sustulit; item Orpheus de oraculo Apollinis. v. Schol. ad Hom. l. c.

XI. Idem ad Georg. I. 8. sicut Orpheus dicit generaliter omnem aquam veteres Acheloum nominant. *Ἄχα* aquam significare J. C. Scaliger affirmat. v. Voss. Etym. s. Aqua, quo auctore nescio; sed in germanicis dialectis hoc nomen invenitur.

XII. Homerum plura ub Orpheo sumsisse affirmat Clemens Strom. VI. 738. *Ὀρφέως ποιήσαντος*

Ὡς οὐ κύντερον ἦν καὶ ῥίγιον ἄλλο γυναικός.

Ὅμηρος ἀντικρυς λέγει (Od. A. 426.)

Ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός.

Socius fraudis Hesiodus Opp. 703. *τῆς δ' αὖτε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο.*

XIII. Tzetzes Exeg. p. 26. duodecim Orphei versus affert, quos Homerum partim integros partim aliquantulum mutatos ad se transtulisse dicit. Hos quia singulos suis inseruimus locis, hic praetermittimus.

XIV. Quum ante hos viginti annos primum de Orpheo scriberem in Diss. de M. B. I. 6. Gesneri errorem detexi, qui plurimos Oraculorum

Digitized by Google

Chaldaeorum versus, a Ruhnkenio collectos, in numerum Orphicorum retulit. Hujus generis sunt Fragm. VIII. 17—20. [ἔνθεν — ἀγητάς] XXIII. [πῦρ ἴκελον] de quo in primo libro diximus, XXIV. 3—5 [μετὰ — θεῶν τε] XXV. 1—3. [νώτοις — κατασύρων [†]]. XXVI. 2. [ταῦτα πατήρ]. XXXVIII. 1—5. quibus nomen τῶν λογίων vel τῆς θεοπαραδότου θεολογίας praescriptum est. Duorum versuum Fr. XXVI. quos Stephanus ex Proculo attulit,

Τῷ πυρὶ γὰρ πελάσας θεόθεν φάος ἕξει.

et

Δηθύνοντι βροτῷ κραιπνοὶ μάκαρες τελέθουσι.

item sex sequentium, quos Gesnerus a Patricio sumsit Fr. XXXIV. 2.

Ῥεῖη τοι νοερῶν μακάρων πηγή τε ῥοή τε.
πάντων γὰρ πρώτη δυνάμει κόλποισιν ἀφράστοις
δεξαμένη γενεὴν ἐπὶ πᾶν προχέει τροχάουσαν.

et Fr. XVIII.

Τύνη θ' ἐσσὶ πατὴρ καὶ μητέρος ἄγλαὸν εἶδος
καὶ τεκέων τέρεν ἄνθος, ἐν εἴδεσιν εἶδος ὑπάρχων,
καὶ ψυχὴ καὶ πνεῦμα καὶ ἁρμονίη καὶ ἀριθμός.

horum igitur primum Proculus in Tim. II. 65. clare dicit Oraculo editum, secundum sine ullius auctoris indicio affert p. 65. Tertium Oraculis et argumento et dicendi forma simillimum est; quarto

[†] Duos postremos ἄρχει θ' αὖ — καιασύρων ex Oraculo affert Proculus Alcib. p. 4. T. I. Cous. Idem in antecedente perspicue scriptum exhibet id quod Hermannus conjectura assequutus erat, θέρμη ψυχοῦσα (non ψυχῶσα) τὰ πάντα in Tim. III. 158. et Hermias in Phaedr. p. 163. Verbum ψυχοῦν Schneiderus confirmat Stobaei exemplo, quod ex Oraculis repetitum videtur; in iisdem ἐμψυχοῦν legitur ap. Simplic. Ausc. IV. 143 a.

Digitized by Google

loco qui continentur versus, e Porphyrii carmine excerpti sunt, quod primum Steuchus III. 14. 65. postea Majus unâ cum Epistola ad Marcellam edidit p. 63.[b] partim melius, partim sequius.

XV. Olympiodorus in Alcib. p. 19. *Ἀλλὰ μὴν καὶ ὑλῶοι λέγονται οἱ τήνδε τὴν ὕλην ἐξάπτοντες τῆς τῶν οὐρανίων καὶ διὰ τούτου φρουροῦντες αὐτὴν καὶ μὴ συγχωροῦντες ῥευστὴν οὖσαν πάντῃ φθείρεσθαι· φησὶ γὰρ καὶ Ὀρφεὺς*

Ὕλης οὐρανίης καὶ ἀστερίης καὶ ἀβύσσου.

ὡς τῆς ὕλης τριττῆς οὔσης. Verum hic idem versus legitur in oraculo ap. Lydum p. 32. quod cum aliis ab Obsopoeo omissis primus evulgavit Boivinus in Not. ad Niceph. Greg. Hist. XIV. p. 57. et p. 786.

Νύμφαι πηγαῖαι καὶ ἐνύδρια πνεύματα πάντα
καὶ χθόνιοι κόλποι καὶ ἠέριοι καὶ ὕπαυγοι,
μηναῖοι, πάσης ἐπιβήτορες ἠδ' ἐπιβῆται
ὕλης οὐρανίης καὶ ἀστερίης καὶ ἀβύσσου.

Nomen *μηναῖος* saepius in hisce oraculis legitur, *μηναίων καναχισμῶν κόλπων τ' ἠερίων* Procl. Tim. IV. 257. *μηναῖος δρόμος* ib. *μηναῖον δρόμημα* 275. nec raro *κόσμος ἐμπύριος, αἰθέριος, ὑλαῖος.* v. Procl. Tim. II. 138. Simplic. in Ausc. IV. 143. a. quem numerum mundorum neque Proculus primus invexit neque Statius anticipavit, ut Tiedemanno visum, hoc Gnosticorum commentum adeo mature ad gentilium pervenisse notitiam

[b] Et de hoc carmine et de toto Porphyrii opere Majus incredibiliter errat, illud de uxoris christianae constantia scriptum, hoc copiosissimum Porphyrii carmen fuisse existimans.

Digitized by Google

miranti de Mag. p. 70. Ille triplex mundus Theb. IV. 515. significat coelum, maria et terras, ut Ovid. Met. XII. 40. ubi vid. Interpr. et Nares in Diar. Class. T. XXVI. p. 404.

XVI. Versus, quos Proculus recitat in Crat. p. 103.

Ἔνθα κότος τε φόνος τε καὶ ἄλλων ἔθνεα κηρῶν
αὐχμηραί τε νόσοι καὶ σήψιες ἔργα τε ῥευστά.

Werferus p. 134. Orphei esse putat, Boissonadius Oraculis adscribit. Sunt vero Empedoclis.

XVII. Versum istum qui ap. Gesnerum p. 504. agmen monadicorum claudit

Ἦδ' ἔλην πρώτιστ' αἰσχρῶν δώτειραν ἁπάντων,

jam olim ostendi Lini esse, *Νηδὺν μὲν πρώτιστ' αἰσχρῶν* etc. v. Brunck. Poet. Gnom. p. 128. Vetus est haec de ventre querela et ea quidem, ut doctis Hypochondriacis videtur, haud immerita, quandoquidem, ut Plinius ait, homo laboriosissimus. Plurimum homini negotii alvus exhibet; alias enim cibos non transmittit, alias non continet, alias non capit, alias non conficit. Hujus gratia praecipue avaritia expetitur, huic luxuria conditur, huic navigatur ad Phasin etc. XXVI. 28. Nec minus diserti sunt alii veterum, quorum maledicta in ventrem studiose, tanquam approbarent, collegerunt Valckenarius Diatr. Eur. p. 281. et Berglerus ad Alciphr. III. 6. omissis tamen, quae contra eum a reliquis membris aliquando dicta esse retulit Menenius Agrippa.

XVIII. Augustinus de Haeres. I. 27. 340.

Digitized by Google

Haereticos quosdam refert plures mundos statuisse; capiti huic lemma a librariis praescriptum Orpheonorum error quis fuerit; pro quo alii Orphicorum seu Orpheorum, quod Joecherus amplectitur in Heilbronneri Hist. Matthes. p. 82. alii philosophorum alii Orphitarum emendant, quorum nihil satis probatur. v. Mosheim. *Versuch einer unparth. Kirchengeschichte* p. 123.

XIX. Ficinus, qui Platonicorum plures quam hodie supersunt libros legerat, haec Orphei dogmata memorat: Per has vires Jamblichus dicit effectibus nos fatalibus devincire, per illas autem vicissim solvere nos a fato, quasi claves, ut inquit Orpheus, ad aperiendum habeant et ad claudendum De Vita coelitus compar. c. 22. p. 166. — Empedocles, ubi propria unicuique planetarum munera tribuit, Jovem solum generationis principem nominat Orpheum imitatus c. 5. p. 154. — Prima sunt (animalia rationalia) quorum corpora solus est ignis. — — Si visibilis, stellae sunt, si invisibilis, daemones Orpheus igneos vel coelestes appellat, qui in planetarum circulis stellarum vicem teneant sub planeta duce — — Quarta, quae tribus jam dictis subtilem adhibeant terram — hi ab Orpheo terreni daemones appellantur in Plot. L. V. Enn. III. c. 5. p. 189. — Peccantes gravius vexantur a dae-

Digitized by Google

monibus quod Mercurius et Orpheus Jamblichusque docent ib. Enn. IV. L. VIII. c. 5. 475. — Orphici terrestres etiam daemones inducunt II. 8. 196. In his, quae supersunt, de daemonum generibus nihil traditum legimus praeter illud quod in Hymnorum prooemio legitur v. 32.

Δαίμονας οὐρανίους τε καὶ εἰναλίους καὶ ἐνύδρους
καὶ χθονίους καὶ ὑποχθονίους ἠδ' ἠεριφοίτους.

Niceph. in Synes. p. 412. *Ἑλλήνων καὶ Χαλδαίων σοφοὶ τὰ μὲν αὐτῶν* (daemoniorum) *φασιν εἶναι ἀέρια, τὰ δὲ ὑδραῖα καὶ ἐνάλια, τὰ δὲ χθόνια καὶ ὑποχθόνια.* Ex *ἱερῷ λόγῳ* et H. in Nat. X. 18. videri potest, quod idem Ficinus affert in Enn. IV. L. IV. 25. 419. Orpheus naturam mundanumque Jovem marem appellat. Sed incompertum unde illa in Comm. in Plat. Conv. Or. VI. c. 17. p. 1353. Anima ita corporalis formae blanditiis delinitur ut propriam posthabeat speciem — Hinc crudelissimum illud apud Orpheum Narcissi fatum. Et Or. II. c. 8. 1327. Amorem Plato rem amaram vocat — hunc et Orpheus *γλυκύπικρον* nominat. — Append. in Tim. c. 23. 1469. numina quaedam aquatica Orpheus canit; fortasse ex hymnis marinis. De immort. anim. L. VIII. 13. 197. ut placet Orphicis et Heraclito, lumen nihil aliud est quam visibilis anima, anima vero lux invisibilis. Ibid. XVI. 10. 322. alii pythagoreo ritu purgant per morales,

Digitized by Google

mathematicas, metaphysicas disciplinas; hos appellat Orpheus legitimos Musarum sacerdotes. Ibid. XVIII. 8. p. 410. Apud Orphicos octo coeli atque sub luna aethereus ignis. Ibid. XVIII. 10. 421. Orpheus novem animabus distribuit regiones, probis octavam sphaeram vel planetas vel aetherem sub planetis, mediis aerem aquamve et terram, reprobis Acheronta, Cocytum etc.

XX. Rosselius Comm. in Poem. Lib. IV. 5. 100. Orphici dixere Sphaeram solis animam habere ceteris animalibus coelestibus praestantiorem, quae per globum solis intellectum imprimis exercet et visum. Sed haec ipsa sumsit a Ficino Epist. L. VI. 825. Alias Orphicorum sententias L. II. 17. Comm. VI. 112. Rosselius e libris hausit, quibus hodieque utimur.

XXI. Quum Plato dixisset in Phaedro p. 247. C. illum supercoelestem locum, in quo formae rerum aeternae continentur, nullum adhuc humanum poetam condigne collaudasse, Hermias, homo sapiens, adnotat hoc non in universum dici sed de vulgo poetarum — *τὸ πλῆθος τῶν ἀνθρωπίνων ποιητῶν, ὥστε ἐξαιρεῖσθαι τοῦ λόγου Ὅμηρον καὶ Ὀρφέα· εἴρηται γὰρ αὐτοῖς περὶ τοῦδε τοῦ τόπου καὶ Ἡσιόδῳ καὶ Μουσαίῳ* p. 140. Hoc tantummodo exempli causa attuli et ut intelligant lectores, cur non omnia, quae Platonici Orpheum dixisse narrant, in tabulas retulerim.

Digitized by Google

XXII. Syrianus in Metaph. II. p. 33. a. Tempus Orpheus ipsum primum vocabat, orcum vero, id est juramentum ipsum primum, ut septum est custodia aliorum; procedentem vero ab eo in haec duo universorum principia perfectionem, nominavit tempus, ac si diceret perfectionem, quae est a tempore.

XXIII. Didymus Alexandrinus de Trinit. II. 17. 1. p. 300. *ἀκουστέον καὶ στίχων τῶν παρ' Ἕλλησι μετρίαν περὶ τῆς πρὸς τὸν θεὸν πατέρα συντάξεως τοῦ υἱοῦ λόγου καὶ τοῦ πνεύματος δεξαμένων — Εἰσὶ δὲ οἱ στίχοι τοῦ χρησμοῦ οὕτως*

Πνεῦμα μὲν ἀθανάτοιο θεοῦ πατρὸς ἐκπροπόρευμα
αὐτόθεν ἔνθεν ἔβη ῥένει ἔμπεδον, οὔτι μεριστόν,
ἀλλὰ θεοῦ λόγοιο μένον ζαθέοις ὑπὸ κόλποις
πάντα τελεῖ, ἅτε θεῖον, ἃ μήδεται ἀρχέγονος φρήν.
κτίσμασι δὲ ξύμπασι φέρει χάριν, ᾗ ὑπὸ πάντα
ἔργα θεοῦ ζώει καὶ ἀείδιον ἔλλαχ' ἀρωγήν.

καὶ πάλιν

Ὅφρα τὰ πάντα τριὰς συνέχῃ κατὰ πάντα μετροῦσα.

Ὀρφέως δὲ τοῦ παρ' Ἕλλησι πρώτου θεολόγου

Πάντα γὰρ ἀθανάτοιο θεοῦ μεγάλῃ ὑπ' ἀρωγῇ
ἄνθρωποι τελέουσι σοφῇ ὑπὸ πνεύματος ὁρμῇ.

Πλάτωνος τοῦ κωμικοῦ

Θεὸς γάρ ἐστιν εἷς πατὴρ ὑπέρτατος
λόγῳ τὰ πάντα πανσόφως καὶ πνεύματι
στήσας ὀλισθαίνοντα κἀκ βυθοῦ πλάνης
εἰς φῶς ἀνέλκων ἐκ μακρᾶς ἀταξίας.

XXIV. Pollux II. 59. *τὸ ἔγκοιλον αὐτοῦ* (capitis) *κορυφή, ὃ καὶ μεσόκρανον ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς ὀνομάζεται μέτροις.*

Digitized by Google

XXV. Nicetas (vel Psellus) Comment. in Gregor. Or. XLII. 1731. D. si Orpheo credimus et Platonicis et Lycio philosopho— natura dei ars quaedam est. Cetera non adscribo quia nec ab Orpheo dicta videntur, neque intelligi possunt.

XXVI. Cruquius ad Horat. II. Od. 19. p. 132. Haec ode scripta est ad imitationem veterum poetarum qui Orphica nobis Ogygiaque praecepta tradiderunt de deo et mundo, de honesta vita, de poenis impiorum apud inferos luendis deque piorum praemiis. Haec quoque ὕπαρ an ὄναρ ille viderit, nescio.

XXVII. Democritus et Orpheus et multi Pythagoricorum coelestium vires inferorumque naturas diligentissime perscrutati omnia plena diis esse dixerunt — deos autem vocabant virtutes divinas in rebus diffusas, quas Zoroaster divinas illices, Synesius symbolicas illecebras, alii vitas nominabant Agrippa Occult. Phil. I. 14. p. 19.

XXVIII. Longinianus in Ep. ad Augustin. Epp. CCXXXIV. p. 641. T. II. memorat praecepta Orphica Tagetica et Trismegistica diis auctoribus enata, sed de illorum argumentis nihil dicit.

XXIX. In Bibl. Matrit. p. 346. recensetur Sine titulo brevis notitia: *Σαχωνιάθων ὁ Βηρύτιος τὴν Φοινίκων θεολογίαν ἐξέδωκεν, ἣν*

Digitized by Google

Ὀρφεὺς μετήνεγκεν εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν καὶ τὰς Αἰγυπτίων τελετάς. Haec qui commentus est, de Sanchuniathone et de Orpheo nihil amplius cognitum habuit quam utrumque Theogoniam scripsisse.

Hae igitur sunt Orphicorum poetarum reliquiae, quas ego quidem invenire potuerim, lectu non injucundae, ad cognitionem vero graecae mythologiae utilissimae. In quibus colligendis licet multum operae et temporis consumserim, tamen nihil esse, quod me effugerit, haud affirmo; primum quia hoc nulli eorum, qui dispersas amissorum scriptorum particulas collegerunt, contigisse video, ut omnia complecteretur; deinde propter librorum inopiam, quam vix sentiunt magnarum bibliothecarum accolae, nos vero limitanei doctores quotidie indolescimus; postremo quod crescente in dies collectaneorum copia haud facile evitari potest, quominus vel ex paratis copiis aliquantulum subterfugiat et elabatur mihi praesertim, qui (quod inter nos sit) colligendi avidior quam collectorum curiosior sim. Haec igitur, quae vix satis caveri potuerunt, alii corrigent potius quam reprehendent. Justius dolebo si qua eorum, quae dixi, falsa reperientur non ab his, qui post me eundem locum dedita opera tractaturi sunt, sed a praetereuntibus; quanquam, si quid ejusmodi commissum fuerit, argui errorem quam propagari malim. Ceterum consolabitur me recti voluntas, excusabit quodammodo solitudo mea et adjutorum inopia. Nam quae priores in medium attulere, intricando magis sunt operi quam expe-

Digitized by Google

diendo, praeter quae a Zoega allata sunt, qui inter Orphei explanatores *οἶος πέπνυται*[†]. Eschenbachius quidem, homo leviter doctus, pro Orphei sententiis Proculi somnia offert; Arnoldus Kannius, harum nugarum liber, a doctrinae copiis minus instructus fuit eo certe tempore quo Analecta Philologica elaboravit et inserta his illa *Ἐπιγράμματα ἀνέκδοτα*, in quibus nullus graecus versus legitur. Ceteri, quos viderim, de Orpheo tantum cognoverunt quantum ex Hymnis et pauculis Gesneri fragmentis cognosci potest; quibus subsidiis fretus Tiedemannus ausus est facere quod ne Bentlejo quidem successisset, ut cujusque Hymni et singulorum fere fragmentorum auctores et aetatem designaret, hoc Orphei esse dicens, illud Onomacriti, aliud Christiani aut Platonici hominis; sed hanc levitatem ille magnis in alio genere literarum successibus redemit. Novos autem et reconditos doctrinae Orphicae fontes Boettigerum adiisse necesse est, qui nuper haec nobis vaticinabatur: Bei den verwickelten Fragen über die alten Mysterien müssen vor allen Dingen die orgiastischen Weihen, die aus Kleinasien und Syrien kommen, desgleichen alle edonischen, phrygischen und sabazisch-bacchischen Phallusgeheimnisse und die caucasisch-orphischen unterschieden werden. Jene arten in grobe Sinnlichkeit und Jong-

[†] Adhuc edita non est viri egregii dissertatio de deo protogono. v. Welckeri Leben Zoega's p. 435.

Digitized by Google

leurie aus. Diese, auf Sternen- und Dämonendienst hinweisend leben in heftigen Streit mit jenen (Orpheus von den Maenaden zerrissen) und werden in den spätern samothracischen und eleusinischen Weihen achtungswürdig durch Entsühnungen und Unsterblichkeitsglauben etc. (Ideen zu einer Kunstmythologie p. 19.) Si vir celeberrimus sciscitantibus unde has tantas res et maxime illam doctrinam Caucasio-Orphicam accepisset, candide respondere vellet, hoc sine dubio diceret, se neque scire quidquam harum rerum neque quaesivisse unquam, sed scribere se talia ad oblectationem lectorum elegantium, quibus facile persuaderi posse ut mysteria Orphica illic orta credant, ubi totum genus humanum, in Caucaso. Postremo fateor mihi prorsus incomperta esse, quae Heynius narrat in Serm. symb. interp. Comm. Goett. XVI. 317. religiones Bacchicas a Thracibus ad Pelasgos et Hellenes propagatas postea ab Orpheo ad saniorem rationem adductas esse. Si graecis auctoribus credendum est, fabulosus ille Orpheus sacra Bacchica primus instituit, non ab aliis instituta ad saniorem rationem adduxit. Si disciplinam Orphicam et carminum reliquias consideramus, illa castimoniarum superstitione continetur, quae quid ad emendationem religionum Bacchicarum valuerint, nemo intelligit, nisi forte praecepto illo, quod homines animalibus vesci prohibet, Omophagiae usum sub-

Digitized by Google

latum dicamus; sed harum rerum nulla est inter se conjunctio. In carminibus partim deorum ortus, libidines, caedes enarrantur, partim sententiae proponuntur physicae ethicaeque, non improbabiles pro illis temporibus sed emendandis religionibus et moribus parum idoneae. Itâque omnia quae de Orphei sive Orphicorum sanctitate et sapientia et systemate theologico (sic enim vocant rem commenticiam) quamvis late et magnifice disseruntur, si suffles, corruent, quoniam sine fundamentis crevere. Equidem inter dogmata Orphica tantum modo retuli, quantum probari potest a veteribus huic numero adscriptum esse, nomenque Orphicorum arctioribus quam Vossius terminavi regionibus. Is enim plures fanaticorum sectas, quae Graecorum religiones patrias adulterarunt, hoc nomine complexus est eodem jure quo subdoli pietatis simulatores, veritatis calumniatores, sive tonsi sunt sive intonsi, Jesuitae vocantur; idque virum eximium Hoeckio responsurum fuisse arbitror, si is, quae mortuo injustissime exprobrat, vivo opposuisset.

Digitized by Google

EPIMETRUM I.

ad P. I. C. III. §. 3. not. ss.

Fata Vejentum, quibus scriptum erat, si lacus Albanus redundasset, Romam perituram esse, si oppressus esset, Vejos (Cic. Div. I. 44.) Romanis prodidit transfuga nobilis, unde colligi potest, hos libros in tutela et praesidio optimatium latuisse. Athenienses temporibus regum libros vaticinos in acropoli conditos habuisse docet Herodotus V. 90. sq. Dinarchus commemorat ἀποῤῥήτους διαθήκας Areopagi curae commissas, ἐν οἷς σωτήρια τῆς πόλεως κεῖται Or. c. Demost. 91. 20. quo nomine Reiskius Amphilyti aut Bacidis aut nescio cujus antiqui vatis oracula significari putat, libris Sibyllinis (secreta sacrorum civilium continentibus Valer. Max. I. 4.) persimilia; quam sententiam probat Larcherus ad Herodo. T. IV. p. 339. impugnat autem Coraius in Magac. Encyclop. Anni II. T. IV. p. 213. et ap. Chardon. de la Rochette Melang. de Critiq. T. II. 445. argumentis parum validis usus, quod Aristophanes Bacin deriserit, ejusque vaticinia χρησμούς voca-

Digitized by Google

verit non διαθήκας. Satius erat dicere, hoc nomine omnino non oracula denotari sed pacta. Utrum vero illae διαθῆκαι ab Areopago custoditae, ut Coraius suspicatur, Oedipi fuerint mandata ultima, an Orestae, an Thesei testamentum an monimentum cujusdam alius antiqui foederis, scire deorum est; Pauwii conjecturam, his libris Cereris legiferae ritus perscriptos fuisse, jure reprobavit Wellauerus de Thesmoph. p. 33. Illa autem oracula a Comicis derisa quanti fecerint Athenienses apparet e Demosth. Fals. Leg. p. 436. aliisque oratorum locis. Libanius in Demosth. T. IV. p. 250. sq. μάλιστα Φίλιππος δέδοικε τὰς τῶν θεῶν ὑπὲρ τῆς πόλεως μαντείας — ἀκούει γὰρ τῶν χρησμῶν ἀσκὸν ἀβάπτιστον [†] καλούντων τὴν πόλιν ex oraculo Sibyllae Ἀσκὸς βαπτίζῃ, δῦναι δέ τοι οὐ θέμις ἐστί Plutarch. V. Thes. c. XXIV. quod Pythiae tribuit Pausanias I. 20. et cavillatur Aristophanes Eqq. 962. ἐὰν τούτῳ πιθῇ μολγὸν γενέσθαι δεῖ σε. cujus loci sententiam ab interpretibus parum perceptam explicat Pollux X. 187. μολγὸς ὁ βόειος ἀσκός — καὶ Ἀριστοφάνης χρησμόν τινα παίζει Μή μοι Ἀθηναίους αἴνει, μολγοὶ γὰρ ἔσονται quo utroque illuditur oraculum Ἀσκὸς βαπτίζῃ. Alteram sortem Atheniensibus editam:

[†] Φελλὸς ἀβάπτιστος multo decentius Pindarus P. II. 148. Sibyllae ἀσκόν, quo notabilius esset vitium, Aristophanes in sordidum vocabulum, μολγός commutavit, quod si a μέλγειν, ut Reimaro videtur ad Dion. Cass. LXI. 107. p. 995. deflexum est, non ubera sed corium sive scortum significat, id est decerptum quiddam et detractum, ut σπάτος a σπάω, σκῦλον a σκύλλω et indidem spolium. cf. δέρος, βοάγρια, exuviae. Μολγός (bulga) est latinum lura, unde lorum.

Digitized by Google

Εὔδαμον πτολίεθρον Ἀθηναίης ἀγελείης,
αἰετὸς ἐν νεφέλῃσι πετήσεται ἤματα πάντα.

Schol. Aristid. p. 114. quam Aristides Apollini, Aristophanes Bacidi assignat (Schol. ad Avv. 978.) Sibylla in contrarium vertit cladem Chaeronensem vaticinans

Τῆς ἐπὶ Θερμώδοντι μάχης ἀπάνευθε γενοίμην,
αἰετὸς ἐν νεφέεσσι καὶ ἠέρι θηήσασθαι.

Plutarch. V. Dem. c. XIX. et ommino crebra est in oraculis aquilae mentio *Αἰετὸς ἐν πέτρῃσι κύει· τέξει δὲ λέοντα* Herodo. V. 92. et jocularitor Aristophanes Eqq. 197.

Ἀλλ' ὁπόταν μάρψῃ βυρσαίετος ἀγκυλοχείλης
γαμφηλῇσι δράκοντα κοάλεμον, αἱματοπώτην.

Leonem rursus inserit v. 1037.

Ἔστι γυνὴ, τέξει δὲ λέοντ' ἱεραῖς ἐν Ἀθήναις.

et Sibylla ipsa in oraculo regi Nicomedi edito,

Αὐξήσεις δὲ λέοντα μέγαν γαμψώνυχα δεινόν.

EPIMETRUM II.

ad P. I. C. III. §. 7. not. g.

Omne nefas omnemque mali purgamina causam
credebant nostri tollere posse senes.
Graecia principium moris fuit; illa nocentes
impia lustratos ponere facta putat.
Actoriden Peleus, ipsum quoque Pelea Phoci
caede per Haemonias solvit Acastus aquas.

Digitized by Google

Ovid. Fast. II. 35. ubi Medeam addit ab Aegeo lustratam, ab Acheloo Alcmaeonem. Apollodorus III. 7. 5. hunc a Phegeo Phocidis rege purgatum dicit, Peleum ob Phoci caedem ab Euryto s. Eurytione Phthiotidis Pherecydes Schol. Lyc. 176. et quum hunc occidisset ab Acasto Ovid. Met. XI. 469. Schol. Arist. Nub. 1053. Bellerophontem a Proeto Apollodorus, Triopam Tenagis occisorem a Melisseo Diod. V. 61. Poemandrum, qui filium peremerat, ab Elephenore Plutarch. Quaest. Graec. XXXVII. 397. Amphictyonem, quum socero necem attulisset, a Creonte Apollod. II. 4. 6. Hercules Neleo frustra rogata, ut Iphiti hospitis sanguinem expiaret, a Deiphobo impetravit Diod. IV. 31. Schol. Pind. IX. 44. idemque a liberorum caede per Thestium liberatus est Apollod. II. 4. 12. vel, ut alii narrant, per Sycalum Schol. Pind. Isthm. IV. 104. peremtis Protei filiis a patre ipso Conon. c. XXXII. Tydeus ab Adrasto Pherecyd. p. 168. cf. Visconti Pio-Clement. T. I. 347. Carrhabus Zeliae conditor a Troe Eustath. p. 448. a Pittheo Theseus Paus. I. 22. Achilles a Trambeli caede Mileti Athen. II. 43. E. Lampridius Heliog. VII. 809. Orestes posteaquam se apud tria flumina circa Hebrum ex responso purificavit, Orestam condidit civitatem, quam saepe cruentari hominum sanguine necesse est. Varro Fragm. p. 207. Bip. septem fluvios enumerat, in quibus ille a matris nece purgatus dicitur; ἐν τοῖς λεγομένοις διαχώροις πο-

Digitized by Google

ταμοῖς ait auctor argumenti in Theocr. p. 4. Suidas: Ἀπὸ δὶς ἑπτὰ κυμάτων, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἐπὶ φόνοις καθαιρομένων. Pausanias II. 31. Orestem per novem Troezenios purgatum tradit. Quin etiam deos, Mercurium, Minervam et Jovem ipsum hanc operam caede pollutis navasse perhibent Apollod. II. 1. 5. Aesch. Eum. 438. sed nullum vatem aut sacerdotem immiscent, excepto quod Chrysothemis, quem nonnulli vatibus inserunt, Apollinem occiso Pythone solvisse dicitur Schol. Pind. in Argum. Pyth. p. 485. Heyn. cujus in locum alii Carmanorem ejus patrem subrogant. v. Paus. X. 7. Crotopum Lutat. ad Theb. I. 570.

Hae autem fabulae ad idem exemplum fictae confirmant id quod saepius iteravimus, veteres mythographos in tradendis heroum rebus gestis tantumdem juris exseruisse, quantum poetis esset datum, ut paucis illis, quae de cujusque nomine et patria antiquitus tradita essent, adjicerent de suo quidquid ad absolutionem justae historiae requireretur, idque plerosque tam exigua elaborasse sollertia, ut omnes fere heroes eodem modo nasci, educari et iisdem ad exulandum causis impelli videamus. Quas res ad suam quemque libidinem finxisse illo ipso Herculis exemplo docemur, quem alii in majusculis mysteriis expiatum tradunt, alii in minusculis, nonnulli a Musaeo, pars ab Eumolpo, quorum cui potissimum credendum sit, incassum quaerit Larcherus.

Digitized by Google

EPIMETRUM III.

ad P. I. C. 3. §. 7. not. l.

In commemoratione artium occultarum consulto praeteriimus lapidem Malei magicis ritibus consecratum Suid. s. *Μάλεος*, Eustath. p. 1469. 20. et Asium philosophum qui Palladium divina arte fabricasse dicitur Schol. Ven. *Z.* 811. Tzetz. Exeg. Il. p. 135. una cum Pasetis numo magico[†] et Taraxippis, quos Pausanias VI. 20. enumerat; et ad hunc locum reservavimus amuletum perantiquum, cujus nos certos reddidit Hesychius: *Καταχήνη — ὑπὸ Πεισιστράτου καλαμαίᾳ ἐμφερὲς ζῶον ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως προβεβλημένον ὅπαῖα τὰ πρὸς βασκανίαν·* quod male interpretantur arce ejectum, quum illud quasi arcis praesidium et *πρόβλημα* fuerit ad arcendas noxas sicut Itali rustici et Graeci tuendis arboribus, agris, hortis, domibus calvarias et signa satyrica praefigere solebant *πρὸς ἀποτροπὴν βασκανίας* Schol. Arist. Plut. 944. v. Delle antichite di Ercolan.

[†] *Πάσης πάντων ἀνθρώπων ἐν μαγείᾳ διενήνοχεν, ὥστε ἐκ τῶν ἐπαοιδῶν αὐτοῦ καὶ δεῖπνα πολυτελῆ ὁρᾶσθαι καὶ διακονουμένους τινάς. Εἶχε δὲ καὶ ἡμιωβόλιον, ὃ διαδιδόμενον ὑπ' αὐτοῦ τοῖς πιπράσκουσι πάλιν παρ' αὐτῷ ἠγόρασκετο. Καὶ Ἄπίων ὁ γραμματικὸς μνημονεύει αὐτοῦ ἐν τῷ περὶ Μάγου* Suid. s. v. Coenae illae imaginariae, quas Albertus quoque Magnus convivis suis apponebat, consuetis Magorum artificiis adnumerantur ab Origene c. Cels. I. 388. F. *τὰ ἔργα τῶν γοήτων καὶ τὰ ὑπὸ τῶν μαθώντων ἀπὸ Αἰγυπτίων ἐπιτελούμενα ἐν μέσαις ἀγοραῖς ὀλίγων ὀβολῶν ἀποδομένων τὰ σεμνὰ μαθήματα καὶ δαίμονας ἐξελαυνόντων καὶ ψυχὰς ἀνακαλούντων, δεῖπνά τε πολυτελῆ καὶ τραπέζας καὶ πέμματα καὶ ὄψα τὰ οὐκ ὄντα δεικνύντων.*

Digitized by Google

T. VI. p. 398. Goetz. de Pistrin. Vett. p. 222, — Pollux VII. 108. *πρὸ τῶν καμίνων τοῖς χαλκεῦσιν ἔθος ἦν γελοῖά τινα καταρτᾶν ἢ ἐπιπλάττειν ἐπὶ φθόνου ἀποτροπῇ· ἐκαλεῖτο δὲ βασκανία·* cujus rei testem citat Aristophanem. De hoc nos certiores facit Anecd. Bekk. p. 30. *βασκάνιον ἀνθρωποειδὲς κατασκεύασμα πρὸ τῶν ἐργαστηρίων τοῦ μὴ βασκαίνεσθαι τὴν αὐτῶν ἐργασίαν.* Significatur ille *πήλινος Ἥφαιστος* s. *ἀνδριὰς πήλινος πρὸς τὰς ἑστίας ἱδρυμένος ὡς ἔφορος ταῦ πυρός· ἐν γὰρ ταῖς ἐσχάραις ὥσπερ ἐν ταῖς καμίνοις τὸν Ἥφαιστον ἀναπλάττουσιν* Schol. Avv. 436. [a] eaque Vulcani imaguncula ad compescenda incendia, puto, apponebatur et ne ollae vi ignis vel dira precatione rumperentur, quod maxime cavebatur in caminis figulorum; nam cantu figlinarum opera rumpi multi credunt Plin. XXVIII. 4, et Varro Fragm. p. 265. Vulcanum, ne novae lagenae ollarum frangantur, ter precatur, figulus, ut opinor. Quae superstitio nescio an hodie duret apud campanarios, sed perantiquam esse apparet ex Homeri carmine *Κάμινος ἢ Κεραμεῖς* inscripto, quod in ejusmodi precationem desinit:

Συγκαλέω δὴ ἔπειτα καμίνῳ δηλητῆρας,
Σύντριβ' ὁμῶς Σμάραγόν τε καὶ Ἄσβετον ἠδὲ Σαβάκτην
Ὠμόδαμον θ', ὃς τῇδε τέχνῃ (τέγῃ) κακὰ πολλὰ πορίζοι,
περθέμεν αἰθουσαν καὶ δώματα· σὺν δὲ κάμινος
πᾶσα κυκηθείη κεραμέων μέγα κωκυσάντων etc.

[a] Sic illi interpretantur nomen *ἐπιστάτης*, *οἱ δὲ ξύλον ἐπίμηκες πεπασσαλωμένον, ἐξ οὗ κρεμῶσι τὰ μαγειρικὰ ἐργαλεῖα.* a quo

quibus mirifice congruit Plinii testimonium. Vulcano illi simillimus deus vel dea *Εὔνοστος, ἀγαλμάτιον εὐτελὲς ἐν τοῖς μυλῶσιν* Hesych. [b] nec ob aliud quam bonae scaevae causa comparatum illud quod *Καταχήνη* vocatur ab Hesychio et locustae simile fuisse dicitur ob speciem informem *γραῦς σεριφία* et *βασκανία* dictae [c]. Nam omnino *προβασκάνια* hanc vim habere creduntur, ut specie sua oculos invidorum ab aliis rebus ad se convertant eoque noxam perimant *ἑλκομένης διὰ τὴν ἀτοπίαν τῆς ὄψεως ὥστε ἧττον ἐπερείδειν τοῖς πάσχουσι* Plut. Symp. V. 7. 4. Itaque pueris, ut Varro dicit, turpicula res quaedam in collo suspendebatur, caminis, ut Pollux, *γελοιά τινα* apponebantur, eandemque potestatem fascini prohibendi animalium figuras informes et monstrificas, quales sunt scarabaei, grylli et locustae, habere creditum. Hesychius: *Κεράμβηλος, κήπου προβασκάνιον* v. Muncker. et Verheyk. ad Anton. Lib. c. XXII. Mellmann. de Mutat. Form. p. 100 et Scholion sacrum in Nott. ad Phryn. p. 86. Wesseling. ad Diod. IV. 453. Schleusner. Nov. Thes. IV. 451. Picturae ridiculae, quales ferun-

non procul absunt suspensa focum carnaria juxta Virgil. Moret. p. 56.

[b] Deam vocat Eustath. p. 1383. 42. *Εὔνοστος θεὸς ἐπιμύλιος δοκοῦσα ἐφορᾶν τὸ μέτρον τῶν ἀλεύρων.* et Sext. c. Phys. I. 592. *εἰ ἡ Ἄρτεμις θεός ἐστι καὶ ἡ Ἐνοδία τις ἂν εἴη θεὸς καὶ ἡ Προθύραία καὶ Ἐπιμύλιος καὶ Ἐπικλιβάνιος·* cui proxima est Dea Fornax Romanorum. Gorii Dissert. de Eunosto in Memor. Acad. Florent. laudat Beckmannus Beitr. z. Gesch. d. Erfind. P. I. 8. mihi ignotam; Grammaticorum testimonia collegit Martorelli in Theca Calamar. T. II. 667.

[c] Hesychius: *Κραυγή — νόσημα, ὃ καταβλάπτει τοῖς παιδίοις· καὶ γὰρ ἡ κραῦξ ἐριφία ἀκρὶς ἐστιν ἡ λεγομένη βασκανία.*

Digitized by Google

tur tragelaphi, hippalectryones et similes [d] grylli vocantur auctore Antiphilo pictore, quod nomen, ut Gesnero aliisque visum, in nostro adhuc sermone viget imaginationes vanas et deliramenta significans, quas etiam Chimaeras vocamus nomine a pictura translato; Graeci novitii *μασκαρέματα* appellant i. e. larvas [e]. De gryllis vero Plinius narrat XXIX. (6.) 39. magnam auctoritatem huic animali perhibet Nigidius, majorem Magi, credo ob figuram distortam et larvalem, superstitionibus aptam. Schol. Theocr. X. 18. *Ἀρίσταρχος ἐν ὑπομνήματι Λυκούργου Αἰσχύλου τὴν ἀκρίδα φησὶ τὴν καλαμαίαν· εἰ προσβλέψει τινι τῶν ζώων, ἐκείνῳ κακὸν γίνεσθαι·* unde patet, cur ejusmodi formido Acropoli praefixa fuerit. *Καταχήνη* [f] dicta est ob speciem ridiculam proebiorum propriam; Hesychius: *Κερτομία προβασκανία.* His adjungo aliam formidinem eodem loco propositam. Ausonius Mosell. 310.

In arce Minervae
Ictinus, magico cui noctua perlita fuco
allicit omne genus volucres, perimitque tuendo.

[d] v. Gesner. ad Claudian. XVIII. 357. Hemsterhus. ad Lucian. Prom. fin. p. 226. T. I.

[e] Nomen romanicum Maaca s. Mascara s. Talamasca cum latino fascinum (unde fescenninum derivant) et graeco *βάσκειν* (*κακολογεῖν*) *βασκαίνειν*, *βάσκα*, cognatum esse veterum Etymologorum conjectura est haud improbabilis; quanquam Reiskius in Act. Jenens. T. IV. p. 160. arabicum putat.

[f] Idem nomen in obscuro Frontonis loco Fragm. de Oratt. p. 244. T. II. Confusam eloquentiam catachannae ritu partim igneis nucibus Catonis, partim Senecae febriculosis prunuleis insitam evertendam censeo, genus quod-

Digitized by Google

De quo nihil sibi constare fatetur Wernsdorfius. Equidem non dubito, quin Aornus significetur in atrio Parthenonis ab Ictino exstructi Philostr. V. Apoll. II. 10. 59. ubi Olearius affert Lucretii testimonium, cornices nunquam in Acropolin advolare, non pervigilii causa [ε] sed naturâ loci; quod ab Amelesagora traditum repetunt plures v. Beckmann. ad Antig. c. XII. Columnis in loco, ubi Amphiaraus terrae hiatu abreptus est, positis nullas aves insidere Pausanias accepit IX. 8.

EPIMETRUM IV.

ad P. I. C. III. §. 10. not. o.

Particulam hinc decerptam Suidas exhibet: *Θάμυρις ἢ Θαμύρας Θρὰξ ἐξ Ἡδωνῶν τῆς ἐν Βρίγοις πόλεως, υἱὸς Φιλάμμωνος καὶ Ἀρσινόης ὄγδοος πρὸ Ὁμήρου.* Intuenti mihi has commenticias *διαδοχάς*, quae philosophorum in eadem schola successiones imitantur a Sosicrate, Sotione aliisque perscriptas, ne illa quidem satis placet

dam dicendi ridicule perversum significare videtur. In glossis ganna scribitur, et gannator *χλευαστής*, unde ingannare italicum.

[ε] Haec adhuc latet; fortasse noctuarum praesentia cornices Acropoli fugavit, si verum est quod Aelianus H. An. IV. 48. de internecino utriusque gentis odio narrat. Ceterum avem garrulam et nuptialem Nonn. III. 120. Minervae non adeo invisam fuisse ostendit deae signum in arce Corones *κορώνην ἐν τῇ χειρὶ ἔχον* Paus. IV. 34. 3. quanquam Wernsdorfius hoc coronam interpretatur ad Poet. Min. T. III. p. 527. Obscoenis tamen avibus eam adnumerat Ovidius Amor. II. 6. 35.

Digitized by Google

sedecim tragicorum series a primo Epigene usque ad Thespin, in qua vix dubitari potest, quin Arion, qui a Tzetza Tragicis adnumeratur, et huic similes alii collocati fuerint. Equidem vereor ne ille Epigenes Sicyonius cothurnos suos ab Anagraphae Sicyoniae sutore acceperit, choros Sicyoniorum tragicos recordato, qui mihi a tragoedia tantum abesse videntur quantum Aeginetarum χοροὶ κέρτομοι a comoedia. Arionem, Epigenem et alios quosdam tragicos partim fictitios adversus Bentlejum produxit Francogallus Vatry Rech. sur l'orig. de la Trag. in Mem. Inscr. T. XV. p. 255. genusque quoddam Tragoediae lyricae ante Thespin viguisse statuit; quam conjecturam Boeckhius exquisitioribus argumentis confirmare studuit. Verum ille τραγῳδὸς παλαιᾶς τραγῳδίας in Inscriptionibus memoratus non majore jure inter Tragicos refertur, quam Jason tragoedus Trallianus, qui quum Crassi caput Arsaci afferretur, Euripidis Bacchas cantabat Polyaen. VII. 41. Plut. V. Crass. XXXIV. 460. Ludis Ephesiis Euripidis fabula Ino in scenam commissa Philostr. V. Apoll. L. VII. 5. 283. idque in ludis aulicis regum Cypriorum, Parthicorum aliorumque et in Graecia ipsa spectaculis oppidanis factitatum, multoque saepius τραγῳδοὺς παλαιοὺς i. e. παλαιὰ δράματα εἰσάγοντας introductos esse quam καινούς credibile est ob summam poetarum tragicorum paucitatem. Lucianus Demosth. Encom. §. 27. τὸ μὲν ποίησιν καινὴν ποιεῖν, κωμῳδίας ἢ τραγῳδίας ἐκλέλειπται

T. IX. p. 27. et si quis novas fabulas scripsit, recitatae magis sunt quam actae. Plinius VI. Ep. 19. Virginius Romanus nuper legit comoediam ad exemplar veteris comoediae scriptam. Is *ποιητὴς ἀρχαίας κωμῳδίας* dici poterit sicut L. Annaeus Seneca *ποιητὴς τραγῳδίας ἀρχαίας*. Si quis *ποιητὴς ἀρχαίας τραγῳδίας* in scena actae allatus fuerit, ut est *ποιητὴς καινῆς* (non *νέας*) *τραγῳδίας* simulque patuerit hoc antiquum genus tragoediae non novitio cuidam, quali Tarsenses et Alexandrini fortasse usi sunt, sed illi opponi, in quo Aeschylus et Sophocles excelluerunt, errasse me confitebor.

Haec fere olim scripsi in Diss. de Aetate Orphei, neque ab ea sententia me deduxit viri docti disputatio, qui Boeckhio assensus est. Ante Thespidis aetatem prima fundamenta et quasi semina tragoediae jacta esse, Bentlejus ipse affirmat p. 311. neque unquam addubitatum est. Sed tragoedias eas esse vocatas nullo probabilis auctoris testimonio constat. Neque Horatio, Dioscoridae aliisque vix numerabilibus, qui Thespin tragoediae inventorem perhibent, opponi debet illud futile Suidae commentum de quindecim Tragicis, quippe simillimum iis, quae de Epicorum affert successionibus commenticiis. Si quis vero putat hanc causam Eusebii auctoritate sustentari posse, Xenophanem *τραγῳδοποιόν* vocantis, rei controversae probandae rem aeque controversam adhibet; nam illum Eusebii locum quicunque adhuc attigerunt, vitiose scriptum esse conclama-

Digitized by Google

runt, Scaliger, Menagius, Rossius, Fabricius, aut nomen Thespidis excidisse statuentes aut τραγῳδοποιός in παρῳδοποιός mutantes. De Diogenis testimonio IX. 110. quod vir doctus illi addit, *Τίμων ποιήματα συνέγραψε, καὶ ἔπη καὶ τραγῳδίας καὶ σατύρους καὶ δράματα κωμικὰ τριάκοντα, τραγικὰ δὲ ἑξήκοντα, σίλλους τε καὶ κιναίδους*, etsi nihil adversus me valet, tamen dicam, quid mihi videatur. Tragoediae nomen apud novitios Graecos perlate patere, vel e Zonarae apparet adnotatione p. 1743. τραγῳδία ποίημα ἐπιτάφιον, cujusmodi fuit Theodectis tragoedia funebris Mausolus inscripta, Tragoediae veteris fortasse non similior quam Lycophronis Cassandra aut Calliae tragoedia grammatica aut Ptolemaei Alexandrini δρᾶμα ἱστορικόν (Suid. s. v.) aut Ezechielis τραγῳδίαι Ἰουδαϊκαί, aut Apollinaris Alexandrini fabulae sacrae aut Timothei Grammatici τραγῳδία περὶ τοῦ χρυσαργύρου in Anastasium scripta (Suid.) quorum poematum etsi forman et descriptionem ignoramus, tamen Sophocleis simillima fuisse non videntur. Deinde Nicephorus Greg. Hist. X. c. I. 289. D. tragoediae nomen ulterius extendit; δότε μοι, inquit, τὴν Ὀρφέως ἐν τραγῳδίαις δύναμιν ἵνα καὶ τὰς ἀψύχους φύσεις κινήσω πρὸς οἶκτον τοῦ πάθους· unde non dubito quin Simonidis aut Pindari threnodiae τραγῳδίαι aliquando nominari potuerint, Philoxeni autem Dithyrambus, in quo Cyclops cum Galatea colloquebatur, δρᾶμα κωμικόν, et carmen quoddam amoebaeum tragico sono conditum δρᾶμα τραγικόν. A

Digitized by Google

Diogene tamen τραγῳδίας et τραγικὰ δράματα tanquam diversa tragoediae lyricae et dramaticae genera distingui omnino non apparet; nam quum antea commemorasset Timonem poemata quoque edidisse varia, epica, tragica, satyrica, comica, atque ultimi generis numerum designasset τριάκοντα, hinc admonitus quasi per analepsin addit τραγικὰ δὲ ἑξήκοντα, tragoedias vero duplo plures.

EPIMETRUM V.

ad P. I. C. IV. §. 2. not. cc.

Ab his antiquis χρησμολόγοις diversi fuere recentiores memoriae arioli, qui ne risum praeberent astutioribus furendo et vaticinando, non sua sed veterum vatum oracula recitabant et explicabant. Sic χρησμολόγος quidam apud Aristoph. Avv. 963. 975. Bacidis oraculum ex libro profert; apud Xenophontem est Diopithes μάλα χρησμολόγος ἀνὴρ εἰπὼν ὡς Ἀπόλλωνος εἴη χρησμὸς φυλάξασθαι τὴν χωλὴν βασιλείαν Hell. III. 3. 150. idque oraculum ἀνεγίνωσκεν, ut Plutarchus dicit Agesil. c. III. 73. qui eum μαντειῶν παλαιῶν ὑπόπλεων vocat. Sic etiam Onomacritus Herod. VII. 6. κατέλεγε τῶν χρησμῶν — τὰ εὐτυχέστατα ἐκλεγόμενος. Stilbides, expeditionis Siculae impulsor, unus fuisse dicitur τῶν τοὺς πα-

Digitized by Google

λαοὺς μάντεις ἐξηγουμένων Schol. Pac. 1029. et Hierocles χρησμῳδός ibid. 1044. τοὺς προγεγενημένους χρησμοὺς ἐξηγούμενος· cf. Herod. VII. 142. οἱ χρησμολόγοι ταύτῃ τὰ ἔπεα (Pythiae) ἐλάμβανον etc. οἱ τοὺς χρησμοὺς ἐξηγούμενοι Zachar. Schol. de Mund. Opif. p. 268. B. T. XI. Gall. [a]. Sed Pisistrato ex Eretria redeunti Amphilytus obviam veniens ἐνθεάζων χρᾷ Herodo. I. 62. ut pateat illam antiquorum vatum stirpem nondum exolevisse. Quin Periclis aetate reperti sunt inter publicos augures, qui rerum divinarum scientiam affectantes a sagacioribus deriderentur ut fanatici. Lampon ille famosissimus, θύτης καὶ χρησμολόγος καὶ μάντις Schol. Avv. 521. non citra sanctitatis affectationem Rhadamanthi ὅρκῳ usus [b] plebejis aeruscatoribus componitur a Cratino ap. Hesychium: Ἀγερσικύβηλιν [c] Κρατῖνος ἐν Δραπέταις ἐπὶ τοῦ Λάμπωνος· τὸν αὐτὸν ἀγύρτην καὶ κυβελίστην εἶπεν, οἱονεὶ θύτην καὶ μάντιν· κύβηλιν γὰρ ἔλεγον τὸν πέλεκυν· ὅθεν καὶ Λύσιππος ἐν

[a] Hujus artis an praecepta tradita sint, ignoro; illae περὶ τῆς μαντικῆς βίβλοι Polemaeneti vatis, Isocr. Aegin. II. 674. de auguriis et aruspicina fuisse videntur. Γοητικαὶ καὶ μαντικαὶ βίβλοι Gregor. Naz. Or. V. 176. D. Εἰσὶν ἔγγραφοί τινες τέχναι ὀνειροκριτικαὶ ὥσπερ ἦσαν καὶ οἰωνιστικαὶ καὶ θυτικαί Eustath. Il. p. 48. cui generi adscribuntur αἱ τῶν περιέργων βίβλοι ab Ephesiis concrematae Act. App. XIX. 19. Sed in Lucian. Epigr. XLIV. 326. T. II. μάντις τοῖς ἱεροῖς ἐνδῶν non libros inspexit, ut Jacobsius censet, p. 470. sed exta.

[b] Unus illorum, quos Eupolis in Baptis induxit, per cramben jurat Athen. IX. 370. B. Fortasse Phrygum morem sequutus, quos in jurejurando nonnunquam deorum numen testatos esse perhibent. v. Nicol. Damasc. Fragm. p. 148. not. p. 229. et Stob. Serm. XLII. 292. Suidas s. Λαχάνοις· πολλὴν εὐορκίαν ἐπιδεικνύμενοι πρὸς λάχανα ὀμνύουσιν.

[c] Ἐγερσικύβηλιν Anecd. Bekk. p. 330. fortasse rectius.

Digitized by Google

Βάκχαις τὸν αὐτὸν ἀγύρτην κωμῳδεῖ. Antiphanis fabula *Λάμπων* inscripta ab Athenaeo (nisi mendum subest) bis nominatur; neque illi pepercit Pericles. Aristoteles Rhetor. III. 18. 595. *Περικλῆς Λάμπωνα ἐπήρετο περὶ τῆς τελετῆς τῶν τῆς Σωτείρας ἱερῶν· εἰπόντος δὲ, ὅτι οὐχ οἱόντε ἀτέλεστον ἀκρύειν, ἤρετο, εἰ οἶδεν αὐτός; φάσκοντος δὲ, καὶ πῶς ἀτέλεστος ὤν* [d], quanquam ejus ministerio in condendis Thuriis usus est, ut Plutarchus et Suidas narrant, qui eum cum decemviris coloniae deducendae illuc ablegatum dicit *ὡς ἐξηγητὴν ἐσόμενον τῆς κτίσεως τῆς πόλεως* [e] hoc est juris pontificii interpretem. Festus: Rituales nominantur Etruscorum libri, in quibus perscriptum est, quo ritu condantur urbes, arae, aedes sacrentur. Neque Romanos solum sed Graecos quoque hac juris pontificii parte usos esse, colligi licet ex iis, quae de Jovis *Ἑρκείου* et *Κτησίου* seu Penarii *ἱδρύσει* tradita sunt partim in Anticlidis Exegetico Athen. XI. 473. B. partim in Schol. Aristoph. Plut. 1199. Hoc loco leguntur haec: *ὁπότε μέλλοιεν βωμοὺς ἀφιδρύειν ἢ ἄγαλμα θεῶν, ἕψοντες ὅσπρια ἀπήρχοντο τοῖς ἀφιδρυμένοις· ὅθεν καὶ ἐν ταῖς Λα-*

[d] *Σωτείρας Κόρης ἱερόν* in pago Corydallo memorat Ammonius p. 84. quo nomine Minervam significari Valckenarius putat et confirmat quodammodo Schol. Plat. p. 90. Ruhnk. *κόρυδοι — Γῆς καὶ Ἀθηνᾶς ἱεροί.* Cf. Interpr. ad Aristoph. Rann. 375. (380.)

[e] Locis a Tayloro in Lectt. Lys. p. 107. et Wesselingio ad Diod. XII. 10. excitatis adde Anecd. Bekk. p. 96. et Photium s. *Θουριομάντεις· τὴν εἰς Σύβαριν ἀποικίαν οἱ μὲν Λάμπωνι ἀνατιθέασιν, οἱ δὲ Ξενοκρίτῳ, οἱ δὲ Χαλκιδεῖ Διονυσίῳ, οἱ δὲ καθαρίῳ τῷ Λάκωνι·* leg. *Καθάρῳ.*

Digitized by Google

ναΐσι Μαρτύρομαι δὲ Ζηνὸς Ἐρκείου χύτρας, παρ' αἷς ὁ βωμὸς οὗτος ἱδρύθη ποτέ. illic vero: Διὸς Κτησίου σημεῖα ἱδρύεσθαι χρὴ ὧδε· Καδίσκον καινὸν ἐπιθηματοῦντα — ἐσθεῖναι ὅτι ἂν εὕρῃς καὶ εἰσχέαι ἀμβροσίαν. quae omnia sub ara defossa arbitror. Quum Capitolium restitueretur, injectae fundamentis argenti aurique stipes et metallorum primitiae nullis (sic haruspices jussere) fornacibus victae, sed ut gignuntur Tacit. Hist. IV. 53. cf. Guther. de jur. pontif. L. III. c. 5. Sicculus Flaccus de Cond. Agr. p. 5. Goes. Quum terminos disponerent antiqui, quos defixuri erant, unguento velaminibus et coronis coronabant. In fossis — sacrificio facibus ardentibus injectis sanguinem instillabant, eoque thura et fruges jactabant savos quoque et vinum.

Lamponis similis fuit Diopithes χρησμολόγος, quem Aminias et Teleclides ut fanaticum traduxerunt. Phrynichus tympanotribis adnumerat Schol. Avv. 988.

Ἀνὴρ χορεύει καὶ τὰ τοῦ θεοῦ καλά.
βούλει Διοπείθη μεταδράμω καὶ τύμπανα [f];

cujus in priore versu expressum videtur latinum proverbium, Saltat senex, salva res est, quod a domestico quodam facto repetunt Festus p. 476. et Servius Aen. VIII. 110.

[f] τὰ τῆς θεοῦ γὰρ πανταχῶς ἔχειν καλῶς Menand. p. 109.

Digitized by Google

EPIMETRUM VI.

ad P. I. C. VI. §. 2. N. XXXIV. not. b.

Λυκομῆδαι praefert Passowius ad Mus. p. 53. Λυκομίδαι Siebelis ad Paus. l. c. et Boeckhius Inscr. N. 386. ille quia nomen Lycomedes saepius legitur, hi auctoritate Hesychii: Λυκομίδαι γένος Ἰθαγενῶν, et Attici lapidis, cui nihil derogatum volo. Sed quod doctissimus Pausaniae interpres negat nomen Λυκομῆδαι explicari posse, equidem opponam primum aliam Hesychii glossam Βαθυμῆδαι γένος ἐπὶ Λυδίᾳ nomen contractum, ut videtur, ex Βαθυμηδίδαι [a], tum quod Graeci ipsi nomina sacerdotalia Βούτης et Βουζύγης ab heroibus Buta et Buzyge derivarunt. Ad Aristid. Panath. τῶν μυστηρίων τὰ μὲν ὡς ἀρχαῖα τετίμηται, τὰ δὲ ὡς ἀναγκαῖα, τὰ δὲ ὡς πλείστοις γνώριμα, Scholiastes haec adnotavit p. 109. ἀρχαῖα μὲν τὰ Σαμοθράκης ἢ τοῦ Λυκομήδου, ἀναγκαῖα δὲ πάντα τὰ μυστήρια, γνώριμα δὲ τὰ Ἰσθμοῖ ἢ Πυθοῖ, ἃ καλοῦσι δημοτελῆ. Ille Lycomedes fortasse est auctor generis Lycomedarum, quorum et in Attica fuit τελεστήριον in pago Phlyensium Paus. I. 22. et in agro Audanio κλίσιον, dearum magnarum sacris constitutum Paus.

[a] Notum certe primitiva et patronymica (de forma loquor) inter se permutari, Androcles et Androclides v. Reisk. ad Isaeum de Philoct. p. 147. Phrasicles et Phrasiclides v. Sylburg. ad Dion. Hal. Arch. L. X. c. 1. aliaque plurima Goeller. de Syracus. p. 121. Sturz. de Nom. Graec. p. 25. Passow Praefat. Lectt. Acad. anni 1823.

Digitized by Google

IV. 1. quae Cauco Celaeni vel Clini filius, Phlyi nepos, Eleusine eo attulit, sicut rursus expugnata Messenia Eleusinem abeunt *οἱ τοῦ γένους τῶν ἱερέων καὶ θεαῖς ταῖς μεγάλαις τελοῦντες τὰ ὄργια* IV. 14. quibuscum una colebatur Cauco IV. 27. Indidem vero etiam fuit Melanthus Cauconides Thymoetae in imperio successor, qui cum aliis exulibus primum Eleusine consedit Athen. III. 96. E. tum sacrum Apaturiôn Baccho Melanthidae sive Melanaegidi constituit; quo si accedant alia clariora indicia (dummodo ne etymologica) fortasse aliquid de sacrorum Eleusiniorum et Messeniorum cognatione suspicari licebit. Nunc et hoc doctis harum rerum aestimatoribus deliberandum propono et illa Alimontia mysteria, quorum nomen solum per Clementem et Arnobium enotuit, auctor autem et argumentum in incerto habetur, nisi quod Alimontios sive Halimusios et templum Cereris Liberaeque habuisse Paus. I. 31. et Leontidi tribui adscriptos fuisse scimus a Leo Orphei filio denominatae, cujus tribus Themistocles quoque erat, qui Lycomedarum sacrarium exornavit ejusque familiae fuit, unde Daduchi plures.

EPIMETRUM VII.

ad P. I. C. VI. N. XXXIV. not. q.

Ad confirmationem dictorum hic brevem exhibebo Hymnorum Harmoniam:

Digitized by Google

I. *Ἣ κατέχεις οἴκους* II. 6. *ἢ κατέχεις ὀρέων δρυμούς* XXXVI. 10. *ὃς κατέχεις γαίης κληῖδας* XVIII. 3. *ὦ κατέχων πόντου ῥίζας* XXIII. 1. *ἢ κατέχεις κόσμοιο μέσον θρόνον* XXVII. 5. *ἢ κατέχεις ἄϊδαο πύλας* XXVIII. 4. *εἴτε σύγ' ἐν Φρυγίῃ κατέχεις Ἴδης ὄρος* XLIX. 5. Quare etiam in Prooem. v. 8. *ὃς Δελφῶν κατέχεις ἱερὸν πέδον* pro *ναίεις* e cod. Thryllit. scribendum videtur.

II. *Πανικὸν ἐκπέμπων οἶστρον ἐπὶ τέρματα γαίης* XI. 23. *κῆρας πέμπουσ' ἐπὶ τέρματα γαίης* XIV. 12. *πέμποις εἰς ὀρέων κεφαλὰς νούσους τε καὶ ἄλγη* XXXVI. 16. *ψυχῆς ἐκπέμπειν οἶστρον ἐπὶ τέρματα γαίης* LXXXI. 11. *φόβους δ' ἀπόπεμπε νυχαυγεῖς* III. 14. *φαύλους ὁρμὰς ἀπὸ τῶνδ' ἀπόπεμπε* LVIII. 10. *λήθην ἀπὸ τῶνδ' ἀπόπεμπε* LXXVII. 10. *πτηνοῖς ἰοβόλοις κῆρας χαλεπὰς ἐπίπεμπε* XII. 16. ubi conversis syllabis scribendum *ἰοῖς πτηνοβόλοις*, sagittis quae Stymphalidas peremerunt, ut *ἰχθυβόλος*, *θηροβόλος*.

III. *Πέμπων βιότου τέλος ἐσθλὸν ἐπ' ἔργοις* XXIV. 8. *πέμποις τέλος ἐσθλὸν ἐπ' ἔργοις* LVI. 12. *πέμποις εὐόλβου βιότου τέλος* XII. 10. *βιότου τέλος ἐσθλὸν ὀπάζων* XXVIII. 11. *βιοτῆς τέλος ἐσθλὸν ὀπάζων* LXVII. 8 *βιοτῆς τέλος ἐσθλὸν ὀπάζοις* LXXIII. 9. *ἀγαθὴν δ' ὄπασον βιότοιο τελευτήν* X. 22. *φέρειν γλυκερὴν βιότοιο τελευτήν* XIX. 6. *αἰὲν ἐπ' εὐδόξοις ἔργοις κλέος ἐσθλὸν ἄγουσα* XXXIII. 9. in *τέλος* mutandum ut *τέλος ἤδὺ φέρουσα* XXXV. 7. *ἀγάθ' ἐκτελέουσ' ἐπ' ἀέθλοις* XLII. 11. *ἐσθλοὶ* (f. *ἐσθλὸν*) *ἐπ' εὐδόξοις ἔργοις δρόμον ἐκτελέοντες* VII. 13.

Digitized by Google

IV. *Καλαῖς ὥραισι βρύουσα* XXVI. 3. *νασμοῖσι βρύουσα* XXII. 8. *θαλίαισι βρυάζον* XXXIII. 7. *καρποῖς βρυάζων* LIII. 10. *καρποῖς βρύουσα* XXIV. 10. *ἄστροις* IX. 7. *βρύων ἄθλοισι* XII. 2. et semel nullo casu addito *βρύων ἐλθέ* LII. 13.

V. *Σὺν εὐόλβοισιν ἐν ὥραις* XXVI. 11. et iisdem verbis X. 29. *ἐπ' εὐόλβοισιν ἐν ὥραις* XXXII. 16. *ἐπ' εὐόλβοις κτεάτεσσι* XIV. 11. et LXXII. 10.

VI. *Καλῷ γήθουσα προσώπῳ* LV. 16. *ἱερῷ γήθουσα προσώπῳ* XLIX. 7. *νέῳ γήθοντα προσώπῳ* LXXV. 4. unde etiam in H. XV. *καλῷ γήθουσα προσώπῳ* scribi malim pro *γήθοντι*, etsi LIII. 9. legatur *γανόωντι προσώπῳ*. XXXIII. 8. *ὄμματι φαιδρῷ*.

VII. *Ὠδίνων ἐπαρωγέ* II. 2. *ἐργασίαις ἐπαρωγέ* XVIII. 6. *πᾶσιν ἀρωγέ* VIII. 7. *ἐπαρωγὸς ἐοῦσα* II. 2. et LXXIV. *ἐπαρωγὸς ἐπέλθοις* XLVIII. 6. *ἐπαρήγοις* XXII. 9.

VIII. *Ἥδὺς ἐπίπνευσον ἐνηής* XXX. 8. ubi codd. lectiones *ἀμενής, ἀμεννής* veram scripturam *ἀμεμφής* indicare videntur, ut LXXXI. 5. *ἐπιπνείουσαι ἀμεμφεῖς. Ἐπιπνείοιτε ἄνακτες* XXXVIII. 25. et active LXXXIV. 8. *ὄλβον ἐπιπνείουσα καὶ ἠπιόχειρον ὑγειαν*[†], quod Porsonus in *ἠπιόχειρ' ὑγίειαν* mutavit et hoc loco et XXIII. 8. vereor ut recte, quanquam *ὑγίεια* pluribus locis legitur XV. 11. XVI. 10. XXXII. 15. XL. 20. XIX. 22.

[†] *Οὐδέ σε Κύπρις οὔτ' ἀγανὰ φρονέοντες ἐπιπνείουσιν Ἔρωτες* Apollon. Arg. III. 936. *ὁμαλοὶ πνεύσειαν ἐπ' ἀμφοτέροισιν Ἔρωτες* Theocr. XII. 10.

Digitized by Google

IX. *Οὐρανίαν χθονίαν τε καὶ εἰναλίαν* I. 2. *οὐράνιοι χθόνιοί τε* VI. 9. *αἰθερίη τε καὶ εἰναλίη τε* X. 14. Similiter opponuntur *φαινομένη τ' ἀφανής* LV. 10. *ἀφανὴς ἔργοισί τε φαίνῃ ἅπασιν* X. 7. *ἀφανῶν ἔργων φανερῶν τε* XVIII. 16. *σβεννύμενος λάμπων τε* LVI. 5. VIII. 15. *ὃς δαπανᾷς καὶ αὔξεις* XIII. 3. *ἄῤῥην καὶ θῆλυς* XI. 4. XXXII. 10. *κούρη καὶ κόρε* LVI. 4.

X. *Πατασσομένη περὶ γαῖαν* XXX. 3. *τινασσαμένη κατὰ χεῦμα* XVII. 8. *ἑλισσομένη περὶ κῦμα* XXIV. 7.

XI. *Εἰρήνη θάλλουσα* XXX. 18. *θάλλοντα λογισμοῖς* XIX. 24. Ad haec nomen *θάλος* sexies recurrit et multitudo compositorum: *ἀϊθαλής* ter, *αὐξιθαλής* quater, *παντοθαλής*, *εὐθαλής*. Ab alia stirpe *δακρυότιμος*, *ἀγλαότιμος*, *θεότιμος*, *πολύτιμος*, *πάντιμος*, *ἀγλαόμορφος*, *αἰολόμορφος*, *ἀρσενόμορφος*, *ἠερόμορφος*, *δίμορφος*, *πολύμορφος*, *ἀρχιγένεθλος*, *παντογένεθλος*, *πρεσβυγένεθλος*. Enotavi talia plurima, sed jam satis nosci puto hujus paupertini poetae angustias, paucissimorum verborum et sententiarum gyro circumclusi.

Digitized by Google

EPIMETRUM VIII.

ad P. II. C. V. §. 37. not. n. [*].

Interpretationis historicae sive ut Tzetza[a] vocat, pragmaticae initia posita sunt ab Historicis, Hecataeo, qui serpentem venenatum et pestiferum faucibus Taenariis procubantem confingendae de Orci cane Cerbero fabulae occasionem dedisse opinatus est Pausan. III. 25. et Herodoro Heracleota, superbissimo antiquarum fabellarum interprete, qui Atrei arietem portentosum nihil aliud quam poculum aureum sigillatum fuisse contendit Athen. VI. 231. C. Atlantem vero astrologum Clem. Strom. L. I. p. 306.[b] Promethei autem tormenta et liberatorem ejus Herculem, sic interpretatus est, ut Aeetum fluvium Promethei regis Scythici agros arrodentem ab Hercule derivatum esse diceret Schol. Apoll. II. 1251. Phavorin. s. *Προμηθεύς*, quod et Diodoro placuit I. 19. et, quem is sequi videtur, Agroetae Libycorum scriptori Schol. Ap. l. c. qui etiam Hesperidum *μῆλα* non mala aurea sed oves eximii velleris

[*] Ex Dissert. de Morte Bacchi.

[a] Ad Hesiod. Opp. v. 1. p. 8. A. p. 26. A. et saepius; *ἡ κατ' ἱστορίαν ἀλληγορία* ab Eustathio vocatur p. 426.

[b] De Atlante idem suspicati sunt Xenagoras in Schol. Arist. Nubb. 397. Schol. Apoll. IV. 264. Diodor. III. 59. Cicero Tusc. V. 3. Plinius H. N. II. 6. 126. Bip. Demo, quae omnem mythologiam ad mathematicam retulit, Otum et Ephialtem Astrologis adnumerat Schol. Lucian. Icarom. p. 34. T. IX. ubi pessime labitur Clericus, Endymionem Plinius l. c. p. 129. et alii v. Heyn. Opusc. Acad. T. II. 234. Atreum Servius Aen. I. 563.

Digitized by Google

fuisse pronuntiavit Schol. IV. 1396.[c] Consimili ratione Herodotus Ius casus a fabulis sejungere conatus est, approbante fere Ephoro Schol. Apoll. II. 168. qui etiam, ut Tityum et Pythonem miraculis eximeret, conjecturam fecit, praedones fuisse ab Apolline coercitos Strab. IX. 422. alias fabulas, perinde incredibiles inexplicatas relinquens, in quo ejus inconstantia a Strabone reprehensa est. Sed eadem culpa omnes antiquiores tenentur, neque injuria Plato in Phaedro hoc totum negotium improbat, quia, si tres aut quatuor fabulae hoc modo explicatae fuerint, innumerabiles aliae restent interpretum acumen elusurae. Post Ephorum Philochorus Orithyiam a vento dejectam Fr. p. 26. Triptolemum non serpentibus sed navi vectum serpentis simili p. 25.[d] Proserpinam ab Aidoneo Molossorum regulo raptam esse, denique Minotaurum ducem fuisse militarem, nomine Taurum, quem Minos castello Labyrinthi praefecisset p. 30. Tum Mnaseas Patrensis Stymphalides mulieres fuisse affirmavit, non aves Schol. Apoll. II. 1054. Eudoc. p. 214. Ganymeden non a Jove raptum sed a Tantalo Schol. Leyd. Valck. p. 136. Eustath. p. 1289. cujus sententiae fuit Phanocles poeta Euseb. Chron. I. 17. Endymionem propter lunae observationem a dea Luna amatum tradi Fulgent. Myth. II. 19.

[c] Nomen hoc restituendum Herodiano περὶ μον. λεξ. p. 11. Ἀγροιώτας ἀπὸ (ἀ) Λιβυκῶν, ubi nomina gentilitia Macarum (Herod. IV. 175.) Byzantum, Marmaridarum aliorumque Libycorum populorum indicari videntur.

[d] Ammiano Marcellino XXII. 2. currus fuisse videtur.

Digitized by Google

Pro equo Trojano Euphorio, ut Lydus refert navem substituit Fragm. CXX. 167. [e] Praetermitto alios, quorum tempora non satis adhuc cognita sunt, Myrsilum, qui Musas psaltrias Lesbias fuisse voluit. v. Meinek. ad Euphor. p. 107. Plehn Lesbiac. p. 206. Theagenem, qui Aeginetarum majores non formicas sed specuum habitatores. v. Mueller. Aegin. p. 14. cf. Stephan. s. *Παλλήνη* [f]. Melissum, quem Vossius de Hist. Gr. L. III. 385. non immerito in hunc numerum retulit, Staphylum, rerum Thessalicarum auctorem, qui Charonis astu effectum putavit, ut dii Thetidis nuptiis interesse crederentur Schol. Arist. Nubb. 1058. Schol. Apoll. IV. 816. Phanodicum, qui Daedali alas in navigium transmutavit. Hi autem omnes tantummodo paucarum fabularum minusque insignium rationem reddere conati impietatis crimen facile subterfugerunt; primusque Euemerus eo processit audaciae ut universam mythologiam hinc ortam diceret, quod homines quidam fortes et prudentes post mortem deorum nomen et honorem consequuti essent, neque heroes solum et semideos sed Jovem ipsum et totam ejus progeniem humano generi et mortalibus ad-

[e] In simili narratione Fr. CLV. 180. pro *Ἀχαρίωνα* Weichertus de Apollon. p. 253. *Χάρωνα* substituit.

[f] Fulgentius L. I. 26. Theocritus antiquitatis historiographus refert, Phorcum fuisse regem, qui tres filias locupletes reliquit. Schweighaeuserus ad Athen. XI. p. 91. T. VI. Theolytum Methymnaeum, qui Annales scripsit, alii Theocritum Chium *Θαυμασίων* scriptorem (v. Ebert. Dissert. Sic. T. I. p. 174.) significari putant. *Εὔχριτος* pro *Θεόχριτος* mendose editum in Bekk. Anecd. p. 1198. ubi versus ex Id. VII. 2. affertur.

Digitized by Google

scriberet natalibus, eorumque mortes etiam et sepulturas demonstraret. Cujus sententiae improbitate Graeci ita perculsi auctoremque tantopere execrati sunt, ut pateat neminem ante eum tale quiddam ausum esse. Eaque ratione ductus jam olim Dionysium illum, quem Diodorus III. 52. in hoc genere interpretationis ducem sequitur, Ephori temporibus postposui, cujas ille fuerit Mitylenaeus an Samius an Milesius, in incerto relinquens propter ambigua veterum testimonia. Etenim quod Suidas refert Dionysium quendam Milesium [g] praeter alios libros historicos et geographicos *Μυθικά* scripsisse et *Κύκλον ἱστορικόν*, idemque alio loco Dionysium Milesium *ἱστοριογράφον* Hecataei aequalem facit, non satis firmum videbatur ad probandum, hunc esse a Diodoro adhibitum. Nam Mitylenaeus quoque Dionysius cognomine Scytobrachion *Μυθικά* scripsit, ut Suidas refert, et *στρατιὰν Διονύσου καὶ Ἀθηνᾶς καὶ Ἀργοναύτας* sermone pedestri, quamquam Epicus poeta vocatur, et ab hoc Mitylenaeo Diodorum sumsisse, quae de deorum rebus gestis Euemeri modo narrat, Vossius et Jonsius L. III. p. 43. suspicati sunt. Difficultatem hujus quaestionis augent Scholiastae Apollonii, qui Argonautas sive Argonautica modo Milesio Dionysio adscribunt III. 200. (ubi Muellerus ad Reinesii Observ. in Suid. s. v. *Μιτυληναῖος* reponi jubet) et IV. 223. 228. 1153. modo Mitylenaeo I. 1290. II. 1144.

[g] De Dionysio Sophista Milesio v. Reimar. ad Dion. Cass. LXIX. 4. 1152.

Digitized by Google

IV. 119. Tertium quendam Dionysium Samium vel Rhodium nominat Suidas, eumque *ἱστορίας τοπικάς, περιήγησιν οἰκουμένης*, et *ἱστορίαν παιδευτικήν* scripsisse, quorum librorum nullus, quantum ex titulis judicari potest, cum argumentis a Diodoro tractatis congruit, prorsus ut hunc Samium ab hac quaestione segregandum ducerem, nisi moram faceret Athenaeus Samium quendam Dionysium *ἐν τοῖς περὶ κύκλου* testem advocans, quae res viris doctis suspicionem praebuit, hunc esse cyclographum, cujus vestigia sequatur Diodorus [h]. Jam dispiciamus, cuinam horum scriptorum maxime conveniat Diodorus. De postremo Schol. Eur. Phoenn. 1110. *Διονύσιος ἐν ἀ τοῦ ὑκλου* [i] *βύρσαν αὐτὸν* (Argum) *ἠμφιέσθαι φησὶ καὶ κύκλῳ τὸ σῶμα ὅλον ὠμματῶσθαι*, hoc est pelle clavata sive ocellata indutum fuisse eoque speciem centoculi praebuisse, quae perfecte congruunt cum pragmatica fabularum interpretatione; neque alius Dionysius esse videtur qui Spartos gentem Boeotiam fuisse statuit Sch. v. 670. Al-

[h] Ad hunc Samium primus animadvertit Weichertus de Apollon. p. 179. deinde Boeckhius ad Schol. Pind. Isthm. III. p. 557. et Panofka Res Samior. p. 94. qui eundem putat intelligi in Schol. Apoll. IV. 177. ubi Mitylenaeus vocatur. Wuellnerus contra de Cyclo epico p. 8. sq. Athenaeum errasse censet, quum pro Milesio nominaret Samium. Hoc vero est optare, non probare.

[i] Nescio an idem liber *Στέφανος* appelletur a Nicephoro Hist. Eccl. X. 36. p. 89. *ἀποχρήσει τοῖς τάχος ἰδεῖν* (mythologiam) *βουλομένοις ὅ τε Ἀριστοτέλους πέπλος, ὁ Διονυσίου στέφανος καὶ ὁ Πολυμνήμων Ῥηγίνου*· ubi Wouwerus Polym. XXIV. 282. *Διονυσίου κύκλος* emendat. Rheginus ille ap. Tzetz. Chil. XVIII. 469. Isigoni sententiam refert de ovibus auricomis, idemque in Schol. Lyc. 177. *τοῦ Πολυίστορος Ἀλεξάνδρου καὶ Ἀπολλοδώρου καὶ Ῥηγίνου τοῦ Πολυμνήμονος καὶ Ἀρτέμωνος τοῦ Περγαμηνοῦ καὶ Κασσάνδρου τοῦ Σαλαμινίου ἱστορικώτεροι καθεστήκαμεν.*

Digitized by Google

terum quod Schol. ad Orest. 988. a Dionysio Cyclographo adnotatum scribit, Euripidem in iis quae de Atrei pecude narrat Alcmaeonidem sequutum esse, a Diodoro IV. 63. non attingitur, neque hic Herculis filios nominat quos ille Schol. Pind. Isth. IV. 104. sed alios. De tertio quod idem Cyclographus de Homeri aetate constituisse dicitur Tzetz. Chil. XII. 184. [ii] hic ipse addit *Διόδωρός τε σύντροχα λέγει Διονυσίῳ*, qui locus Diodori hodie non extat; neque hoc solum impedimento est sed etiam quod Dionysius Olynthius de Homeri aetate disputasse dicitur Tatian. c. 48. Postremo, quo omnis spes emergendi decollet, non solum Samius sed etiam ille quem Apollonii interpretes modo Milesium modo Mitylenaeum vocant, cum Euemero et Diodoro mirabiliter consentiunt: *Διονύσιος ἐν τοῖς Ἀργοναύταις φησὶ Κριὸν γεγονέναι τροφέα Φρίξου* Schol. II. 1444. IV. 119. *Διονύσιος ὁ Μιτυληναῖος ἄνθρωπόν φησι γεγενῆσθαι παιδαγωγὸν τοῦ Φρίξου ὀνόματι Κριόν* IV. 177. quam putidam interpretationem Diodorus iisdem verbis proponit IV. 47. ubi Heynius illius antiquissimi Dionysii vestigia odorabatur. Nec minus Dionysii Milesii narratio de Persei regis Tauricae filiabus, Circae et Medea, convenit cum his quae Diodorus tradit IV. 45. quos quidem nodos neque solvere possum neque scindere volo. Itaque quis ille fuerit, quem Diodorus tradit *τὰ περὶ τὸν Διόνυσον καὶ τὰς Ἀμαζόνας καὶ*

[ii] Hinc supplenda lacuna in Exeg. Hom. p. 150. cf. Procl. Proleg. in Hesiod. p. 6.

Digitized by Google

τὰς Ἀμαζόνας καὶ τοὺς Ἀργοναύτας καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον συντάξαι, pro certo non affirmem, sed illi Hecataei aequali hanc pragmaticam interpretationem abjudico, quae si jam istis increbuisset temporibus, non potuisset Euemero vitio verti [k], quem omnes de diis ea dixisse narrant, quae Diodorus a Dionysio suo dicta refert, et tanquam novae cujusdam haeresis conditorem incusant. Neque hanc nostram sententiam infirmat Porphyrii narratiuncula V. Pyth. XVI. p. 18. Pythagoram Delphis Apollinis monumento elegidarion inscripsisse hac quidem sententia, ut eum Sileni filium diceret, a Pythone interemtum et in tripode conditum, eundemque Pythagoran, quum Cretam venisset, Jovi inferias attulisse et epigramma insculpsisse Ὧδε θανὼν κεῖται Ζάν, ὃν Δία κικλήσκουσι [1], cujus sepulcri quamvis multi meminerint (v. Tzschuck. ad Mel. VIII. Vol. P. II. 808.) tamen nulla est ante Callimachum mentio. Quot viri fortes Herculis nomen sibi induerint, jam Herodoto in mentem venit quaere-

[k] Hujus argumenti vim Heynius quoque obscure sensit de Font. Diod. p. LXVIII. T. I. „Haud diffiteor mihi vix satis probabile visum jam Herodotea aetate de fabulis veterum scriptorem aliquem hac subtilitate uti instituisse. Rerum tamen argumentis et scriptorum auctoritati refragari non licet.

[1] Callide Ptolemaeus Hephaest. p. 58. non Jovem sed Olympum Jovis educatorem ibi sepultum fuisse affirmat, errore hinc nato, quod in elogio monumenti nomen Olympi vetustate deletum, Jovis relictum esset; quod idem accidere potuisset Apollini, si in Hyacinthi epitaphio Τάφος Ὑακίνθου Ἀπόλλωνος, Polyb. Exc. VIII. 741. vox evanuisset intermedia. Cretense sepulcrum τάφος τοῦ Διὸς inscriptum fuisse testatur Schol. Lucian. 278. T. VII. Euemerus simpliciter: Ζὰν Κρόνου Lactant. I. 11. 46. Cedrenus T. I. p. 15. ἐνθάδε κεῖται Πῖκος ὁ καὶ Ζεύς.

Digitized by Google

re; mox eodem modo de diis majoribus disputari coeptum, quot Joves, Apollines, Minervae fuerint; cujus disputationis auctores Cicero III. 21. Theologos nominat, Arnobius Theologos et absconditae vetustatis conditores IV. 14. quo nomine Zoega Bassirel. T. II. p. 102. Alexandrinos Sophistas significari putat; neque admodum antiquos esse ostendit Anterotis nomen; Cicero ipse III. 16. haec ab iis tradi ait, qui interiores scrutantur et reconditiores literas, unde Augustinus de Civ. XVII. 12. quae de Liberi morte affert secretiore historia contineri ait. Servius ad Aen. VIII. 190. quum narrasset Cacum secundum fabulas Vulcani filium perhiberi, postremo addit: Veritas autem secundum philologos et historicos hoc habet, hunc fuisse Euandri nequissimum servum et furem. Clemens similia quae dam Didymi[m] et Aristotelis nescio cujus placita affert Coh. II. 24. Stagiritae discipulus Clearchus Athen. II. 58. F. Helenam suspicatus est ideo ex ovo natam tradi, quod in cubiculo orbiculari educata esset. Eidemque aevo Alexandrino adscribendi videntur Dosiades, Epimenides, Laosthenides et Sosicrates[n], quorum e libris Diodo-

[m] Chalcenteri, puto; is vero ap. Euseb. Chron. I. 17. Syncell. p. 162. Persei res gestas ad historiae similitudinem traducit.

[n] Ejusdem esse videntur, quae de Sphinge Schol. Eur. Phoenn. 45. affert, *Σωκράτης ἐγχωρίαν αὐτὴν φησι χρησμολόγον, δύσγνωστα μαντευομένην.* Apud Schol. Arist. Avv. 521. *Σωκράτης ἐν τῷ δωδεκάτῳ τῶν Κρητικῶν* Fabricius T. II. 403. *Σωσικράτης* scribendum putat; sed nomen idem est. Socrates qui ad Eqq. 959. laudatur, Grammaticus esse videtur. v. Etym. M. s. *Εὐβοΐς.*

Digitized by Google

rus singulorum deorum historiam enarrat, ubi terrarum nati quas res gesserint et quem exitum habuerint. v. Heyn. de Font. LXXV. His fabulatoribus successerunt, qui omissa Creta et Panchaea et Utopia Atlantica deos graecos in reges Assyriorum Medorumque transfigurarent, Thallus [o], Abydenus, Alexander Polyhistor, Cephalio, cujus hunc locum, qui ad res gestas Liberi Patris pertinet, servavit Syncellus p. 167. *Βῆλος ἐβασίλευσε τῶν Ἀσσυρίων καὶ ἀφικνεῖται Περσεὺς ὁ Δανάης εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ· ἔφυγε δὲ Περσεὺς τὸν Διόνυσον τὸν Σεμέλης υἱέα* etc. quae cum ceteris ionice scriptis in Eusebium suum retulit Scaliger praescripto lemmate *ἐκ τῶν Κεφαλαίωνος*. Fuerunt autem duo hujus nominis Historici; unus Gergitho oriundus, quem Strabo XIII. 589. Dionys. Hal. I. 49. et 82. Parthenius Erot. IV. et XXXIV. Festus p. 453. Eusebius in Fragm. a´ Majo edito p. LXV. Stephanus duobus locis et Etym. s. *Καπύη*, de Trojanorum migratione et Aeneae in Italiam adventu scripsisse testantur, idemque liber haud dubie significatur ab Athenaeo IX. 393. D. *ὁ τὰ Κεφαλίωνος ἐπιγραφόμενα συνθεὶς Ἡγησιάναξ ὁ Ἀλεξανδρεύς*. Hic et Eusebius Cephalionem vocat, ceteri Cephalonem, nec facile dijudicari potest librariine erraverint [p] an scriptores ipsi solita sibi licen-

[o] Hic Belum Assyrium cum Saturno et Titanibus contra Jovem pugnasse refert Theophil. ad Autolyc. III. 29. 399. De aetate ejus v. Niebuhr. Comment. Acad. Berol. 1820. p. 57.

[p] Inter utramque formam fluctuant codd. Joseph. XIV. 3. 686. similiterque *Λύσων* et *Λυσίων* Lucian. Toxar. c. 12. et 15. Nomen

Digitized by Google

tia [PP] terminationem nominis pro arbitrio variaverint. Hunc Cephalionem, cui Hegesianax Antiochi M. aequalis librum vel composuisse vel supposuisse dicitur, G. Vossius de Hist. X. 220. merito distinguit a Cephalione seu Cephalaeone rhetore, quem Suidas sub Adriano vixisse, Photius autem LXVIII. 50. breviarium rerum ubique gestarum a Nino usque ad Alexandrum M. novem libris Musarum nomine distinctis conscripsisse refert et ultimo sive Urania res Alexandri exposuisse e triginta scriptori-

Cephalo capitonem seu cillonem significans legitur Polyb. VIII. 14. Diod. XIX. 27. Artemidorus Capito Hippocratis recensuit scripta, a quo diversus Capito Alexandrinus poeta epicus Athen. X. 425. B. Capito Lycius praeter Isaurica metaphrasin Epitomae Livianae ab Eutropio confectae antiquiorem Paeaniana elaboravit v. Kuester ad Suid. s. *Αμύσσειν* et Histoir. liter. de la France T. I. P. II. p. 226. et 230. Hunc Reinesius E. ad Hofmann. II. 8. non inepte Cephalonem vocat, Graecorum morem sequutus, qui nomina Romana in suam linguam convertere solebant, Saturnium *Κρόνιον*, dicentes, Frontonem *Φρόντιν* Lucian. Quom. Hist. scrib. §. 21. 183. T. IV. Maximum *Μεγάλον* Porphyr. V. Plot. p. 10. quemadmodum nostra memoria nonnulli nomina francogallica Rousseau in Rufinum, Fleury in Floridum etc. verterunt.

[PP] Idem homo a Pausania III. 38. 6. Pytheas, a Suida Pythocles vocatur, idem Nicocles et Nicocreon v. Casaub. ad Athen. VIII. c. 9. 349. E. Hermippus et Hermocles Athen. XV. 697. Hermon et Hermonax v. ad Athen. III. 81. F. VI. 267. C. Theopompus et Theopemptus Diog. La. III. 1. 26. Pythodorus et Pythodemus v. Sylburg. ad Dionys. Dinarch. IX. 649. Pitholaus et Pitholeon (Pitholeontis) v. Bentl. ad Hor. Sat. I. 10. 22. Hujus confusionis exempla nonnulla errore describentium invecta esse non infitiabor, sicut passim Philetas et Philemon, Apollonius et Apollodorus confunduntur, sed et scriptores ipsos nominum propriorum terminationes immutasse ostendunt Grammaticorum adnotationes, Agamemnonem eundem Agamedem dici Eustath. p. 289. Alcimedontem Schol. Ven. XXIV. 474. Theogenem Theogitonem Harpocr. p. 142. cujus licentiae fines nosse perdifficile sed ad agnoscendos librariorum errores necessarium est. Multo crebrior syllabae extremae commutatio, Glaucus et Glauco v. Oudend. ad Apul. Plat. c. I. p. 280. Batus et Bato v. Ebert. Diss. Sicul. p. 92. sq. et similium v. Werfer. in Act. Monac. T. II. 526. Visconti Pio Clement. T. III. p. 66. Ast. ad Plat. Phaedr. 319. et ad Vers. German. p. 243. Ptolemaeus Grammaticus cognomine Pindario, Pindarus vocatur in Schol. Dionys. 790. quod Fabricius et

Digitized by Google

bus collectas, ἐν οἷς καὶ ἡ Κεφαλίωνος ἱστορία. Quum autem Cephalio praeter illum Gergithium nullus innotuerit, neque hunc de Alexandro scripsisse constet, Sancrucius Exam. Crit. des anc. Histor. p. 60. Cephalaeonem Photianum historiam Alexandri primo separatim edidisse, post angustius contractam summario inseruisse statuit. Eundem rursus Photius Cephalionem vocat CLXVI. 177. ubi de Sopatri Eologis earumque decimo libro: συνηθροίσθη ἐκ τῆς Κεφαλίωνος Ἐρατοῦς διαλαμβανούσης τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον, quod cum prioribus conciliari poterit, si Alexandri historiam libro octavo coeptam, nono absolutam esse statuamus. Quanquam autem nomen idem, homines tamen diversos fuisse Vossio jure assensi sunt Kuesterus ad Suid. s. v. Heynius ad Aen. II. Exc. II. aliique, relicta eorum sententia, qui quia Suidas Cephalonem sive Cephalionem Gergithium Adriani temporibus vixisse tradit, unum tantummodo hujus nominis scriptorem admittunt, sive Adriani aequalem, ut Pinedo statuit Ind. Auct. p. 759. sive illum antiquiorem, ut Freretius in Mem. Acad. Paris. T. VII. p. 567. et V. 360. Neque huic sententiae obstat, quod Vossius de Philos. c. XIII. defendit, graece scribentes diu ante Caesarum aetatem dialecto ionica uti desiisse; quo argumento ille probare conatur, Aretaeum

Boeckhius ad Pind. Fr. p. 655. corrigendum putant; Ariston et Aristeas v. Rutgers. Varr. Lectt. IV. 18. Ariston et Aristion v. Wyttenbach. ad Plut. S. N. V. p. 57. Aristeas et Aristeus v. Hemsterh. ad Lucian. Dial. Mort. XI. 167.

Digitized by Google

multo, quam vulgo sumitur [q], antiquiorem fuisse. Nam eadem lingua Asinius Quadratus historiam Romanam ab urbe condita usque ad Alexandrum Mammaeae filium composuit [†], cujus libri locum ionice scriptum asservavit Constant. Porphyrog. Admon. XXIII. 77. E. et plures Stephanus sed in communem fere dialectum translatos. Eadem lingua Uranius Arabica scripsit Steph. s. *Ἀβασηνός*, Callimorphus Parthica Lucian. Quom. Hist. §. 16. 179. T. IV. Praxagoras historiam Constantini M. Phot. LXI. 31. et Apollonius Tyanensis *διαθήκας* suas ionicis exaravit literis Philostr. V. A. VI. 35. 314. Illum autem de Perseo et Dionyso locum et quae praeterea Syncellus, Malela et Moses Chosroenus a Cephalione tradita referunt, non Gergithio, ut Sancrucius volebat Exam. p. 59. sed juniori Historiae catholicae auctori adscribenda esse recte judicavit Volney Recherch. nouvell. sur l'hist. anc. T. II. 254. Neque alium legisse videtur Tzetzes Exeg. p. 4. *Κεφαλίων καὶ Παλαίφατος καὶ Δομνῖνος περὶ τῶν ἡρώων καὶ τῶν τεραστίων ῥητορικῶς ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον καὶ οὐ φυσικῶς ἢ μαθηματικῶς ἠλληγόρησαν.* et ad Lyc. p. 26. *ἀλληγορεῖν ἐπιστάμεθα ὑπὲρ Κορνοῦτον καὶ Παλαίφατον και Κεφαλίωνα καὶ Ἡράκλειτον καὶ Δομνῖνον,* qui sine dubio idem est Chronographus a Malela saepius laudatus, Episcopus, ut Bentlejo videtur Opusc. p. 513. Lips. Antio-

[q] Menag. ad Diog. V. 58. Amoenitt. Jur. c. 35. 224. Wiggan. ad Aret. p. 9. P. Petit. Praef. ad Comm. 186.

[†] v. Reines. Ep. ad Hofmann. p. 456. aliosque quos Thorbeckius de Asin. Poll. Vit. p. 119. nominat.

Digitized by Google

chensis. Haec quidem de Cephalione altero, quem Fabricius T. X. p. 701. paucis absolvit. Plures autem hujus sectae auctores ad testimonium citant Apologetae veteres, quibus nihil optabilius accidere poterat, quam quod inter profanos quoque scriptores reperirent causae suae patronos, qui deos ex humano genere in coelum translatos dicerent. Praeter Thallum et ceteros, quos huic subjunximus, saepissime laudant Cornelium Nepotem et Cassium Severum[r] Tertullian. Apolog. c. X. Minuc. Fel. c. XXII. Lactant. I. 13. 8. Complures alios, incertum quo jure, huc congerunt Clemens et Arnobius IV. 29. Possumus omnes istos, quos inducitis et appellatis deos, homines fuisse demonstrare vel Euhemero replicato vel Nicanore Cyprio vel Pellaeo Leonte vel Hippone et Diagora Meliis; quorum nullum certis indiciis coarguere possumus praeter Leontem, de quo Hyginus Astr. II. 20. Leon, qui res Aegyptias conscripsit, ait, quum Liber Aegyptum teneret et omnia primus hominibus ostendisse diceretur, Hammonem quendam ex Africa venisse et pecoris multitudinem ad Liberum ad-

[r] v. Eberhardt Ueber den Zustand der schönen Wissenschaften bey d. Römern p. 159. et doctam Germanici editoris notam. Sereni opinio fuit, Gorgones pulcritudine sua obstupefecisse juvenes Serv. Aen. VI. 289. quae Wernsdorfius in Poet. Min. T. II. 289. e Samonici libro rerum reconditarum sumta putat; et convenit sententia libri elogio. Totam mythologiam hoc modo a Sereno explicatam esse, non dico, neque de ceteris talium interpretationum auctoribus plus contendo, quem testimoniis vinci potest.

Digitized by Google

duxisse — Itaque pro beneficio ei Liber existimatur agrum dedisse etc. quae si cum Tertulliani verbis conferas de Cor. VII. Leonis scripta evolvas, prima Isis repertas spicas capite circumtulit[s], hisque rursus Augustini locum apponas Civ. VIII. 27. de Iside uxore Osiris et de parentibus eorum, qui omnes reges fuisse scribuntur, quibus parentibus suis illa cum sacrificaret invenit hordei segetem, quae et quanta mala non a poetis sed mysticis eorum literis memoriae mandata sint, sicut Leone sacerdote prodente ad Olympiadem scribit Alexander, legant qui volunt; his omnibus eandem sententiam subesse intelliges, eos pro diis habitos esse, a quibus res ad vitae cultum utiles inventae essent. Haec vero inter se et cum Euhemeri ratione ita perspicue congruunt, ut non dubitem scriptorem Aegyptiacorum ab Hygino allegatum eundem esse, qui ab Arnobio Pellaeus vocatur; eumque etiam significari arbitror in Schol. Apoll. IV. 262. *Λέων ἐν πρώτῳ τῶν πρὸς τὴν μητέρα* (hoc est, ni fallor, *πρὸς τὴν Ἀλεξάνδρου μητέρα*) *πάντων ἀρχαιοτάτους Αἰγυπτίους φησὶ καὶ συμφωνεῖ — Νικάνωρ.* quem Nicanorem Arnobius quoque Leoni adjungit. Nihilo tamen secius Jablonskio assentior Panth. Proleg. p. XXX. fictam esse illam Alexandri M. epi-

[s] Clemens Strom. I. 383. *Λέων ὁ τὰ περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον θεῶν πραγματευσάμενος τὴν Ἶσιν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων Δήμητρα καλεῖσθαί φησι.*

Digitized by Google

stolam, in qua ad matrem scribit sibi a Leone quodam antistite sacrorum Aegyptiorum metu suae potestatis proditum esse, qui dii vulgo haberentur, eos homines fuisse; ipsosque hujus epistolae fictores Leonis Pellaei, qui librum suum Olympiadi inscripsisse videtur, nomine ad fingendum Leonem Hierophantam Aegyptium abusos arbitror[t].

His igitur Pragmaticorum disputatiunculis condocefacti Apologetae Dionysi res gestas tradunt, quales ab illis acceperunt, nullo suo additamento. Nam ne de simulacro quidem gypseo ad colendum publice proposito et ortis hinc gentium superstitionibus mentiri quidquam sed veterum vestigia sequi videntur. Hi enim quaerentes unde deorum solemnia coeperint, in hanc cogitationem inciderunt, aegritudinis et moeroris ex obitu affinium amicorumque suscepti hoc a superstitibus solatium adhibitum esse, ut defunctos divinis honoribus consecrarent, eorumque simulacra tum sibi tum aliis veneranda proponerent. Sap. Salom. XIV. 14. *πένθει τρυχώμενος πατὴρ τοῦ ταχέως ἀφαιρεθέντος τέκνου εἰκόνα ποιήσας τὸν ἄνθρωπον ὡς θεὸν ἐτίμσε καὶ παρέδωκε τοῖς*

[t] Praeter eos, quos Fabricius T. III. 27. et Freinshemius Prolegg. in Curt. c. IV. nominant, Pollux bis epistolarum Alexandri ad matrem meminit VI. 87. VII. 28. Fictae sine dubio illae fuerunt, quas Josephus pro causa Judaeorum contra Apionem affert II. 4. 471. et fortasse plures, sed certe illa de Leone, quam Villoisonus De tripl. Theol. p. 19. temere Alexandro Polyhistori tribuit. Nec recte Worthius et hunc sequutus Heynius de Font. Diod. p. XXX. illum commenticium Leontem cum scriptore Macedonico confundunt, qui illo tempore sacris Aegyptiacis praeesse non potuit.

Digitized by Google

ὑποχειρίοις μυστήρια καὶ τελετάς [a]. Diophantus ap. Fulgent. Myth. I. c. 1. affirmat deorum colendorum morem susceptum esse ab iis, qui modum in lugendo transgressi, ut defunctorum amicorum memoriam pie inviolateque servarent, eos divinis cumulassent honoribus deosque appellassent; quod ab hominum consuetudine [b] traductum est primum ad heroes [c], hinc ad deos, et a scriptoribus Christianis inter principales idololatriae causas refertur. Isidorus Origg. L. VIII. p. 192. fuerunt etiam quidam viri fortes aut urbium conditores, quibus mortuis homines, qui eos dilexerunt simulacra finxerunt imaginum ut haberent aliquod solatium ex consolatione. cf. Suid. s. Σερούχ, Wouw. ad Minuc. Oct. c. 20. Girald. de Sepulcr. p. 690.

EPIMETRUM IX.

ad C. V. §. 37. not. nn.

Varro L. L. VI. 84. Bip. Praeterea si quid medium, id est umbilicus, ut pila

[a] cf. Eichhorn. Einleit. in d. Apocr. d. A. T. p. 160.

[b] Apulej. Met. VIII. 239. Chariclen narrat imaginem beati mariti formatam ad habitum Liberi Patris divinis percoluisse honoribus. Plura consecrationis hujus domesticae exempla collegerunt Venuti in Dissert. Acad. Cort. T. II. p. 221. et Zoega de Obelisc. p. 368.

[c] Laodamia simulacrum Protesilai in thalamo repositum sub simulatione sacrorum colere coepit Hygin. F. CIV. Minerva sororis Palladis per imprudentiam occisae signum apud Jovem consecrat Apol-

Digitized by Google

terrae; non Delphi medium; et terrae medium non hoc sed quod vocant Delphis in aede ad latus est quiddam ut thesauri specie, quod Graeci vocant ὀμφαλόν, quem Pythonos ajunt tumulum. Maximam difficultatem objiciunt verba ad latus quae codd. Florentini tuentur, duo alii allatus, Edd. adlatum, allatum, ablatum, et nonnulli adjicunt foramen, unde Scaliger foramen alatum est quoddam tensarii specie, quod amplectitur Holstenius ad Steph. Byz. p. 236. b. eoque ὀμφαλὸν τεταινιωμένον Strab. IX. 505. significari putat [a]. Multo audacius Checozius in Dissert. Cort. T. IV. 208. locum interpolat: ad latus est quoddam vetustae artis operculum. Primum thensarium [b] sive potius tensarium [c] ab hoc loco alienum; verum est sine dubio thesauri specie. Minyae thesaurum tali forma esse scribit Pausanias IX. 38. σχῆμα περιφερές ἐστιν αὐτῷ, κορυφὴ δὲ οὐκ ἐς ἄγαν ὀξὺ ἀνηγμένη· τὸν δὲ ἀνωτάτω τῶν λίθων φασὶν ἁρμονίαν παντὶ εἶναι τῷ οἰκοδομήματι. Haec tholi

lod. III. 2. Domesticorum signorum primum indicium praebent κολοσσοὶ εὔμορφοι Aesch. Agam. 406. quibus absentium dolorem leniri poeta negat.

[a] Huc etiam Schol. Lucian. de Saltat. c. 89. 147. advocari poterat: λέγουσιν ἐν Δελφοῖς ὀμφαλὸν εἶναι ἐπὶ τοῦ ἐδάφους τοῦ νεώ. περὶ αὐτὸν αἰετὸν γεγράφθαι ἀπὸ συνθέσεως λίθων, qui opus tessellatum in mente habuisse videtur.

[b] Hac scriptura thesauri et thensari omnibus literis convenire docent Grammatici, literam N. ante S. modo addi modo demi testantes. v. Burmann. ad Anthol. IV. Ep. 241. Hagenbuch. Epist. Epigraph. p. 593. Marini Monum. de frat. Arv. T. II. 590.

[c] v. Scheffer De re vehic. II. 24. 305.

Digitized by Google

conclusura qua convexitas velut cardine incumbit, umbilicus dicitur. Aristoteles de Mund. VI. 20. οἱ ὀμφαλοὶ οἱ λεγόμενοι οἱ ἐν ταῖς ψαλίσι λίθοι οἱ μέσοι κείμενοι κατὰ τὴν εἰς ἑκάτερον μέρος ἔνδοσιν ἐν ἁρμονίᾳ διατηροῦσι τὸ σχῆμα τῆς ψαλίδος καὶ ἀκίνητον. Athenaeus XI. 502. E. phialas βαλανειομφάλους dici ait ὅτι οἱ ὀμφαλοὶ αὐτῶν καὶ τῶν βαλανείων οἱ θόλοι ὅμοιοί εἰσιν[d]. Hinc potius in Varronis loco, si optio esset, arquatum quiddam praeferrem. Sed umbilicum illum tholo thesauri subterranei superpositum fuisse mihi veri simillimum videtur.

EPIMETRUM X.

ad C. V. §. 37. not. o.

De oraculis Neroni redditis, quibus exasperatus locum sacrum injectu cadaverum funestari jussit, rumorem quendam percrebuisse apparet e Dione Cass. LXIII. 14. et Ammian. Marc. XXII. 12. nec defuerunt qui versus ipsos, quibus Pythia tyrannum devovit, in medium afferrent. Sopater

[d] Ὥςπερ ἐν ταῖς ὑπάντροις οἰκοδομαῖς ἢ ἐν τοῖς τῶν λουτρῶν ὀρόφοις ὁ τὸ πᾶν τῆς οἰκοδομῆς συνέχων εἰς ὑπάρχει λίθος κορυφαῖος ἐγκεκροτημένος τῇ θόλῳ, σφῆνα προσαγορεύουσιν οἱ οἰκοδόμοι Caesarius Dial. III. 652. C. Bibl. Bign. T. XI. p. 94. T. VI. Gall. Ut medium si quis vellat de fornice saxum, incumbunt cui cuncta, simul devexa sequuntur Auson. Eclogar. v. 15. Clypeum balneorum vocant architecti v. Schneider ad Vitruv. VI. 8. 4. p. 494. T. II. 374.

Digitized by Google

Ms. apud Boissonadium ad Marin. p. 64. *λέγεται ὅτι εἰσελθόντος εἰς Δελφοὺς εὐτελοῦς τινος καὶ λαβόντος χρησμὸν Νέρωνι οὐκ ἔλαβεν — εἶτα ἤρετο ἀνθ' ὅτου; ἡ δὲ Πυθία ἀπεκρίθη*

Εὖαδέ μοι χθιζὸς λίβανος κλυτοῦ ἑρμηνῆος.

Paulo emendatiorem hunc versum exhibet Hierocles in Carm. Aur. p. 26. *πρὸς τὸν ἑκατόμβας θύσαντα μὴ μετ' εὐσεβοῦς γνώμης πυνθανόμενον — ἀποκρίνεται ὁ Θεός*

Ἀλλά μοι εὖαδε χόνδρος ἀγακλύτου Ἑρμιονῆος.

quorum postremum illico recipiendum esse unus quisque intelligit. Sed praeterea pro *κλυτοῦ* in quibusdam exemplaribus *Λύκου* scriptum fuisse docet Ptolemaeus Hephaest. III. p. 62. Teuch. *ἐπὶ θεοσεβείᾳ πάντων διενέγκειν οἱ μὲν Ἀντίγονον τὸν Ἐφέσιον, οἱ δὲ Λύκιον τον Ἑρμιονῆα, οὗ καὶ Θεόφραστος ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς μνημονεύει,* ubi certe *Λύκον* substituendum. Ex utroque vero testimonio, Ptolemaei inquam et Hieroclis, manifestum fit non solum scripturam variasse sed ipsum etiam oraculum, antequam ad Neronem transferretur, diu multumque in Graecia esse jactatum. Hierocles ipse paullo ante p. 24. hunc affert divini poetae versum

Εὐσεβέσιν δὲ βροτοῖς γάνυμαι τόσον, ὅσσον Ὀλύμπῳ

quem quum pateat ex eodem oraculo decerptum esse, certis vestigiis ad totius fere carminis deducimur relatorem Julianum. Is enim in Fragm. Or. p. 299. (547.) *οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος οὗτος ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ, διὰ πολλῶν μὲν εἰρημένος λόγων, ἐμοὶ*

Digitized by Google

δὲ ἀπόχρη καὶ ἕνα παραθεμένῳ δύο δι' ἑνὸς παραστῆσαι, πῶς μὲν ὁρῶσιν οἱ θεοὶ πάντα, πῶς δὲ ἐπὶ τοῖς εὐσεβέσιν εὐφραίνονται

Πάντῃ φοιβείη τέταται τανυσίπτερος ἀκτίς,
καί τε διὰ στερεῶν χωρεῖ θοὸν ὄμμα πετράων
καὶ διὰ κυανέης ἁλὸς ἔρχεται· οὐδὲ λέληθε
πληθὺς ἀστερόεσσα παλινδίνητος ἰοῦσα
οὐρανὸν εἰς ἀκάμαντα σοφῆς κατὰ θεσμὸν ἀνάγκης,
οὐδ' ὅσα νερτερίων ὑπεδέξατο φῦλα καμόντων
τάρταρος ἀχλυόεσσαν ὑπὲρ ζόφον ἀΐδος εἴσω
εὐσεβέσιν δὲ βροτοῖς γάννυμαι τόσον, ὅσσον Ὀλύμπῳ.

Postremus versus adjunctus ei qui Lycum Hermionensem celebrat, vel certe sententia dei Philoni innotuisse videtur, qui De vict. offerr. p. 849. E. haec scribit: θεὸς χαίρει φιλοθέοις γνώμαις καὶ ἀνδράσιν ἀσκηταῖς ὁσιότητος παρ' ὧν ψαιστὰ καὶ κριθὰς καὶ τὰ εὐτελέστατα ὡς τιμιώτατα πρὸ τῶν πολυτελεστάτων ἄσμενος δέχεται[a]. De Lyco ipso praeter dicta nihil afferre possum. Theopompus ap. Porphyr. Abst. II. 16. 127. Magnesii cujusdam piam modestiam dei Pythii judicio comprobatam atque splendidis Clearchi Arcadis sacrificiis antepositam esse tradit: θύειν γὰρ αὐτὸν ἐν τοῖς προσήκουσι χρόνοις κατὰ μῆνα ἕκαστον ταῖς νουμηνίαις στεφανοῦντα καὶ φαιδρύνοντα τὸν Ἑρμῆν καὶ τὴν Ἑκάτην καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἱερῶν, ἃ δὴ τοὺς προγόνους καταλιπεῖν[b], cujus popularis Aglaus

[a] Porphyr. Abst. I. 15. τοῦ Θετταλοῦ ἐκείνου τοὺς χρυσόκερως βοῦς καὶ τὰς ἑκατόμβας τῷ Πυθίῳ προσαγαγόντος μᾶλλον ἔφησεν ἡ Πυθία τὸν Ἑρμιονέα κεχαρίσθαι θύσαντα τῶν ψαιστῶν ἐκ τοῦ πηριδίου.

[b] Hinc patet domesticum Mercurii inferni Hecataeque cultum ad religionem deorum cujusque patriorum pertinuisse, nec dubium

Digitized by Google

Psophidius consimili Apollinis testimonio ornatus est; sciscitanti enim Gygae, num aliquis mortalium se esset felicior, deus hunc Arcadum pauperrimum praetulit[c]. Postremo Synesius de Insomn. p. 135. C. ex *ἱεροῖς λογίοις* hoc affert eadem sententia

Οὐ θυσιῶν σπλάγχνων τ' ὄθομαι, τάδ' ἀθύρματα πάντα

quod saepius inculcant philosophi, Porphyrius Ep. ad Marcell. 23. p. 41. Seneca de Benef. I. 6. 21. et alii.

EPIMETRUM XI.

ad C. VIII. §. 3. not. f.

Sententiam nostram de Cotyttiis et Baptis ante multos annos in Diss. II. de Morte Bacchi

mihi, quin utriusque dei statuae antiquitus nihil aliud quam cippi sepulcrales fuerint monumentis majorum impositi artificio rudi nulloque inter se discrimine nisi quod, qui virorum imponerentur sepulcris, phallo distinguerentur, qui mulierum, femineae formae quandam gererent similitudinem. In Theophrast. Char. XVI. Hermaphroditi dici videntur majorum utriusque sexus effigies cubiculares sub specie Hermarum biformium consecratae; nam dei Hermaphroditi, quem Schneiderus ad Aristot. Polit. p. 509. et Heinrichius De Hermaphr. p. 8. significari putant, tot fuisse in una privata domo signa, ut iis exornandis *δλη ἡμέρα* a superstitioso illo impendi potuerit, vix credi potest. In Alciphr. III. 37. *εἰρεσιώνην πλέξασα ἦειν εἰς Ἑρμαφροδίτου, τῷ Ἀλωπεκῆθεν ταύτην ἀναθήσουσα*, mihi parum exploratum videtur Hermaphroditum dei potius quam hominis esse nomen. Quid enim causae habebat mulier vidua et, ut ipsa profitetur, a secundis votis toto animo abhorrens, cur divo Hermaphrodito supplicatum iret? cur maritum suum non Phaedriam nominat sed *τὸν Ἀλωπεκῆθεν*, quasi Alopecensium unicum?

[c] Valer. Max. VII. 1. 2. cf. Facium ad Paus. VIII. 24. Hinc Grauertus de Aesop. p. 62. natum putat illud quod de Croesi et Solonis colloquio narratur aut certe utrumque perinde fabulosum esse; quorum posterius verius duco. Ex illa narratione confinxit aliquis in-

Digitized by Google

propositam Meinekius in Quaest. Scenn. Spec. I. 44. ita interpretatus est, ut vetere pro me uti cogar proverbio, quo suorum quisque verborum optimus perhibetur interpres. Nos ita scripsimus. „Multorum fama celebratum est Eupolin ab Alci„biade navigante in Siciliam dejectum esse in „mare. Schol. Juven. II. 92. Baptae molles[1] „quo titulo Eupolis comoediam scripsit, „ob quam ab Alcibiade, quem praeci„pue perstrinxerat, necatus est; id quod „Platonius quoque testatur; quanquam propter id „quod (de Eupolidis obitu) a gravissimis auctori„bus traditur[2] in eo supplicio timoris plus quam „periculi fuisse existimo. Illud certe tenebimus, „Alcibiadem Baptarum in collegium cooptatum „fuisse, eumque injuriam sibi allatam sic repu„lisse, ut poetam, quod Baptis exprobrasset, sub-

scriptionem Murator. DCLXX. 5. Aglao Psophidio homini honesto — hic nemini maledixit, primitias libavit annuo contentus alimento etc.

[1] „Graeci μαλθακούς vocant τοὺς ἡταιρηκότας Poll. VI. 126. „μαλακοὶ καὶ ἀρσενοκοῖται Ep. I. ad Cor. VI. 9. v. Kypke Observ. „T. II. p. 202. In eodem argumento haud dubie fuit Cratini fabula „Μαλθακοί inscripta v. Fabr. Bibl. II. 450. Nonius de Serm. pr. 37. „maltas veteres molles appellari voluerunt, quasi „μαλθακούς. Lucil. *insanum vocant quem maltam ac „feminam vident.* Μαλακία hoc significatu est ap. Thom. M. „p. 149. Sed Antiphanis Μαλθάκη mulieris nomen proprium fuit v. „Lucian. Rhet. Praecc. XII. 232. T. VII." Photius: Σφίγκτας (spintrias) Κρατῖνος τοὺς κιναιδώδεις καὶ μαλθακούς. In eundem intellectum feruntur nomina μαλθῶν et Malthinus v. Schol. Cruq. ad Horat. Serm. I. 2. 25. (Malchio nomen proprium est Anthol. Lat. L. IV. 165.) Martial. II. 84. mollis erat facilisque viris Poeantius heros. Phaeder IV. Fab. XV. 1. tribades et molles viri. Coelii Aureliani locum IV. molles sive subactos Graeci malthas vocant, jam Barthius attulit Advers. L. XLIII. c. 21. p. 1968.

[2] Locos a me consulto praetermissos indicant Meinekius l. c. et Lucas in Diss. de Cratino et Eupolide.

Digitized by Google

„ire cogeret ipsum[3]. Intelligatur igitur, Baptas „non ideo vocatos esse Cotyos sacricolas, quod „aquam inceste sumerent, ut visum est Casaubo„no, multo minus, quod *βαπτά* gestarent, quae „Gesneri fuit opinio ad Lucian. adv. Indoct. c. „XXVII. 379. T. VIII. sed a lotionibus (lava„tionibus) sacris, quibus pietas initium, libido „incrementa dedit.“ Meinekius vero allatis denuo Juvenalis et Platonii locis, quibus Scholiastam Aristidis nuper editum[4] adjungit, „Haec, „inquit, qui inter se contulerit, intelliget profecto, „Eupolin hac in fabula Alcibiadem ejusque socios „ita in scenam produxisse, ut nocturnis conviviis „Cotyttiorum sacrorum turpitudinem imitarentur „et accedente noctis licentia nihil flagitii praeter„mitterent. Cum his si Hesychii locum conjunxe„ris, in quo diserte Eupolin odio erga Corinthios „permotum Cotytto deam in scena exhibuisse te„statur: *Κοτυττώ· ὁ μὲν Εὔπολις κατ' ἔχθος τὸ „πρὸς Κορινθίους φορτικόν τινα δαίμονα διατίθε„ται,* haud levis oboritur suspicio, Eupolidi prae„ter Alcibiadis irrisionem etiam hoc fuisse pro„positum, ut flagitiosam Corinthiorum, apud quos „summa fuit Cotyttiorum sanctimonia[5], libidi„nem taxaret, eoque ipso Cotyttia sacra in con„temtum adduceret et, ne Athenis reciperentur,

[3] Similiter castigatos esse constat qui in certaminibus ad aram Lugdunensem institutis cecidissent, et medio aevo lenones et meretrices accabussari solebant v. Du Cang. Gloss. T. I. p. 31.

[4] p. 162. ed. Frommel.

[5] Hoc plus est, quam Hesychius significat, ex quo tantummodo hoc colligi potest, Corinthi non paucos neque clanculum sed quasi in oculis totius civitatis deae Cincinnae litasse.

Digitized by Google

„caveret [6]. Prorsus enim assentior Buttmanno, „nulla dum Eupolidis aetate Cotyttia ab Atheniensibus recepta fuisse statuenti. Sequitur, ut quibus causis permotus Eupolis fabulam suam Baptarum nomine inscripserit, doceamus. Gesnerus ad Lucian. Baptas solenne Cotyttus sacerdotum nomen fuisse, in quo acquiescebat olim Lobeckius de M. B. ipsum Alcibiadem isti Baptarum collegio adscriptum fuisse existimans. At „Baptarum nomen quum ex nullo scriptore nisi „ex Eupolideae fabulae elogio cognitum habeamus, certum quoddam et peculiare Baptarum „collegium fuisse probari non potest, id quod „monente Struvio Observ. Fasc. XIII. 15. eam „quoque ob causam non probabile est, quod Cotttyttia a solis feminis peragebantur, neque igitur „a viris sacerdotibus administrari potuerunt. Quanquam id e Papiae annotatione ap. Burmannum „Anth. T. I. 433. colligi vix potest, quam e Schol. „Juven. ipsisque Juvenalis versibus imperite compilatam esse, recte monuit Buttmannus.“ Postremo Eupolin rem ita instituisse existimat, ut quosdam quasi antistites Cotyttiorum fingeret, qui inter varias cerimonias etiam sacris uterentur lotionibus, iisque ipsum Alcibiadem lustrarent et peracta initiorum cerimonia omni nequitiae genere se inquinarent. De hoc igitur erit mihi cum viro praestantissimo perparva contentio.

[6] Haec jam non conjectura est sed divinatio, vera fortasse sed, ut breviter dicam, indemonstrabilis.

Digitized by Google

Sententiae ab eo propositae duo sunt quasi capita, quorum unum utique novum non est, alterum vereor ut probari possit. Cultores Cotyttus Baptas vocatos esse ab immersionibus et baptismis, a principio religionis causa institutis, dehinc in ludibrium versis, nostra erat opinio, de qua ille nihil immutat, nisi quod nomen istud non in vulgus notum sed ab Eupolide comice fictum putat, hac una ratione, quod demonstrari nequeat, fictum non esse. Sane hercule, si quis argumenta requirit, quae geometricam quandam *πειθανάγκην* afferant, fateor nulla esse, sed probabilia sequenti ficto simile non videtur, quippe a solemni muneris sacri functione ductum et a turpi intellectu aeque remotum atque est Baptistae nomen in nostra Ecclesia. In Inscriptione Aricina est Dianae Augustae Collegum Lotorum [7] incertum quo munere functum, sed certo argumento vocabula ejusmodi ne minimam quidem ludicrae fictionis suspicionem praebere. Illius Lombardi magistri sententiam ipse et com-

[7] Fabretti Inscr. p. 210. Falconerius ad Inscr. Athlet. in Thes. Gronov. T. VIII. p. 2304. dubitat utrum illi advenis, quum religionis aut morbi depellendi causa in lacu sacro lavarentur, praefuerint ac rei sacrae peragendae ritum menstraverint, an simulacrum Dianae certis diebus in subjecto lacu abluerint; quibus conferri potest Etym. M. 294. 25. *καταν[ί]πτης ἱερωσύνη Ἀθήνησι, ὁ τὰ κάτω τοῦ πέπλου τῆς Ἀθηνᾶς ὑπαινόμενα ἀποπλύνων* (notiores sunt *πλυντρίδες* et *λουτρίδες*) et *οἱ πλυνεῖς* in inscriptione Attica, quos certe Paciaudius Monum. Pelopp. T. II. p. 217. cum collegio lotorum Aricino comparat. Huic simile collegium memorari videtur in Inscriptione Cyzicena ap. Caylum Rec. T. II. Pl. 59. *αἱ συντελοῦσαι τοὺς κόσμους παρὰ τῇ Μητρὶ τῇ Πλακιήνῃ καὶ ἱεροποιαι προσαγορευόμεναι θαλάσσιαι καὶ συνοῦσαι μετ' αὐτῶν ἱέρειαι.* Thrasymedes Pisistrati filiam rapuit *ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ θυσίαν τελοῦσαν* Polyaen. V. 14. *τὰς γυναῖκας τὰς Ταναγραίας πρώτας Διονύσου τὰ ὄργια μυηθείσας ἐπὶ θάλασσαν καταβῆναι καθαρσίων εἵνεκα* Paus. IX. 20. 4.

Digitized by Google

memoravi et rejeci[8] auctore Juvenale, qui cinaedorum romanorum propudia hoc quasi epiphonemate prosequitur:

> Talia secreta coluerunt orgia taeda
> Cecropiam soliti Baptae lassare Cotytto[9].

quo quum clarissime pateat et Papiam errasse, et, qui hunc sequitur, Struvium, miror, quì pro argumento afferri possit, quod pro falso rejectum est. Sed hoc ipsum quod vir doctus fieri posse negat, viri ut praefuerint muliebribus sacris, factum esse defendo auctore Statio Achil. L. I. 592. In Scyro quum

> piae revocant trieterica matres,
> lex procul ire mares, iterat praecepta verendus
> ductor, inaccessumque viris indicitur antrum.

et Manethone IV. 63.

> *Τούτοις θηλειῶν πιστεύεται ὄργια κρυπτά,*
> *οὗτοι προστήσονται ἐν ὀργιάδεσσιν ἑορταῖς,*
> *ἔνθα φυγαρσενίης μυστήρια τεύχετ' ἄπυστα*[10].

quo pertinent alterius sexus Cotyttia, ab Horatio haud impune derisa, nota Bonae secreta

[8] His verbis. „Quod Papias et huic obsequutus J. Scaliger „viros a sacris Cotyttiis prohibitos fuisse pertendunt v. Burmann. ad „Anth. T. I. 433. verum esse non potest."

[9] Non precibus, ut Buttmannus putat, neque cymbalorum strepitu, ut Meinekius, dea lassata est, sed fastidio foedissimarum libidinum, quibus et dicat cute perditus Ohe! Est ubi Priapus de hominum ad se commeantium inexplebili libidine queratur, nec in Baptas quidquam gravius dici potuit, quam eos deae ipsi satietatem et taedium afferre.

[10] Ille *Βοναδίης ἱερεύς* in Inscr. ap. Al. Odericum Dissert. et Adnot. p. 177. Marini Iscr. Alb. N. CLXVI. fortasse *Εἰνοδίης* fuit. Bonam Deam *Βοναδίην* dici aeque ineptum ac si quis Liberum Patrem graece *Λιβερπάτορα* dicere auderet. In Diod. XXXVI. p. 153. *Σαλούιον δοκοῦντα τῆς ἱεροσκοπίης ἔμπειρον εἶναι καὶ γυναικείαις*

Digitized by Google

deae Juven. VI. 314. De ceteris facile me purgabo. Certum et peculiare fuisse Baptarum collegium neque Gesnerus affirmavit neque ego assensus sum, sed simpliciter Baptarum collegium dixi, eodem fere intellectu, quo Ausonius parasitorum collegia, Horatius collegia Ambubajarum [11]. Deinde eos nullo loco sacerdotes vocavi, ut Guietus ad Lucian. l. c. et Gesnerus in Lat. Ling. Thes. s. Baptae, sed sacricolas, quo nomine quilibet sacrorum cultores appellari solent [12], eoque sodalicium quoddam, non publicum sacerdotum collegium a me significari, hoc minus ambiguum esse poterat, quod tota illa disputatio de sacris privatis erat. Sed his omissis ad rem ipsam ve-

θέαις αὐλομανοῦντα, ubi Scaliger αὐλοῦντα emendat, nescio an θυσίαις προσαυλοῦντα praestet ut Plutarch. Symp. II. 1. 5. Sed Welckerus Syll. Epigr. p. 299. hanc emendationem necessariam esse negat, quamvis muliebris dea singulari fere numero usurpatur. De deabus Diodorus omnino non loquitur; hoc quaeritur num θέαις αὐλεῖν pro προσαυλεῖν graece dici possit et quaenam sint γυναικεῖαι θέαι. In Plutarch. Alex. XXXV. p. 304. ῥεύματα πυριμανοῦντα in πυρούμενα mutandum (si radii solis ignoscant.)

[11] v. Pricaeus ad Apulej. Apol. p. 481. Similiter nomina φρατρία et συμμορία transferuntur a collegiis publicis ad privata; φρατρία λησταῖν Liban. Decl. T. IV. p. 645. ἐκ τῆς τῶν πολυπραγμόνων φρατρίας Plutarch. de Curios. XV. 147. σκληραγωγουμένων φρατρίαι Chrysost. c. Gentil. et Ind. I. c. 9. 571. B. T. II. φρατρία τῶν ἀντιδόξων Nicet. Ann. II. 41. D. ὅσοι τῆς φιλοσόφου φατρίας Theophil. Expos. Rhet. c. 37. p. 715. in Fabr. Bibl. T. XIII. συνωμοσίας καὶ φατρίας Niceph. Greg. Hist. L. IX. 248. et Anna Comn. V. 130. B. unde Zonaras p. 1796. φατρία κακοθελὲς διαβούλιον. Similiter συμμορία κολάκων Liban. Ep. 84. p. 46. ποιησώμεθα φρατρίας καὶ συμμορίας καὶ ὅπερ ἐπὶ συμποσίων οἱ πένητες ποιοῦσιν, ἐπειδὰν αὐτὸς ἕκαστος ἑστιάτωρ ὁλόκληρος γενέσθαι μὴ δύνηται, συνελθόντες ἅπαντες ἐξ ἐράνου τὴν εὐωχίαν εἰσφέρουσι Chrysost. ad Antioch. Hom. XI. 122. B. T. II. cf. Coray. ad Isocr. p. 324. Vales. ad Theodor. Hist. Eccl. I. 1. p. 162. b. Denique Cicero Sext. c. 17. Clodium stuprorum sacerdotem dixit.

[12] v. Vales. ad. Ammian. Marc. XX. 14. 3.

Digitized by Google

niam. Summa quaestionis haec est, Cotyttusne sacra qualiacunque Athenis privatim recepta fuerint an non fuerint, quo explicato quaerendum erit, utrum credibilius videatur, crimina ista Eupolidis a maledico poeta temere composita an communi sermone circumlata et ex moribus eorum, qui arguuntur, conjecta esse.

Primum Cotytto eandem Cotyn dictam esse demonstrat Suidas: *Κότυς δαίμων παρὰ Κορινθίοις τιμώμενος, ἔφορος τῶν αἰσχρῶν* et Scholion ab Hoeschelio editum ad Annae Alex. p. 58. 3. *ἡ Κοτυττώ, ἥτις καὶ Κότυς, καὶ οἱ Κονίσαλοι θεοὶ ἦσαν τῶν αἰσχρῶν ἔφοροι.* Cotyos autem orgia in summis Edonorum jugis, fanatico deae monticolae ritu cum cymbalorum et tympanorum strepitu clangore tubarum celebrata esse, Aeschyli testantur versus, quos Strabo affert X. 479. *εἰπὼν γὰρ Σεμνὰ Κότυς ἐν Ἠδωνοῖς οὔρεϊ ὄργι' ἔχουσ'* — sive quo alio modo ista scribenda sunt — *τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον εὐθέως ἐπιφέρει Ὁ μὲν ἐν χερσὶν βόμβυκας ἔχων πίμπλησι μέλος, μανίας ἐπαγωγὸν ὁμοκλὰν, ὁ δὲ χαλκοδέτοις κοτύλαις ὀτοβεῖ* et cetera quibus deae Thraciae pompa et comitatus bacchicus informatur [13]. Haec solemnia Strabo directe *Κοτύττια* vocat Phrygiisque deae Matris et Sabazii sacris comparat: *ταῦτα ἔοικε τοῖς Φρυγίοις καὶ οὐκ ἀπεικός γε ὥσπερ αὐτοὶ οἱ Φρύγες Θρᾳκῶν ἄποικοί εἰσιν, οὕτω καὶ τὰ ἱερὰ ἐκεῖθεν μετενηνέ-*

[13] Caput Cotyttus in numo Tylis urbis Thraciae expressum putat Liebe Gotha numm. p. 202.

Digitized by Google

χθαι, et paucis interjectis: Ἀθηναῖοι δὲ πολλὰ τῶν ξενικῶν ἱερῶν παραδέξαντο, ὥστε καὶ ἐκωμῳδήθησαν, καὶ δὴ καὶ τὰ Θρᾴκια καὶ τὰ Φρύγια. Quo accedit veteris Grammatici testimonium in Anecd. Bekk. p. 246. Εὐθύφαλλοι εἶδος ᾠδῆς ὀρχουμένης· ἔστι δὲ αἶδοῖον καὶ τελετή τις περὶ τὸν Διόνισον καὶ τὴ Κωκυτοῖ (sic) ἀγομένη. Quum vero constet Cybelae sacra ab Atheniensibus et publico consilio et privato consensu ascita esse, et haec ipsa Strabo a Thracia translata dicat, quis tam morosus erit, ut Cotyttia, quae ab illis nomine discrepant, re eadem sunt, in Atticorum sacrorum recensu ne verbo quidem memorari patiatur? Jam vero Eupolideae fabulae scenam et actores recognoscere libet. Scholiastes Juvenalis Baptas molles interpretatur, hoc est, pathicos. Ex hoc vero hominum genere constat Cybelen satellites suos legisse. Synesius Enc. Calv. p. 86. B. τοὺς ἐν τοῖς Κυβελείοις τούτους τοὺς κατεαγότας [14]. Schol. Aristoph. Avv. 876. Κυβέλην Λίδυμος μητέρα Κλεοκρίτου, ὅτι ὡς γυναικίας καὶ κίναιδος κωμῳδεῖται· ἐν δὲ τοῖς μυστηρίοις τῆς Ῥέας μαλακοὶ πάρεισι. Hoc idem confirmant Sabaziorum epiphthegmata mystica εὐοῖ et σαβοῖ,

[14] Idem significare videtur nomen σαβακός, unde σαβακαὶ σαλμακίδες in Philodemi Epigr. XXXI. 91. T. II. et fortasse Σαβακῶν Cassii cognomen Plut. V. Mar. c. V. simile ei quod Demostheni adhaesit. Schol. Lessing. p. 194. Εὔπολις τ *** κτον (τὸν πρωκτὸν) βάταλον λέγει· μήποτε οὖν ἔνθεν τοὺς κιναίδους βατάλους καλοῦσι Anacharsin Clemens Protr. p. 20. διδάσκαλον τῆς θηλείας νόσου vocat ob hoc solum, quod apud Herodotum legerat eum Cybelae sacra suscepisse; sed θηλεία νόσος est παιδεραστία s. κιναιδία. Philo de Legg. Specc. II. 782. de Abrah. p. 369. B. cf. Jac. Tollium Fortuit. c. 31. p. 321.

Digitized by Google

quorum exemplum ex Eupolidis fabula depromsit Joh. Alexandrinus [15] tum rhombi mentio in eodem dramate injecta v. Barker. ad Etym. M. p. 1123. sive illud organi musici nomen fuit, sive turbinis magici; postremo versus illi ap. Athen. IV. 192. ὡς καλῶς μὲν τυμπανίζει καὶ διαψάλλει τριγώνοις, quibus exoleti symphoniaci instrumenta indicari videntur, cymbala cum crotalis, pruriginis arma, quae crotalistria romana Priapo consecrat Anthol. V. Ep. 27. iisdem fere verbis, quibus in Phalaeci Epigr. III. Anall. T. I. p. 421. Baccha emerita deo suo rhombum cum crepitaculo et tympano dedicat. Suetonius Octav. c. 68. affert versum in scena pronunciatum de Gallo matris deûm Viden ut cinaedus orbem digito temperat, i. e. tympanum, βυρσότονον κύκλωμα, quanquam auditores faceti orbem terrarum intelligi malebant, quem tunc Augustus, homo mollissimus, temperabat. Demetr. Phal. de Eloc. c. 97. ὁ τὰ τύμπανα καὶ τὰ ἄλλα ὄργανα τῶν μαλθάκων κιναιδείας εἰπών etc. cf. Philipp. Ep. VI. 213. T. II. Trigonum quod Eupolis memorat et huic similes pectis et sambuca ignobilia sunt Ambubajarum et psaltarum instrumenta, ab Aegyptiis et Lydis Phrygibusque accepta Athen. XIV. 636. A. Τῶν Αἰγυπτίων τριγώνων Ptolem. Harm. III. 7. 248. Wallis. ἡ ποδοκτύπη καὶ τριγωνίστρια Lucian. Lexiph. §. 8. 187. T. V. Tiberius Gracchus ap. Macrob. Sat. II. 10. docentur prae-

[15] Hunc locum et tres sequentes etiam Lucas et Meinekius attulerunt.

Digitized by Google

stigias inhonestas, cum cinaedulis et sambuca psalterioque eunt in ludum histrionum. *Κιναίδους καὶ σαμβύκας* conjungit Polybius V. 37. *χαμαιτύπας καὶ σαμβυκιστρίας* Plutarch. V. Anton. c. IX. In maribus exoleti, in feminis meretrices, sambucistriae, psaltriae Arnob. c. II. c. 42. [16]. Denique pectidis usum in mysteriis privatis testatur Sopatri locus in fabula *Μύσται* Athen. IV. 183. C. et originem peregrinam Heliodorus Aeth. IV. 17. *Φοίνικες ὑπὸ πηκτίδων Ἀσσύριόν τινα νόμον ἐσκίρτων στροφὴν ὅλοσώματον ὥσπερ οἱ κάτοχοι δινεύοντες*, more fanaticorum, qui hodieque istas terras persultant. Quae omnia cum superioribus testimoniis ita congruunt, ut plane eluceat, Cotyttia a sacris vilissimis, quae *Φρύγια*, *Μητρῷα*, *Σαβάζια* dicuntur, non genere sed nomine distincta fuisse, eamque similitudinem etiam ab Eupolide, quum Baptas suos traduceret, esse servatam. Unum hoc interest, quod apud hunc Solis ara deae maribus patet, Sabazia autem mixtis virorum mulierumque coetibus celebrata sunt. Sed nemini mirum videbitur, deae illius, quam Phryges Cybelen, Thraciae gentes Cotyn vel Cotytto, Athenienses simpliciter Matrem deorum vocitarunt, cerimonias pro locis et temporibus et pro ingeniis colentium aliquanto mutatas et variatas esse. De deae Stimulae sacrario Livius XXXIX. 13. primo id feminarum fuisse, nec

[16] Orthophallica psalteria Varro dixit, trigona et tympana ex Oriente invecta Juvenalis III. 63.

Digitized by Google

quenquam virorum eo admitti solitum; Pacullam sacerdotem omnia, tanquam deum monitu, immutasse; nam et viros initiasse et nocturnum sacrum fecisse ex diurno. Similiter in vetere Graecia Bacchanalia modo mixti viri feminis, modo Thyiades seorsum celebravere. Item, quae Athenis nomine Deae Matris publice sunt suscepta sacra, haud dubium habetur, quin ceteris, quae pro populo fierent, consentanea et ab omni dedecore remota fuerint; at privata Cybelistarum conventicula nemo paullo honestior adire sustinuit.

Sed jam dudum vereor, ne viri docti parum attenderint, hac in quaestione, quae est de Cotyttiis, duas res diversissimas disceptari, quarum una testes plures, dubitationis minimum habet, altera solo Eupolidis testimonio nititur et, quo invidiosior, hoc ad fidem suspectior videri potest. Certe, si Eupolis nihil aliud dixisset, nisi hoc tantillum, Athenienses deam quandam colere, cui nomen Cotytto, nemo dubitaret homini attico tantum credere, quantum vel Tzetzis Ulpianove creditum esset. Sed hoc nimirum incredibile et infandum videtur, Athenienses, non Triballos aut Opicos, eo vecordiae venisse, ut spurcissimis libidinibus dies festos, sacra, sacerdotes profanarent. Ita qui sentiunt, primum per scire velim, de quibusnam sacris loquantur? Si de publicis, nemo est tam ineptus, qui flagitia illa jure pontificio sancita, fastis inscripta, et ad eam rem certum et peculiare cinaedorum collegium in-

Digitized by Google

statutum esse putet, quum praesertim omnes sciant, homines istius notae a muneribus publicis, tanquam infames et intestabiles, exclusos, sacerdotes vero scitis magistratuum subjectos et ὑπεύθυνους fuisse. Ne Corinthii quidem, quibus Cotyttiorum licentia maximam conflavit invidiam, adeo omnem humanitatem exuerunt, ut facinora illa publicâ auctoritate comprobarent, neque hoc iis opprobrio datum, quod senatus populusque eorum fundus factus esset, sed quod diram luem impune gliscere paterentur [17]. Sin autem Eupolin de privatis convotorum coetibus loquutum putant, haud humanae conjecturae opus est statuere, quid in quaque ganea et in quoque gurgustio factum sit. Verum enim vero ne diximus quidem ab Alcibiadis cohorte facta esse, quae Eupolis Baptis exprobrat, neque hanc nominis causam attulimus, quod novellis veterani foede flagitioseque illuserint, sed quod sacra suscepturos lavacro initiaverint [18]. Quae res si improborum pravitate in eam turpitudinem vertit, quae ab Eupolide publice exagitata est, quid hoc ad Baptarum institutionem pertinet? Ne Christianum quidem baptisma libidini inaccessum fuit illis temporibus, quibus feminae adultae in concham seu

[17] Hoc publicarum et privatarum religionum discrimine neglecto Scheiblerus (Beiträge zur genauen Kenntniss der alten Welt. T. II. p. 61. sq.) de Graecorum sacrorum licentia pio magis zelo quam consideratius disputat. De Cotyttiis tamen ille nihil inaudivit.

[18] Tertullian. de Bapt. c. V. nationes extraneae sacris quibusdam per lavacrum initiantur.

Digitized by Google

piscinam descendebant [19]. Romae quidem, quum deae Pessinuntiae sacra publice asciscerentur, sodalicia instituta sunt, quibus adscripti proceres civitatis mutua inter se convivia agitarent [20]. Quid igitur? si Athenis quoque cultorum Cybeles collegia et dominia fuere, thiasotaeque die Megalensium congregati sunt ut peracta re divina vino et epulis indulgerent animoque suo facerent voluptatem? Quid? si Alcibiades Cotyttus sacra obiit non ad impudentiae ludibrium sed ad simulationem religionis?

Adhuc nihil diximus nisi quod planissime probari potest, Cotyttia Phrygiis sacris ea similitudine juncta fuisse, ut omnino discerni nequeant; eaque Atheniensibus tribuimus Strabonis auctoritate freti, et Eupolidis aetati assignavimus, quia non constat post eum introducta esse, denique cultores eorum Baptas vocavimus, quia hoc solum nomen proditum neque commenticio simile est. Sed licet aliquanto longius progredi; possumus probabiliter ostendere, qua ratione Cotyttia a deorum cultu et religione ad summam turpitudinem degeneraverint, et illa ipsa Eupolidis criminatio unde profecta et quam non temere illata sit. Si, quae Hesychius s. *Κοτυττώ* adnotavit, ad Eupolidis Baptas pertinent, eâque fabulâ non Alcibiades solum sed etiam Corinthii petiti sunt, necesse est eos propter effusam Cotyttio-

[19] v. Voss. ad Sibyll. IV. p. 532. Du Cang. Gloss. Med. Lat. p. 121. T. I.

[20] Cic. Cato c. 13. Gell. II. 24. Ovid. F. IV. 353.

Digitized by Google

rum licentiam male audivisse eoque motum esse poetam ut Alcibiadem ritu Corinthiaco sacrificantem induceret. Phrygias vero religiones in hac urbe viguisse documentum praebet Dionysius tyrannus, qui ibi turpiter consenuisse dicitur μητραγυρτῶν καὶ τυμπανοφρούμενος Athen. XII. 541. E. sive ut Aelianus scribit, τύμπανα κρούων καὶ καταυλούμενος, quo verbo in eadem re utitur Dionysius Hal. Antt. II. 16. 275. καταυλούμενοι πρὸς τῶν ἑπομένων τὰ μητρῷα μέλη καὶ τύμπανα κρούοντες. Haec autem plebeja sacra quum ubique plurimum licentiae habuerint, tum in illa carisarum et lenunculorum metropoli, Corintho [21], sine dubio maximis obnoxia fuere corruptelis. Quis enim Graeciae locus opportunior his flagitiis quam urbs dives, frequens, pronaque in luxuriem et illecebris omnis amoenitatis maritimae terrestrisque referta? Quis porro, si Baptarum Eupolideorum origines anquirimus, ad suspicionem apertior? Primum notum est, actae et amoena litoralia quantas praebuerint ad libidinandum et helluandum opportunitates; unde factum est, ut loca voluptuaria, etsi ab oris maritimis remota, actae dicerentur et hinc derivatum verbum ἀκτάζειν de iis qui in deliciis mollitiisque vivunt [22].

[21] Hesych. Κορινθιάζεσθαι, μαστροπεύειν, ἑταιρεύειν· et plures, quos nominat Politus ad Eust. p. 610. Haec vitia nominatim a republica Corinthiorum detestatur Paulus in I. ad Cor. Ep. VI. 9.

[22] De hoc dixerunt Casaubonus ad Suet. Octav. c. 72. et ad Athen. XII. c. 5. Burmann. ad Quintil. Inst. p. 622. Pontan. ad Macrob. Sat. II. 12. 392. et omnium accuratissime docti Itali ad Pitture di Ercolano T. V. p. 386. qui vix spicilegium reliquerunt Barkero eundem locum tractanti in Diario Class. anni 1818. N.

Digitized by Google

Deinde constat omnes fere urbes maritimas copiaque negotiatorum et commeatuum celebres suas habuisse Seplasias et Albanas diversoriis lactis omnique luxuriae supellectile instructas, nominibus delicatissimis *Εὐδαιμόνων λαύρα, Σαμίων ἄνθη, Ἀμαλθείας κέρας, Γλυκὺς ἀγκὼν* [23] **aliaque** *τρυφητήρια* [24] **par nomen aut parem famam adepta, de quibus multa narrat Athenaeus XII. 416. sq. vel nostris ganeonibus admiranda. Quod si ab his luxuriae officinis, si a Daphne, illo meretricum et cinaedorum stabulo** [25], **si a Bajis et Canopo similitudinem transferre licet ad illam scortorum et naviculariorum colluviem, quid aliud nobis occurret quam actae et balneae laetiores, hortulani maritimique secessus** [26] **et in his convivia, comisationes, symphoniae, thalamegi, natatus lascivi** [27] **tota-**

18. p. 320. Verbum gallicum ripailler faire ripaille i. e. helluari, Menagius Diction. p. 626. interpretatur facere ripalia. Atque nescio an vestes delicatae *αἱ καλούμεναι ἀκταῖαι* Athen. XII. 525. D. similes fortasse synthesibus, indidem nomen acceperint ab actis, ubi par Thermis nostris luxuria.

[23] De hoc quae dicuntur quodammodo illustrari possunt e Paus. V. 8. *ὑπερησθέντες ἀμφότεροι τῇ μίξει καὶ αἱ γυναῖκες καὶ οἱ ἄνδρες ἔνθα συνεγένοντο τὸ χωρίον Βαδὺ ὀνομάζουσι.* Schol. Plat. p. 381. Bekk. aliam rationem affert.

[24] Nicet. Ann. XVIII. 1. 355. *θεραπευτήρια καὶ τρυφητήρια.*

[25] Chrysost. adv. Jud. II. 605. A. I. *πόρνας καὶ μαλακούς* vocat. Idem in Homil. XVIII. 187. D. de Antiochensibus: *πολλοὶ τῇ τοῦ λούεσθαι ἐπιθυμίᾳ ἐπὶ τὸν ποταμὸν τρέχουσι μυρία κωμῳδοῦντες ἐκεῖ, ἀσελγαίνοντες, χορεύοντες, γύναικας ἐπαγόμενοι.* Similia de solemnibus Daphnensibus Libanius Decl. T. II. 385. sq. p. 455. et 556. In alio Syriae oppido, Aphacis, *γυννίδες ἄνδρες ἡλείᾳ νόσῳ τὴν θεὸν ἱλεοῦντο* Euseb. V. Const. III. 45. 611. *Κίναιδος τῶν τὴν θεὸν τὴν Συρίαν εἰς τὰς κώμας καὶ τοὺς ἀγροὺς περιφερόντων* Lucian. Asin. §. 35. p. 178. T. VI.

[26] Tertulliani verba sunt de Poenit. c. XI. p. 62. T. IV. Seml.

[27] Symmach. VIII. Ep. 23. de Lucrino, Bajis et Campaniae

Digitized by Google

que Majumae procacitas [28]? De nauticorum lascivia gaudiorum, ut Tertulliani verbis utar [29] testimonium praebet Romanus poeta in Catalectis:

> Non me vocabis pulchra per Cotyttia
> ad feriatos fascinos;
> nec dein movere lumbos in crocotula
> prensis videbo altaribus,
> flavum prope et Thybrim te olentes nauticum
> vocare —

Ad haec si quis memoria repetat qui homines Corinthum confluxerint, quanta fuerit urbis corruptela, quanta apud veteres festi temporis licentia, et Cotyttia ipsa quam similia Bacchanalibus, is Baptarum nomen et flagitia huic loco et tempori prae ceteris convenire consentiet. Initium fortasse idem quod aliorum hujusmodi sacrorum;

amoenis olim famosis: Nullus in navibus canor, nulla in conviviis helluatio nec frequentatio balnearum nec juvenum lascivi natatus, quibus componas Cic. p. Coel. c. XI.

[28] v. Wessel. Ep. ad H. Venemam p. 35. Noris de Ann. Syromaced. p. 511. Wernsdorf. Poet. Min. T. I. p. 268. et T. III. 435. Suidas s. *Μαιουμᾶς· οἱ τὰ πρῶτα τῆς πόλεως τελοῦντες ἡδυπαθεῖν ἠνείχοντο ἐν τοῖς θαλαττίοις ὕδασιν ἀλλήλους ἐμβαλόντες.* Hoc Victorius ad Cic. Fin. V. 24. et Rivinus in Diss. de Majumis et Roncaliis in Graevii Syntagm. Dissert. p. 596. cum sacris Cotyttus comparant, quam psaltriam peregrinam Athenis molles ad imitationem feminarum saltantes noctu defatigare sueverant, quos Eupolis sub nomine Baptarum perstrinxit, utpote qui, ut in Majuma, interdiu prius aquis se madefacientes nefariis deinde pervigilationibus infamabantur. De psaltria credidit Scholiastae Juven. postrema in conjectura posita. Alcmanis vel Alcimenis carmen *Κολυμβῶσαι* memorat Photius v. Meineke Quaest. Spec. I. 33. *Ἄμιλλα κολύμβου* Hermionae Libero Patri celebrata Paus. II. 35.

[29] Adv. Valent. XII. 161. T. II. Semi. *Ναῦται Ἀφροδίσια ἄγοντες* Plutarch. An seni resp. ger. c. IV. 106. T. XII. aptissimum horum gaudiorum exemplum praebent.

Digitized by Google

praeconio solemni Ἄλαδε μύσται indictae lustrationes, unde Baptarum nomen; hinc cordax et bacchati; religioni additae voluptates vini et epulae, et, quod ubique fit, sacris mixta profana.

Qui vero factum sit, ut magni pupillus Pericli in eadem suspicione poneretur, haud difficilis erit conjectura siquis sibi hominis factiosi hetaeriam [30] ante oculos proponat et quam multos ille habuerit amatores, parasitos, clientes ex omni genere hominum collectos, alios animi et officii causa, alios ad suffragandum et ad cetera ambitionis ministeria. Quum vero Calliae, levissimi hominis, assectatores Comicis largissimam praebuerint cavillandi materiam [31], quanto credibilius videtur, de iis, qui Alcibiadis sectam sequuti sunt, eorumque coetibus et conversationibus multum variumque fluxisse sermonem? Talium autem sodalitatum crebros consessus, convivia licentiosa fuisse, Plato testatur in Theaet. p. 173. D. σπου-

[30] Isocr. de Big. III. 603. et notum est omnes qui in republica dominari vellent, suas habuisse hetaerias, quarum vim et corruptelam disertissime exposuit Thucydides III. 82. οὐ γὰρ μετὰ τῶν κειμένων νόμων ὠφελείας αἱ τοιαῦται ξύνοδοι, ἀλλὰ παρὰ τοὺς καθεστῶτας πλεονεξίᾳ, καὶ τὰς ἐς σφᾶς αὐτοὺς πίστεις οὐ τῷ θείῳ νόμῳ μᾶλλον ἐκρατύνοντο ἢ τῷ κοινῷ τι παρανομῆσαι. In hoc transcursu afferam Iphicratis (nam cetera notiora sunt) exemplum. Seneca Epitom. Controv. VI. 8. 279. in lemmate: Missus Iphicrates adversus Thracum regem bis acie victus foedus cum eo percussit et filiam ejus duxit uxorem. Quum Athenas redisset et causam diceret visi sunt circa judicium quidam Thracum cultu armati et ipse reus gladium strinxit. Eadem Quintil. Declam. CCCLXXXVI. Polyaenus III. 9. 15. p. 84. judices Iphicratis hetaeriam pertimuisse refert.

[31] Καλλίου ἑταῖροι καὶ κόλακες καὶ κωμῳδίᾳ λόγον παρέσχον Philostr. V. Soph. II. 25. 610. Cetera exhausit Meinekii docta disputatio Spec. I. p. 51. sq. Alcibiadis κόλακες Liban. Decl. T. IV. 188. Cleonis Aristoph. Vesp. 1033. jure sodalicio nexi erant.

Digitized by Google

δαὶ ἑταιρειῶν ἐπ' ἀρχαῖς καὶ σύνοδοι καὶ δεῖπνα καὶ σὺν αὐλητρίσι κῶμοι· quo loco utitur Porphyrius Abst. I. 36. p. 61. [32]. Neque dubitari potest quin harum sodalitatum pleraeque a sacrorum communium cultu aut originem acceperint aut praetextum. Flaccus Aegypto praefectus, ut Philo narrat, Alexandriae τὰς ἑταιρείας καὶ συνόδους, αἳ ἐπὶ προφάσει θυσιῶν εἱστιῶντο τοῖς πράγμασιν ἐμπαροινῆσαι, διέλυσεν, in Flacc. p. 966. A. et Tarquinius Superbus συνόδους συμπάσας — ἐφ' ἱερὰ καὶ θυσίας προεῖπε μηκέτι συντελεῖν, ἵνα μὴ βουλὰς ἀποῤῥήτους ποιῶνται περὶ καταλύσεως τῆς ἀρχῆς Dionys. Hal. IV. c. 43. [33]. Jam huc addamus incredibilem veterum in spargenda κιναιδίας suspicione levitatem; quae tanta fuit ut Agathonem poetam, Demosthenem, Ciceronem, Augustum, Maecenatem [34] in hunc numerum referre non erubescerent, non ob ullum dedecus, sed quia aut cultus justo mundior [35] aut

[32] Συσσίτια καὶ ἑταιρείας Aristot. Pol. V. 9. 2. unde patet cur Cicero ad Att. I. 16. comissatores conjurationis dixerit. cf. Ignarra de Phratr. p. 57.

[33] Hoc omnes tyrannos facere Aristoteles affirmat l. c. Nicocles Isocrateus p. 48. ἑταιρίας μὴ ποιεῖτε μηδὲ συνόδους ἄνευ τῆς ἐμῆς γνώμης. Lucilii verba L. XIII. dominia atque sodalitia omnia tollantur, eodem spectare videntur. Cf. H. Boehmer Diss. Jur. Eccles. IV. 288. sq.

[34] cf. Carpzov. Paradox. Ariston. p. 7.

[35] Athen. XIII. 565. E. κιναίδους καλοῦσι τοὺς ἢ μύρου προσβάλλοντας ἢ μικρῷ μαλακωτέραν ἠμφιεσμένους ἐσθῆτα (in seqq. pro πρωτοφορεῖν legendum videtur ῥοδοφορεῖν). Synes. Enc. Calv. p. 185. ὅστις λάθρα μέν ἐστι πονηρὸς καὶ οὐδὲν ἄλλο παρέχεται γνώρισμα τοῦ θιασώτης εἶναι τῆς Κότυος, εἰ μόνον ἐν τοῦτο φανείη, περὶ πλείστου τὰς τρίχας ποιούμενος, ὡς ἐναλείφειν τε αὐτὰς καὶ βοστρυχίζειν, εὐθὺς ἅπασι πρόχειρον εἰπεῖν ὅτι τῇ Χίων θεᾷ καὶ τοῖς Ἰθυφάλλοις ὠργίακε, quae cum aliis componit Adr. Junius Animadv L. III. 13. 199. et de Coma IV. 503. sed aptissime Scaliger cum Gloss·

Digitized by Google

oratio mollior aut valetudo parum firma erat. Eaque suspicio, qua ne philosophorum quidem conventus caruere [36] tum omnes conjuratorum secretos congressus insectata est, praecedente persuasione illa, nulla re magis hominum fidem adstringi, quam mutua scelerum conscientia, tum facillime de Alcibiadis factione oriri potuit, hominis tam ambitiosi quam praecipitis in luxum et libidines [37]. Si hodie Thrasybuli, Antiphontis, aliorumque, qui publice in Alcibiadem invecti sunt, superessent orationes, non dubito, quin multa legeremus similia illis, quae quondam in Catilinam ejusque gregales jactata sunt, clareque cerneremus illos Cotyttus nepotulos, pueros lepidos et delicatos, pexo capillo, talaribus tunicis, qui non solum amare et amari, neque cantare et saltare sed etiam sicas vibrare et venena spargere didicerunt Cic. Cat. II. 10. [38] nec deforent illa

Graecolat. Cincinnia θεὰ κιναίδων, ut passim cincinnatus ganeo, calamistratus saltator, et alia talia. Quin etiam, qui erudito otio delectantur, nomine ambiguo μαλακοί vocantur Dio Chr. LXVI. 357.

[36] Timocrates Epicuri transfuga ἑαυτὸν διηγεῖται μόγις ἐκφυγεῖν ἰσχῦσαι τὰς νυκτερινὰς ἐκείνας φιλοσοφίας καὶ τὴν μυστικὴν συναγωγήν Diog. La. X. 6. Haec sunt Epicuri θεόφαντα ὄργια Plutarch. Non suav. viv. c. 17. 565.

[37] Hesychius: Ἐπὶ φαληρίου τὸν Ἀλκιβιάδην φησὶν Ἀριστοφάνης. etc. Athenaeus L. XII. 534. C. κάλλιστος ὢν κόμην ἔτρεφεν ἐπὶ πολὺ τῆς ἡλικίας etc. quod modo diximus mollitiae signum fuisse cf. Suevern. Ueber Aristophanes Wolken p. 33.

[38] Similes quosdam grassatores memorantur Joseph. Bell. Jud. L. IV. 9. §. 10. κόμας συνθειζόμενοι καὶ γυναικείας ἐσθῆτας ἀναλαμβάνοντες, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπογράφοντες, οὐ μόνον κόσμον ἀλλὰ καὶ πάθη γυναικῶν ἐμιμοῦντο καὶ ἀθεμίτους ἡδονὰς ἐπενόησαν· γυναικιζόμενοι δὲ τὰς ὄψεις ἐφόνων ταῖς δεξιαῖς etc.

Digitized by Google

crimina; de quibus Sallustius c. XIV. scio fuisse nonnullos, qui ita existimarent, juventutem, quae domum Catilinae frequentabat, parum modeste pudicitiam habuisse. Sed quum illi declamatores jam dudum obmutuerint, exemplum petamus ab alia quadam hetaeria, minus quidem illustri, apta tamen ad comparandum. Etenim in Demosth. Or. c. Conon. p. 1269. nescio quis, qui a Cone ejusque congerronibus jocularium in modum vapulaverat, hoc quasi ad excusandam facti invidiam affert, haud paucos esse Athenis juvenes nobili loco natos, qui si publice scurrentur, nepotentur, lustrentur, concessa huic aetatulae venia sibi uti videantur, idque eo levius habendum, quod nebulones isti ineptias suas in promtu et in propatulo habeant, hoc ipsum libere professi *ἰθύφαλλοί ἐσμεν οἱ συνημμένοι καὶ ἐρῶντες ἀλλήλων* p. 1263. Hosque juvenculos orator ille vapularis dicit in commune Ithyphallos nominari (*τελοῦντες ἀλλήλους τῷ Ἰθυφάλλῳ*) modo etiam Triballos et Autolecythos, quae nomina dicuntur in homines ingenue nequam.

His expositis promta erit causae dijudicatio. Alcibiadem obscenis sacris operam dare affirmat Eupolis; ille, si sapit, negat; uter verior, sciverint, qui praesentes adfuerunt. Nobis nihil aliud relictum est, quam ut quaeramus, utrum orgia illa Baptarum a vano poeta temere ficta et ementita an populari sermone diffamata fuerint. Si hoc propter communem sodalitatum famam et

Digitized by Google

propter ducis ipsius ingenium multo veri similius videtur, licebit nobis idem credere, quod Atheniensium haud paucos credidisse constat. De Comicorum fide in universum valet adhuc, opinor, quod diu valuit

> Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poetae,
> si quis erat dignus describi, quod malus aut fur,
> quod moechus foret aut sicarius aut alioqui
> famosus, multa cum libertate notabant,

non fictis ludebant fabulis, non vana, inaudita et pro incredibilia ad populum afferebant crimina. Verum tamen, si Eupolis Socratem aut Periclem aut alium quempiam virorum illustrium, quorum vita nobis tanquam picta tabella patet, hujus probri insimulasset, non crimen illud sed petulantis jurgii convicium videretur. De Alcibiade autem ejusque ἑρασταῖς, quum nihil ejusmodi proditum sit quod dissipatam ab Eupolide famam extinguat, multa quae confirment, manet, quae semel adspersa est et quasi inveteravit in ejus nomine macula. Si quis autem huc declinet, ut crimen ipsum quidem vulgo jactatum esse concedat, sed illud se dubitare profiteatur num Alcibiades dies festos Cotyttus turpiter agitasse creditus sit, mihi aut communem sacrorum domesticorum et pervigiliorum famam ignorare aut in re minime incredibili Pyrrhonem agere videbitur. Quae quum ita sint, nemo in posterum postulabit, ut, quae de Cotyttiis dixit Eupolis, praetereamus tanquam indicta et inaudita; sed hoc aliquis jure suo postulet, ut meminerimus, hanc

Digitized by Google

suspicionem non annalium fide, sed Comicorum testimoniis niti. Id vero, quum super his rebus commentaremur, nequaquam obliti sumus, neque huic fundamento quidquam amplius inaedificavimus, sed simpliciter inter sacra ab Atheniensibus extrinsecus assumta Cotyttia retulimus, non adscripto Comici nomine, quia omnibus notum esse sciebam. Nam de Eupolideae fabulae argumento quae afferri possunt, jam dudum a Politiano, Erasmo, Scaligero, Lessingio, et a Juvenalis interpretibus tam diligenter collecta sunt, ut neque ego testimonium ullum ab illis praetermissum addere potuerim, neque viri docti, qui post me eundem tractarunt locum, Struvius, Buttmannus, Meinekius.

Cetera quae huc pertinent in transcursu dici possunt. Buttmannus in Diss. de Baptis et Cotyttiis novam conjecturam in medium attulit, Eupolin Cotyttus nomine non Cotytto sed Cererem significasse Eleusiniam, ab Alcibiade profanatam, totaque hac fabula nihil aliud egisse, quam ut improbum illud Polytionis convivium derideret. De causa ipsa quae veteres prodiderunt, in L. I. §. 7. exposui, unde patet homines aliquot petulantiores fecisse, quod vel nostris seculis interdum inter vina factum est, mysteriorum ritus ut imitarentur et sacerdotum habitus, gestus, voces ridiculo modo effingerent. Ex hoc vero extemporali ludo, qui vix per horam spectatorum animos tenuit, ab aliis nugis, ut fit, ad alias traductos, quo modo fabula scenae apta seri potuerit, nec ipse explicuit Buttmannus, nec cuiquam

Digitized by Google

facile succurret. Sed ut hoc concedatur, illud qui tandem non modo concedi sed omnino intelligi potest, Eupolin ausum esse Hierophantam, Daduchum, Ceryces, Mystas in Baptas, hoc vero est in cinaedos transfigurare populoque exhibere spectaculum taeterrimum et vix mimicae licentiae permissum? Et aperte repugnat Hesychius, fabulam illam ad contumeliam non Alcibiadis solum, sed etiam Corinthiorum scriptam referens, quorum prorsus nullae fuerunt in isto convivali mimo partes. Haec autem omnia, quorum unumquodque maximas habet difficultates, quare tandem sumuntur? De mysteriorum violatione plurimi veterum loquuntur, de Eupolidis fabula non pauci, quorum omnium ne unus quidem vel levissimam suspicionem injecit, esse aliquam utriusque rei necessitudinem. Superest igitur ut Buttmannus demonstret, aut fieri non posse aut saltem veri simile non esse, ut Alcibiades alio tempore Cereris sacra, alio Cotyttus non dicam polluerit sed pollutisse creditus sit [39].

[39] Quae Meierus in Allgem. Litt. Zeit. ann. 1827. N. 122. p. 147. pro Buttmanno affert, infirma sunt omnia: Nach Plutarch haben sich die Genossen jener heillosen Orgien *Μύσται* genannt, Eupolis aber nennt sie Bapten, gewiss in wiefern in seinem Stücke an die Stelle der Lustration oder der Besprengung mit Opferblut, wodurch die Initiirungen in den wirklichen Mysterien eröffnet wurden, eine völlige Eintauchung in Wein bis zur Trunkenheit trat: hierauf führen das *παρ' οἶνον* bey Plut., die aus diesen angeführten Ausrufungen *εὖαι σαβαῖ* etc. Primum eos, qui Eleusiniis initiarentur, sanguine adspersos esse, nemo veterum prodidit. Secundo *εὐοῖ σαβοῖ* (sic enim scribendum) non est convivalis vociferatio sed bacchationum mysticarum epiphthegma a sacris Eleusiniis eorumque simulacris alienissimum. Deinde Plutarchus longe aliud dicit ac vir doctus praetendit, hoc videlicet,

Digitized by Google

Sequitur huc dilata quaestio de Plutarchi loco, quem jam Erasmus attigit in Adag. p. 80. et Cajetanus Isag. in Hist. Sic. IV. 9. p. 19. T. II. Thes. Sic. Ἅρπαγὰ Κοτυττίοις· Κοτυττὶς (sic) ἑορτή τίς ἐστι Σικελική, ἐν ᾗ περί τινας κλάδους ἐξάπτοντες πόπανα καὶ ἀκρόδρυα ἐπέτραπον ἁρπάζειν. quem locum benigne illustrat Cyrillus Hieros. Catech. Myst. I. 4. 281. ed. Milles. τὰ ἐν εἰδωλικαῖς πανηγύρεσι κρεμώμενα ἔσθ' ὅτε κρέα ἢ ἄρτοι ἢ ἄλλα τοιαῦτα etc. Hujus autem moris ad nostra usque secula propagati vestigium mihi cernere videor in Etym. M. p. 286. loco implicatissimo: Δράξων ἡ λεγομένη σικελική· σημαίνει δὲ τοὺς κατ' ἀγορὰν τῶν ἀλφίτων ἢ τοὺς ἄλλων τινῶν ἅπτομένους καὶ ἁρπάζοντας· οὕτως Ἐρατοσθένης καπηδάλους καλεῖ· παρὰ οὖν τὸ δράττεσθαι· εἰς τὸ Διογένους εὗρον ἐγὼ Δράξων σημαίνειν πορνοβοσκόν [40] quem locum Bernhardyus in Eratosth. p. 166. inutilibus, ut cum ipso loquar, attentavit conjecturis, καπήλους emendans vel ἐν τοῖς

Alcibiadem Hierophantae partes egisse, Polytionem Daduchi, Praeconis Theodorum, ceteram autem turbam mystas et epoptas vocatos esse, unde sequitur, Eupolin summis sacerdotibus cinaedorum speciem induisse — si vera est Buttmanni sententia. Παρ' οἶνον autem nihil aliud significat quam in vino h. e. symposio. Denique si ebrii dicuntur βεβαπτισμένοι, id non eo valet ut βαπτάς eos dici putemus, qui aliquem vino immergant; aquilices occultas aquarum venas venari, fabri aedes ruinosas resarcire, Grammatici syllabas aucupari dicuntur, sed idcirco nemo aquilicem venatorem, neque Grammaticum aucupem nominet.

[40] Hoc fortasse pertinet ad illum Selinusium lenonem, qui dives factus τελευτῶν τὰ ὄντα προὔθηκεν εἰς ἁρπαγήν, unde natum proverbium Ἅρπαγὰ τὰ Κιννάρου Zenob. I. 31. Quae Herodotus narrat III. 48. ἱστάντες τοὺς χοροὺς τρωκτὰ σησάμου τε καὶ μέλιτος ἐποιήσαντο νόμον φέρεσθαι, ἵνα ἁρπάζοντες οἱ παῖδες ἔχοιεν τροφήν, fortasse simili quodam ludicro nituntur, eademque Atticas δειπνοφόρους Plut. Thes. 23. in memoriam nobis revocant.

Digitized by Google

καταλόγοις et alia ejusmodi. Primam hujus adnotationis partem manifestum est spectare ad illud solemne Siculum, quo iresionae in pompa circumductae, ut videtur, missilium instar popello ad diripiendum proponebantur. De hoc loquitur etiam Hesychius: Δράξων· ἐν Σικελίᾳ (scil. ἱερόν τι ἦν Κοτυττοῦς) εἰς ὃ οἱ γεωργοὶ εὐχὰς ἔπεμπον, ὅθεν καὶ Δράξοντες ἐκλήθησαν, non qui mitterent sed qui diriperent rusticorum donaria. Sed idem nomen etiam de aliis lucrionibus usurpatum, quos Etymologus significat his verbis: σημαίνει δὲ (καὶ) τοὺς κατ' ἀγοράν, etc. quibus quae praemissa erant de ludicro Siculo, exciderunt, sicut in sequentibus post οὕτως Ἐρατοσθένης elapsum videtur nomen antiquioris scriptoris v. c. Σώφρων δὲ καπηδάλους λέγει, sive potius καψικιδάλους, quo nomine et aliis compluribus significatur hominum genus hodie ignotum, olim vero percelebre, fora, diribitoria, porticus, loca sacra et profana frequentare solitum. Ulpianus in Dem. p. Cor. p. 76. A. σπερμολόγος ἀπὸ τῶν βωμῶν συλλέγων τὰ ἐπιτιθέμενα ὑπὸ τῶν ἄλλων· τάχα δὲ πένης, ὃ τὰ ἀποπίπτοντα ἀπὸ τῶν βαστα-ζόντων ἀναλαμβάνων. Hos saccorum fatiscentium observatores tum in aliis locis, ubi frumenta aliaeque merces exponebantur [41] et imponebantur, tum etiam in Piraeo quasi in statione collocatos fuisse credas, ubi maxima bajulorum frequentia. Apud Alciphronem III. Ep. VII. parasi-

[41] Etym. M. 347. Ἐξαίρεσις Ἀθήνησιν ἔνθα ἐξαιρούμενοι τὰ φορτία ἀπετίθεντο.

Digitized by Google

tus injuriarum, quas ad divitum mensas pertulerat, summe pertaesus ad saccularios in Piraeo transire constituit, ἐπ' ἐργασίαν τρέψομαι καὶ Πειραιάδε βαδιοῦμαι, τὰ ἐκ τῶν νεῶν φορτία ἐπὶ τὰς ἀποθήκας μισθοῦ μετατιθείς, qui locus nescio an ex aliquo Comicorum expressus sit perinde ut ille Plauti in Capt. I. 1. 20. ubi Ergasilus parasitus de angustiis suis queritur:

Et hic quidem hercle nisi qui colaphos perpeti
potis parasitus frangique aulas in caput,
vel extra portam Trigeminam ad saccum ilicet[42]
quod mihi ne eveniat, nonnullum est periculum.

Illud genus hominum Romae quoque agitasse Festus testatur p. 37. Arilator, qui etiam cocio apellatur, a graeco ἀλρε, qui sequitur merces, ex quibus quid cadens lucelli possit tollere. Sed proprie et significanter hi saeculariorum parasiti καψικίδαλοι sive ἐγκαψικίδαλοι nominantur a verbo ἐγκάπτειν et κίδαλον. Illo Alciphron utitur in describendo pauperum victu III. Ep. 60. εἰς τοὔδαφος ἐπικύπτοντες ὁ μὲν φλοιοὺς θερμᾶν ἀνηρεῖτο, ὁ δὲ τὰ ἔλυτρα τῶν καρύων, ὁ δὲ τῶν ῥοιῶν τὰ περικάρπια ἀπέγλυφεν, εἴ που τι τῶν κόκκων ἐπιδράξασθαι δυνηθείη· οἱ δὲ καὶ τὰ ἐκ

[42] Mendicitatem indicari putant; sed mendicos in ponte et ad clivum Aricinum novimus quaestum suum habuisse; ille locus ante portam Trigeminam, Emporio, Navalibus et Salinis contiguus nescio an gerronibus magis conveniat. Ceterum non dubitandum erat, quin saccus jam inde antiquitus mendicantium insigne fuerit. Hesychius: Θυλακίζειν, ἐπαιτεῖν ἐπόμενον μετὰ θυλάκου, ut emendat Gesnerus ad Quintil. VIII. 2. 43.

Digitized by Google

τῶν ἄρτων ἀποπίπτοντα ἀναλέγοντες ἔκαπτον. quae ad nostram causam appositissima sunt. Κίδαλον Hesychius interpretatur κρόμμυον, proprie autem significat κρομμύου λόπον sive λέπυρον, id est, tallam. Nam κίδαλον generatim denotat glumam, folliculum, culiola, proprie vero scoriam [43] quippe a κίδη derivatum, unde κιβδηλίς dicitur interposita litera Beta, ut σιδη, σίβδη [44] κάβος, αὐτοκάβδαλος. Hinc ἐγκαψικίδαλοι contemtim vocantur famelici, qui grana et si quid aliud ex sacco saccularii exciderit, cupidissime colligunt, putamina ipsa glumasque devorantes. Hesychius: Καψιπήδαλος ὁ μετὰ τῶν τὰ ἄλφιτα μὴ διδόντων ἁλόμενος, ubi non solum καψικίδαλος sed etiam μετὰ τῶν τὰ ἄλφιτα διαδιδόντων ἁλώμενος vel ἑπόμενος scribendum, id est, qui in διαδόσει sive frumentatione diribitores et gerulos suffaraneos speculabundus consectatur vel pugillum lentis farrisque lucri facturus. Etym. Gud. p. 510. σπερμολόγους τοὺς κατὰ τὰς ἀγορὰς καὶ τοὺς λιμένας

[43] Similiter Latini spegma aeris paleam dicunt. — Glossae veteres: Κήδαλον penae, et Penae κήδαλον. significantur pennae s. pinnae spicarum. Festus: Pennatas impennatasque agnas in Saliari carmine spicas significat cum aristis et alias sine aristis. Aristarum glumas Graeci θυλακίδας vocant; θύλαξ autem latinum follis; ut θερμός formus etc. unde defollire, quod Lexica omittunt, ap. Ambrosium de Viduis p. 142. T. I. Basil. gemeatibus areis quum caeditur messis, frumenta defolliunt. Indidem ductum verbum follico, quod Glossae interpretantur διασαλαχωνίζω, proprieque dicitur de calceo, in quo pes natat v. Heindorf. ad Hor. Sat. I. 3. 32. Salmas. ad Tertull. Pall. p. 198.

[44] v. Liebe Goth. Num. p. 190. Spanheim. Praest. I. 317. 323. Grammatici hujus pleonasmi praeter σίβδη exempla plura afferunt, βδύω, ἀλιβδύω, ἄβδης, ἀμφιςβητεῖν (quod ineptum) Schol. Lyc. 1102. Hort. Adon. p. 13. a. Hesychius Σίμβραι, ῥοιαὶ Αἰολεῖς, ex quo colligas non literam β sed δ insertam esse.

Digitized by Google

κατατρίβοντας, ἢ τὰ ὅπως οὖν ἐκ τῶν σακκίων πίπτοντα ὄσπρια, κάρυα καὶ ἰσχάδας ἐκλέγοντας. Brevius Schol. Lucian. p. 237. T. III. σπερμολόγος εὐτελὴς καὶ εὐκαταφρόνητος ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων διαζῶν. illi consentit Eustath. 1547. 54. οἱ Ἀττικοὶ σπερμολόγους ἐκάλουν τοὺς περὶ ἐμπόρια καὶ ἀγορὰς διατρίβοντας διὰ τὸ ἀναλέγεσθαι τὰ ἐκ τῶν φορτίων ἀποῤῥέοντα. Alia horum analectarum cohors paullo honestior aris adsistebat occasionem captans carnis vel scurrando emendicandae vel furtim auferendae; qui communi nomine βωμολόχοι vel βώμακες vocantur. Schol. Aristid. p. 266. παρίσταντό τινες τοῖς βωμοῖς καὶ εἴγε τι τοῦ θύματος ἐξέπιπτεν ἥρπαζον καὶ κατήσθιον: quod et Delphi facere solebant Schol. Pind. Nem. VII. 47. et juvenes protervi dissolutique: illi vetere quodam jure maximeque oppidano, hi, ut faceti esse viderentur scilicet. Schol. Arist. l. c. ἐν ταῖς τριόδοις οἱ τῆς Ἑκάτης ἵσταντο βωμοί, καὶ δραπετεύοντες οἱ νέοι τὰς διατριβὰς ἐνήδρευον ἐκεῖ. quarum nugarum specimen praebent illi Cononii vappae, coenas funebres diripere et porcorum lustralium polimina deglutire soliti, utique non famis tolerandae causa, erant enim haud sordide nati, sed effrenata scurrandi libidine et ad ostentationem animi fortis, ingenui [45] et validi spernendis hominum judiciis. Parique ingenio praeditus nugator a Luciano inducitur Lexiph. X. 189. T. V. ἐστιν ἐν τοῖς σκιραφείοις ἐγκαψικί-

[45] Ἐλευθεριότητι ἀσωτία ἀγχίθυρος Synes. de Regn. p. 6. C.

Digitized by Google

δαλος ἄνθρωπος τῶν αὐτοληκύθων καὶ τῶν αὐτοκαβδάλων, ἀεὶ κουριᾶν, ἐνδρομίδας ὑποδούμενος ἢ βαυκίδας, ἀμφιμάσχαλον ἔχων, ubi si quis miretur tria ejusdem significationis nomina αὐτολήκυθος, αὐτοκάβδαλος et ἐγκαψικίδαλος ab hominibus vilissimis ad trossulum transferri eleganter vestitum beneque nummatum, primum admonendum est, hic Pantolabum quendam aut Nomentanum induci e ludo talario protractum, quo in genere hominum elegantia aulica cum sordidis moribus conjuncta esse solet, deinde gentiliciam et quasi vernaculam Atheniensium virtutem fuisse τὴν εὐτέλειαν, hoc est, generosum quendam et ingenuum operosi cultus urbanaeque munditiae contemtum [46], quem qui affectarunt nimio simplicitatis studio saepe eo prolapsi sunt, ut insolentiam et inconditos vulgi mores imitarentur, id demum liberale populareque esse rati, si neque facere neque dicere quidquam pensi haberent. Hinc igitur intelligi posse arbitror, quid sit, cur cerdonum cognomina ἐγκαψικίδαλος, τρίβαλλος et αὐτολήκυθος ad patricios helluones transierint. De postremo quidem vocabulo in Schol. ad Dem. p. 114. et Anecd. Bekk. p. 224. et 465. multa afferuntur ad explicandum, cur idem nomen et paupertinis et asotis impositum fuerit, quorum pleraque inepta, unum non prorsus improbabile est, illos sic dictos esse, quasi bursarios, qui bul-

[46] Hoc est illud φιλοκαλεῖν μετ' εὐτελείας, quod Atheniensibus proprie tribuit Thucydides II. 40. in illa admirabili demi Attici pictura, Parrhasianae tabulae (Plin. 35, 36.) non multum dissimili. Ad hanc εὐτέλειαν pertinent et scissi calcei Aristoph. Rann. 401. et

Digitized by Google

gam seu crumenam ad symbolam dandam semper promtam et apertam haberent [47]. *Τριβάλλους* Grammatici interpretantur *τοὺς θωπευτικῶς ἐν τοῖς βαλανείοις διατρίβοντας καὶ ἐπὶ τὰ δεῖπνα ἑαυτοὺς καλοῦντας*. Equidem arbitror, sicut olim homines taetros, importunos, truculentos Panduros dicere solebant et Turcas, similiter illos feroculos propter mores vastos et inconditos a Triballis denominatos esse, gente ferissima, *οὓς πάντες φασὶν ἀπολλύναι οὐ μόνον τοὺς ὁμόρους καὶ τοὺς πλησίον οἰκοῦντας ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους ὅσων ἂν ἐφικέσθαι δύνωνται* Isocr. Paneg. c. 89. 480. Neque aliter obsceni dicti sunt Opici, turpes et voraces Ambrones, qui latrocinia exercent Cimbri, Brigantes, Martolossi [48]. Sed haec leviora. Num vero Sicula Cotyttia ei deae, quam Eupolis traduxit, consecrata fuerint,

totus ille nobilis Cynismus, propter quem Coraius ad Isocr. p. 114. Athenienses Lazzaronibus aequiparat caetera dissimillimis.

[47] Demosthenis loco Pollux X. 62. (cf. Bentlej. Epp. p. 299.) adhibet Antiphanis exemplum: *Χλαμύδα καὶ λόγχην ἔχων, ἀσυνακόλουθος, ξηρὸς, αὐτολήκυθος*, unde *ἀσυνακόλουθος* (quem Romani incomitem) Lexicis addendum. Catull. XXIV. isti quoi neque servus neque arca. Lucilius VI. p. 38. cui nec jumentum est nec servus nec comes ullus, qualis ἄδουλος dicitur Arrian. Epict. III. 22. 455. Scaliger ad Varr. p. 149. — Plautinum Tute tibi puer es, lautus luces cereum illustrans, „simile „est, inquit, quanquam non idem *αὐτολήκυθος*, sic Graecis eodem „modo *αὐτοκάβδαλοι, αὐτόδειπνοι, αὐτοβαλανεύειν*." Postremum verbum vereor ne ex Hesychii glossa *Ἐμαυτῷ βαλανεύσω* traxerit.

[48] Turbam vilem Graeci appellabant Gergithes et Callicyrios, nos Crethi et Plethi, veterum satellitum nomina; nec procul hinc distant Garimantes Lucian. Lex. §. 4. 182. T. V. *μὴ ἀπολουσώμεθα κατόπιν τῶν Καριμάντων μετὰ τοῦ σύρφακος*. Hesychius *Γαρίμαντες* interpretatur barbaros et eodem modo Etym. M. et Anecd. Bekk. p. 1198. *Κάρβανες βάρβαροι*. Eustathius p. 868. nomen *κάρβανοι* a Caribus barbaris, unde *καρίζειν τὸ βαρβαρίζειν* natum credit, quibus cognatum *Καρίμας*.

Digitized by Google

injudicatum relinquo, neque magis quid Cotto sive Cotytto a Doriensibus culta Schol. Theocr. VI. 40. Schol. Pind. Ol. XIII. 56. Boeckh. cum illa commune habuerint, quaerendum esse puto; postremo obscurum locum in Suppositis Aululariae v. 20.

> Sed aliud post aliud, si qua sit opportunitas, harpagatum volunt. Si Eleusina sit, facilem deam credunt; si Cotytto, non videre quum batuat[49].

fateor me non intelligere. Sed pro his, quae ad certum redigi nequeunt, in exitu hujus disputationis afferam conjecturam nostram de Strattidis fabula *Ψυχασταί* inscripta, quod nomen Meinekius Quaest. Scen. II. 67. a vini refrigeratione repetit. Equidem nescio an ille homines quosdam voluptuosos perstrinxerit in locis amoenis otiari et luxuriari solitos. Anecd. Bekk. p. 317. *ψυχάζειν, πρὸς τὸ πνεῦμα διατρίβειν.* Athenaeus XI. 503. C. *Νίκανδρός φησι ψυκτῆρας καὶ τοὺς ἁλσώδεις καὶ συσκίους τόπους τοὺς τοῖς θεοῖς ἀνειμένους, ἐν οἷς ἐστιν ἀναψύξαι.* qualis Canopus fuit auris et salutari temperamento perflabilis Ammian. Marc. XXII. 16. 213. sive, ut Strabo dicit XVII. 1151. *διαίτας καὶ ἀπόψεις ἔχων τοῖς καπυρίζειν βουλομένοις*, hoc est aptus iis, qui pro re nata modo apricari modo umbris aquisque salubriter refrigerari vellent. Graecum *Ψυκτήρια*

[49] Niebuhrius in Comment. Acad. Berol. Ann. 1816. p. 286. (Kleine Schrift. T. I. p. 172.) haec Supposita plerisque aliis antiquitate praestare judicat. Mihi quidem ille picus auri custos v. 27. e Picibus qui aureos montes colunt IV. 4. 1. vix excusabili errore conversus, neque alia corruptelae indicia deesse videntur.

Digitized by Google

apte interpretatur Symmachus Ep. I. 4. Campania amoena — spiracula regionis illius. *Ψυχαστάς* igitur *καπυριστάς* et umbraticolas interpretor sive quandam delicatorum hominum sodalitatem, qualis illa Alexandriae sub Antonii auspiciis instituta est *ἡ τῶν ἀμιμητοβίων σύνοδος* Plutarch. V. Anton. LXXI. 145. Hujusmodi sodalitatibus adnumerari possunt Tetradistae, Icadistae, Diomenses, aliique Eranistarum *θίασοι*, a Comicis passim exagitati [50].

EPIMETRUM XII.

ad L. II. P. II. c. 8. §. 3. not. 11.

Menandri loco, in quo maritus aliquis inducitur *ἀχθόμενος ταῖς περὶ τὰς θυσίας τῶν γυναικῶν δαπάναις* [a] simillima est Periplectomenis oratio de moribus mulierum ap. Plaut. Mil. Glor. III. 1. 94. (689.)

[50] Notae sunt Aristophanis fabulae *Δαιταλεῖς* (v. Suevern. über die Wolk. p. 26.) et *Ταγηνισταί*. Illud nomen Eustathius *θιασῶται* valere dicit. Pollux VI. 8. *θιασῶται, εἰλαπινασταί, ἐρανισταί — ἰδίως τοὺς τῶν θιασωτῶν οἴκους φωλητήρια*, quod nomen Suidas explicat *οἴκους τῶν θιάσων καὶ συνόδων*, qui etiam *θιασῶνες* vocantur Hesych.

[a] Sic Meinekius correxit ad Men. p. 114. pro *ἀπάταις*, vere, ut opinor, quanquam vulgata defendi potest. In Lyrici loco, quem paullo ante tractat p. 107. *Πάφωνε οὐρεία χέλυς* scribendum *ἑπτάφωνε*, testudo resonare septem callida nervis Horat. III. 11. quam Euripides Alcest. 449. *ἑπτάτονον οὐρείαν χέλυν* vocat; quare minus placebat *πάμφωνε*.

Digitized by Google

Dicat: da mihi, vir, calendis meam quod matrem juverit; da qui farcit, da qui condit, da quod dem Quinquatribus praecantatrici, conjectrici, hariolae atque haruspicae; tum piatricem clementer non potest quin munerem.

Haec fortasse ex graeci cujusdam poetae fabula conversa, certe Graecorum Comicorum facetiis persimilia sunt; quale est illud Epicharmi Poll. IX. 82.

ὥςπερ αἱ πονηραὶ μάντιες,
αἵθ' ὑπονέμονται γυναῖκας μωράς, αἱ μὲν οὐγκίαν
ἀργυρίου, ταὶ δ' ἡμίλιτρον, ταὶ δὲ λίτραν δεχόμεναι,
καὶ τὰ πάντα γινώσκοντι[b]

sed eadem fere questus est Theophrastus in libro περὶ γάμου, cujus verba apposuit Johannes Sarisberiensis in Polycr. VIII. 9. 587. domina vocanda est, celebrandus ejus natalis — honoranda nutrix et gerula, servus paternus[c] et alumnus et formosus assecla et procurator calamistratus[d] et spado — anus et aruspices[e] et hariolos si intromiseris, periculum pudicitiae est, quem locum ille non a Theophrasto accepit sed ab Hieronymo c. Jovin. L. I. p. 189. ed. Martian. Ac Romae quoque ipsis Plauti temporibus

[b] v. Bentlej. Opusc. p. 414. Grysar. de Epicharm. p. 265.

[c] Hieronymus patrinus; denotari videtur servus dotalis.

[d] De formoso procuratore, qui in adulterii suspicionem venerat, agitur in Senec. Controv. III. 20. p. 144. ed. Schott. Nec procurator calamistratus nec formosus collactaneus nec rubicundus et candidus assecla lateri tuo adhaereat Hieron. Ep. XLVII. ad Furiam p. 559. T. IV. Crispulus ille quis est, qui uxori tuae semper adhaeret? uxoris res agit Martial. V. 62. id est procurator.

[e] Hoc ex Hieronymo reponendum pro aurifices.

Digitized by Google

et prius multos fuisse, qui per aliquam religionis simulationem alimenta inertiae quaererent, docent Ennii versus nobilissimi et Catonis crebrae admonitiones de R. R. c. V. 13.

EPIMETRUM XIII.

ad P. II. C. VIII. §. 6. not. e.

Εὐοῖ Σαβοῖ, Ὕης Ἄττης, Ἄττης Ὕης!

Non invidebo lectoribus nostris Sickleri conjecturam, quam Creuzerus in Symb. T. III. 362. ut cognitu dignissimam, refert in extenso: has esse antiphonas alternatim a choro sacerdotum et a concione decantatas ex Antiphonario Hebraico. Docte, Jupiter, et ingeniose! Sed nescio cur minus relatu digna videatur Anonymi Angli opinio, qui has easdem voces Sanscriticas esse demonstrat Wait Hail o Siva! Lord, supreme Lord! in Diar. Class. T. XXVIII. p. 292. Quod si merito probatur ut acute inventum, hac laude nolim Bodinum defraudari, qui in Daemonol. L. I. c. V. Posit. 28. illud Sabae Evohe nihil aliud esse docet quam Har Sabat, Sabat, quibus vocibus etiamnunc incantatores et sagae in Sabbatis suis (Hexen-sabbat) uti soleant[a] idemque tympanum illud, cujus mentio

[a] Hoc praetermittit Horstius in Bibliotheca Magica (Zauberbibliothek) T. III. 371. sed similia sagarum epiphonemata commemo-

Digitized by Google

in sacris Phrygiis (ἔπιον ἐκ τυμπάνου) ollam interpretatur, in qua magi scelestissimi carnes infantum coquunt [b]. Nescio quid alii sentiant; mihi quidem hi omnes cedro digna loquuti videntur. Sed transeant. Ad Eurip. Phoenn. 685. γυναιξὶν εὐίοις, Scholion est hujusmodi: ταῖς Διονύσῳ χορευούσαις καὶ τὸ εὐοῖ εὐάν ἐπιφθεγγομέναις — εὖ οἶ, ἤγουν εὖ καὶ καλῶς ἔστω οἶ καὶ αὐτῷ τῷ Διονύσῳ. Eustathius ad Dion. v. 704. Εὐοῖ Βάκχε, ὑμνητικὸν τὸ λόγιον, ὅθεν καὶ τὸ εὐάζειν καὶ Εὔιος· ταῦτα οἱ μὲν ἐδάσυνον ὡς ἐνθουσιαστικὰ πρωτόθετα ἐπιῤῥήματα, οἱ δὲ ἐψίλουν ἀντὶ τοῦ εὖ οἶ, τουτέστιν αὐτῷ — ἐξ αὐτοῦ παράγοντες τὸ εὐάν τάχα μὲν ἐν μιᾷ λέξει, τάχα δὲ ἐκ δύο σύνθετον, quorum intellectum faciliorem reddit Schol. in Dionys. Gramm. p. 951. τὸ εὐοῖ εὐάν ἀλόγως δασεῖαν ἔχουσιν ἐν τῷ τέλει ἁπλᾶ ὄντα, εἰ μή τις εἴπῃ τὸ σφοδρὸν πνεῦμα τοῖς βακχιάζουσιν ἁρμόζειν [†]. Ad simplicia etiam refert Apollonius de Synt. L. IV. 5. 314. οὐ τοῦτό φημι αὔταρκες Διότι (i. e. δι' ὅτι) συνεστάναι ἐκ διαφόρων μερῶν τοῦ λόγου, ἐπεὶ οὐδὲν ἐκώλυε τοῖς σεσημειωμένοις ὅμοια αὐτὰ καθίστασθαι τῷ

rat, Emon-Hetan, Emon-Hetan, unde nomen Attes haud obscure resonat, sicut εὐοῖ ex Evovoe, quod olim in Festo Asinorum pro Hallelujah acclamatum est v. Millin. Monum. Ined. II. 350.

[b] Idem et Loyerus de Spectr. L. IV. c. 8. consentiunt Hymnis Orphicis nil nisi laudes Diabolorum contineri, Alastoris, Luciferi Phanetis etc.

[†] Ἡρωδιανός φησιν ὡς οὐ δεῖ τὰ σχετλιαστικὰ τῶν ἐπιῤῥημάτων, οἷονεὶ βακχικὰ ὄντα, ὑπὸ τὴν ἑντεχνον ἀκολουθίαν ἄγειν — διὸ ἐπ' αὐτῶν ἔσθ' ὅτε τὸ δασὺ πνεῦμα ἄλογος ἐν τῇ ληγούσῃ ὁρᾶται, ὡς ἔχει τὸ εὐοῖ, εὐᾶν, εὐέν· τὸ γὰρ λέγειν εὖσοι καὶ ἐλλειψιν τοῦ σ γέγονεν εὐοῖ, ἀμφίβολον etc. Theognost. in Anecd. Bekk. Ind. p. 1433.

Digitized by Google

εὐοῖ, εἶεν (εὐάν scribendum) καὶ τῷ παρ' Ἀττικοῖς ταὼς· et de Adverb. p. 588. 25. τὰ πρωτότυπα θέλει ὁπωσδήποτε περισπᾶσθαι — Φαίνεται ὅτι καὶ τὸ εὐοῖ κατὰ τοῦτο σημειώσεται, unde patet etiam in L. de Conjunct, p. 509. 21. ubi conjunctionem διότι negat esse μόριον τῶν ἡμαρτημένων ὁμοίως τῷ εὔαδεν, εὐοῖ, scribendum esse εὐοΐ, in quo tum aspiratis abnormis [c] tum accentus non suo loco positus est. Illam sibili similem fuisse ostendit Arignotae interpretatio apud Harpocrat. p. 132. ὡς ὅτι τινες ἔλεξαν εὐοῖ ὡς εὖ σοί, τὸ εὕρημα τοῦ φόβτρου ἐπαινέοντες. Haec igitur εὐοῖ a pronomine secundae personae compositum putabat et sicut vulgo acclamabant rem bene gerentibus εὖ σοι εἴη Strabo XIV. 658. εὖ σοι γένοιτο Justin. Legat. ad Pers. p. 172. C. Epictet. Dissert. II. 6. §. 30. p. 193. apud Lucianum autem Bacch. §. 3. 4. et 5. T. VII. p. 305.—308. Pan alumno suo illud εὖ οἱ iterum iterumque adstrepit, sic Liberi Patris comites inventi ab eo tympani munus hac exclamatione prosequutos esse [d]. Alii rursus articulum οἱ inesse crediderunt. Schol. Bavar. ad Demosth. p. 65. εὐοῖ σαβοῖ βακχικόν τι ἐπίφθεγμα κατὰ τὴν Φρυγῶν

[c] De interaspiratione dixerunt multi, quos Artigraphi nostri laudant. Ultimam circumflecti Grammatici jubent. v. Hermann. ad Trach. v. 218. sicut omnia haec adverbialia praeter ναί et βαβαί Schol. Lyc. 31. sed acuitur εὐοὶ εὐαί Aristoph. Eccl. 1180. Lysistr. 1294. nec minor in reliquis inconstantia; quod aliquando accuratius tractandum erit, quam hactenus factum est.

[d] Non multo aliter Euripides narrat de tympani inventione Bacch. 126. quam Corybantibus tribuit et multis quidem verbis tanquam rem magnam.

Digitized by Google

διάλεκτον, ἵνα οὕτως ἔχῃ, εὖ οἱ μύσται. Photius: Εὐοὶ σαβοί, μυστικὰ μέν ἐστιν ἐπιφθέγματα· φασὶ δὲ τῇ Φρυγῶν φωνῇ [adde σαβούς] τοὺς μύστας δηλοῦν· ἀφ' οὗ καὶ ὁ Σαβάζιος Διόνυσος. Hesychius: Εὔσαμα ἀναφώνημα εὐαστικὸν καὶ βακχικὸν ἐπίφθεγμα, καὶ γὰρ τὸ βακχεύειν εὐάζειν καὶ σαβαῖοι βακχεύοντες. Postremo fuerunt, qui ex his epiphonematis nomen υἱός exsculperent. Schol. Barocc. ad Eur. Phoenn. v. 649. βοῶσαι εὐοῖ εὐὰν ὕης, ἤγουν υἱὲ τοῦ Διός· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ εὐίοις. ubi quod Ald. et Basil. praebent Εὐβοίοις, est sane documentum antiquae scripturae, quae plerisque in locis a librariis deleta est, sed restat in Εὔβιος, quod ex oraculo ap. Socratem Hist. Eccl. III. 23. supra attulimus, et in Schol. Arist. Avv. 873. ὁ αὐτὸς (Σαβάζιος) Ὗας καὶ Εὐβαῖος καλεῖται, ubi Ed. Bas. Εὔιμος, cod. Rav. Εὐαῖος, quod omnium pessimum quum sit, probatur tamen Toupio ad Hesych. p. 126. Ejusque scripturae plura supersunt in Latinorum usu vestigia: Euan euhoe Euhius Ennius ap Charis. II. 214. unde Columna p. 407. Euhyus edidit, ut Acro ad Hor. I. Od. 18. Persii verba afferens Euhyon ingeminat. Euthyius Accius Macrob. Sat. VI. 5. v. Bothii Fragm. Trag. p. 190. Euhius Sidon. Apoll. Excus. ad Felic. v. 172. Euchius in codd. Lucretii V. 742. et Petron. c. 41. evhoe Paullinus Carm. ad Felic. v. 281. T. VIII. Gall. [*] Schol. ad Pers. I. 99. Euchius

[*] Nomen scriptoris Eubius Ovid. Trist. II. 1. 410. potest esse graecum Εὔϐιος, quomodo tibicen nominatur Alexandro gratus. v.

Digitized by Google

dictus est quod in bello Gigantico non apparuisset et (Jupiter) credidit eum discerptum a Gigantibus et dixit *heu ion* (*υἱόν*) id est miserum filium, quod paullo aliter Acro et Schol. Cruq. ad Hor., II. Od. XI. 17. Evius Liber Pater dicitur, quod quum dii bellum cum Gigantibus gererent, in leonem conversus occidit Gigantem, ex quo facto Jupiter eum ita laudavit *εὖ υἱέ*, hoc est bene fili. quae utut inepta, tamen et Scholion Barocc. illustrant veteremque interaspirationis consuetudinem novo comprobant exemplo [f].

De nominibus Hyes et Attis haec notanda videntur. Anecd. Bekk. p. 202. *Ἄτης ὕης, τὸ μὲν ὕης υἱός, τὸ δὲ ἄτης θεὸς Σαβάζιος. Ἄλλοι δὲ Ὕην τὸν Διόνυσον — ὅσε γὰρ ἀμβροσίαν ἐπ' αὐτῷ ὁ Ζεύς*, quod fortasse fictum e nomine diei festi *Ἀμβροσία*, quo Athenienses Liberum honorarunt. v. Etym. M. s. *Ληναιών*, aut quia una nutricum Ambrosia dicta Pherecyd. p. 115. Nonn. XXI. 20. vel assimilatum est imbri aureo, quo Jupiter non solum Danaae sed etiam Alcmenae divinitatis suae fidem fecit Pind. Isthm. VII. 6. Dionyso Euphorion quoque hoc nomen tribuit in Schol. Arat. 172. *Ὑῆ ταυροκέρωτι Διονύσῳ κοτέσασα*. Juno scilicet, ut jam olim dixi, privigno

Wyttenb. ad Plut. Apophth. Reg. p. 1071. *τὰ Εὔϊα* urbs Macedoniae Diod. XIX. 11.

[f] Latina Euhydrium, Euhenus et alia afferunt Muncker. ad Hygin. p. 31. Schneider in Gramm. Lat. I. 192.

Digitized by Google

suo insidiata. Euphorionis versum Meinekius cum alio Fragmento conjungit:

βλαψίφρονα φάρμακα χεῦε
ὅσσ' ἐδάη Πολύδαμνα, Κυταιὰς, ἢ ὅσα Μήδη.

Junonemque putat significari venena, quibus Bacchi animum corrumperet, parantem. Neo de Junone est quod repugnem, sed puto illum potius dolum significari, quo Bacchi custodes consopivit, ut Nonnus narrat XIV. 171.

— Ἥρη — Βρομίου φυλάκεσσιν ἐχώσατο — δεξαμένη δὲ
Θεσσαλίδος δολόεντα παρ' εὐχλόου ἄνθεα γαίης
ὕπνον θελγομένων φυλάκων ἐπέχευε καρήνῳ
μάγγανα φαρμακόεντα κατασταλάουσα κομάων.

Euphorioni consentiunt Clidemus ap. Suidan s. Ὑης· *ἐπίθετον Διονύσου, ἐπειδὴ ἐπιτελοῦμεν τὰς θυσίας, καθ' ὃν ὁ θεὸς ὗει χρόνον.* Plutarchus de Is. c. 34. *Ἕλληνες τὸν υἱὸν ἀπὸ τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ ὗσαι, καὶ τὸν Διόνυσον Ὑην ὡς κύριον τῆς ὑγρᾶς φύσεως·* quod et Nonnus ad Dionysum Thebanum transfert L. XXII. 276. *υἱὲ Διὸς ζείδωρε — καὶ γὰρ ἀνάσσεις ὄμβρου καρποτόκοιο* [g], eumque a nutricibus suis Hyadibus hoc cognomen accepisse e Lexico rhetorico tradit Eustathius ad Dion. 1151. Photius autem et Hesychius Ὑης Σαβαζίου *ἐπίκλησιν* esse confirmant. Sed Sabazius ipse quis fuerit, parum convenit. Is qui de hac diligenter inquisivisse dicitur (Nymphis) Heracleota, Liberum hoc nomine declarari

[g] v. Voss. Epp. Myth. T. II. p. 8. sq. Cum his conjuncta videntur nomina Ὑη et Semelen et vitem significans (Suid. Hesych.) Ὑαργίδες αἱ βάκχαι αἱ Ἀργεῖαι, Hyadesque Bacchi nutrices Cadmi filiae Schol. Arat. 172.

Digitized by Google

pronunciavit Schol. Arist. Avv. 873. Sed Hesychius Liberi filium sic vocatum reperit: *Σαβάζιος ἐπώνυμον Διονύσου καὶ Σάβον ἐνίοτε καλοῦσιν αὐτόν· οἱ δὲ υἱὸν Δωνύσου.* quod nemo alius prodidit. Menis Phrygii cognomen esse docet Proclus in Tim. IV. 251. *παρειλήφαμεν παρὰ Φρυξὶν Μῆνα Σαβάζιον ὑμνούμενον καὶ ἐν μέσαις Σαβαζίου τελεταῖς,* de quo dubitat Jablonskius Remphah. p. 78. mensem an deum Menem significet; praevalet posterius, etsi Proculus nomen dei et mensis esse putat. Orpheus in H. XLVII. Dionysum dicit a Sabazio Saturni filio inclusum femori et in Tmolum translatum esse, ut ibi maturatus renasceretur [h], similiterque Artemidorus; Valerius Maximus et Inscriptiones Romanae Jovem Sabazium usurpant; quibus convenit, quod Lydus narrat Mens. p. 96. in vertice Tmoli locum esse olim *Γοναὶ Διὸς ὑετίου* dictum [i], et Hesychii

[h] Inter v. 3. et 4. unus versus excidisse videtur tali sententia:

Ὃς Βάκχον Διόνυσον ἐριβρομον Εἰραφιώτην
μηρῷ ἐγκατέραψας ὅπως τετελεσμένος ἔλθοι
[μησὶ περιπλομένοις, καί μιν ταχέως ἐκόμισσας]
Τμῶλον ἐς ἠγάθεον παρά θ' Ἵππαν καλλιπάρηον.

Bacchum et Jovem in Tmolo educatos dicit Macedonius Epigr. XXXII. p. 120. T. III. Hinc an Thebis profectus sit Indiae domitor, dubitat Arrianus in Alex. V. 1. 2. sed idem ap. Eustath. ad Dion. v. 939. affirmat *ὅτι πρὸς ταῖς ὄχθαις τοῦ Σαγγαρίου ἔῤῥηξε τοὺς δεσμοὺς τοῦ Διὸς ὁ Διόνυσος ἤδη τρόφιμος ὤν.* quibus cohaeret fortasse templum *ὀρείας Δήμητρος* (i. e. *Μητρός*) ad Sangarium a Xantho Lydo memoratum Schol. Apoll. II. 704. Ipsum Homerum *Il. Ω.* 615. *θεάων εὐνάς* locum in Sipylo dixisse, ubi vel Rhea Jovem pepererit, vel Jupiter cum Semela concubuerit, tradunt Schol. Ven. et Victor.

[i] De Jovis natali solo testem adhibet Eumelum Corinthium, cujus nomen paullo ante restituendum *ὁ δὲ Μηλίας ὑπὸ Ἀμαλθείας αὐτὸν τραφῆναί φησιν.* ac similiter in Schol. Pind. Ol. XIII. 31. pro *Εὔμολπος* et ap. Cyrill. c. Jul. I. p. 12. pro *Θύμηλος.* Trojanos Jovis natales sibi vindicare refert Demetrius Scepsius Schol. Apoll. I.

Digitized by Google

nota: Ὑης, Ζεὺς ὄμβριος. Sed Diodorus III. 4. Sabazium Jove et Proserpina natum perhibet; quae tanta dissensio jam olim Rubenium de Numo August. p. 273. eo adegit, ut omnes deos, quorum sacra orgiastica essent, Sabazios vocatos esse statueret. Id quidem satis apparet, Graecos numen barbarum modo Jovi modo Dionyso comparasse, quorum utrumque a Cybele educatum scirent. Strabo X. 470. ubi de Bacchicorum et Phrygiorum convenientia agit, καὶ ὁ Σαβάζιος, inquit, τῶν Φρυγιακῶν ἐστι καὶ τρόπον τινὰ τῆς Μητρὸς τὸ παιδίον παραδιδόμενος τοῖς Διονύσου καὶ αὐτός, quem locum varie tentant. Aperte errat Valesius ad Mauss. p. 329. haec scribens: proverbiale esse τοῦ πατρὸς aut τῆς μητρὸς τὸ παιδίον apud Basilium Ep. CXLVI. (p. 117. C. T. III.) Tertullian. ad Nation. II. 13. similiterque Aristophanem dixisse τὸ πατρὸς νεόττιον Avv. 767. Verum enim hoc ludicrum proverbium, quod in sermone familiari tritum est de iis, qui parentum ingenium referunt eosque quasi regenerant, ἐπὶ τῶν ὅμοια ποιούντων τοῖς πατράσιν Anecd. Bekk. p. 65.[k] a Strabonis dicendi genere

134. Idaeum Simoenta Jovis cunabula Propert. III. El. I. 27. — Nomina Jovis Phrygia Βαγαῖος et Μαζεύς affert Hesychius, Bithynica Papas et Attis Arrianus Eust. p. 565. 3. quorum prius fortasse patrem significat, ut in Aeschyleo loco Suppl. 905. ὦ μᾶ γᾶ, πᾶ Ζεῦ, si vere ita corrigitur; quanquam Tellus Jovis mater dicitur Soph. Phil. 393. Lydiisque asseritur religionibus sed ita ut Rheae subjuncta sit notio.

[k] Sic Comicus ap. Athen. IX. 373. E. ὁμοίους τοὺς νεοττοὺς τῷ πατρί. Theophrast. Char. II. χρηστοῦ πατρὸς νεόττιον. Philostrat. V. Soph. II. 9. 584. τοῦ πατρός ἐστι τὸ παιδίον. cf. Casaub. ad Athen. p. 186. Ἀκριβῶς τοῦ πατρὸς υἱὸς κατὰ τὴν παροιμίαν Liban. Ep. MCDLXXVI. 672.

Digitized by Google

et ab argumento ipso, quod tractat, longissime abhorret. Vandale in Dissert. p. 192. postrema verba vertit ipse quoque Bacchicis adjunctus, nihil discedens a tralatitia scriptura, quam Zoega quoque sine ulla mendi suspicione sequitur Bassirel. T. I. p. 88. Heynius autem emendationem adhibuit a Tzschuckio memoratam: *παραδιδόμενος ἐν τοῖς Διονύσου καὶ αὐτός*, Matris deum filius proditus et ipse et narratus in Bacchicis, quo nomine utrum fabulas an sacra Bacchica declarari voluerit, nescio; sed *τὰ Διονύσου* neutrum significare posse intelligo. Multo magis miror Corayi judicium *παράδων τὰ τοῦ Διονύσου* scribentis, hac addita interpretatione: *παρῳδεῖ Στράβων τὴν παροιμίαν τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, τῷ δὲ πατρὸς ἀνθυπέπεβαλε παίζων τὸ Μητρὸς διὰ τὴν Ῥέαν, μητέρα θεῶν καλουμένην. Ὁ νοῦς, καὶ ὁ Σαβάζιος ὁ κατὰ τὴν Φρυγίαν οὕτως ἐξωμοίωται τοῖς τελουμένοις τῷ Διονύσῳ ὑπὸ τῶν Θρᾳκῶν, ὥστε φαίης ἂν ἀπὸ τούτων ἐκεῖνα γενέσθαι.* Sic hodie sane loquimur, sed Graeci verbo *παρῳδεῖν* ita usi non sunt; et quis tandem *παράδειν* dixit pro *παρῳδεῖν*? Nobis in extremis participii *παραδιδόμενος* adverbium *ὁμοίως* vel *ὅμοια* latere totumque comma sic scribendum videtur: *Μητρὸς τὸ παιδίον παραδίδοται* s. *παραδιδόμενος ὁμοίως τῷ Διονύσῳ καὶ αὐτός*, perinde ac Dionysus Sabazius quoque Matris Magnae alumnus et filiolus perhibetur; non simpliciter *παῖδα* sed *τὸ παιδίον* dixit, quia Dionysus non

Digitized by Google

filius Rheae sed ejus assecula et in deliciis erat. Sic Δειμὸς Ἄρεως παιδίον dicitur Etym. Gud. p. 136. Plutus Cereris Liban. Decl. T. IV. 638. Sed ἄγε νῦν ἑτέραν ὕμνων ἰδέαν!

EPIMETRUM XIV.

PEMMATOLOGIA SACRA

ad C. VIII. §. 6. not. h.

Πῶς ἂν ἔπειτα πλακοῦντος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην;

De placentis sacris scribere orsuro idemtidem mihi in mentem venit prooemii a pueris decantati Non dubito fore plerosque, qui hoc genus scripturae leve et non satis dignum summorum virorum personis judicent, quum relatum legerint, quibus nominibus Graeci tortas, mamphulas, tractas, scriblitas et cetera bellaria distinxerint et qui cujusque fuerit usus, quae conformatio. Nam proavi quidem nostri perinde aestimare solebant, sive quis de crepidis veterum scriberet sive de regibus atque tetrarchis, omnia magna loquens. Hodie vero si quis os populi meruisse velit — nil parvum aut humili modo — loquatur necesse est, neve de pileis aut tintinnabulis aut muscipulis fabulari occipiat sed ejus-

Digitized by Google

modi studiorum materiam anquirat, quae et verborum pigmentis colorari et sententiarum luminibus illustrari possit, eademque tum poetice lasciviendi tum sublimiter philosophandi copiam praebeat. Haec mihi reputanti et de levitate quaestiunculae haud mediocriter sollicito commode oblatum est Goropii Becani celeberrimi, quoad viveret, mythosophi anecdoton e codice Traghemensi [a] transcriptum hoc titulo insignitum: Thaumatoscopion symbolicum sive Mythologiae omnifariae elucidatio verissima, auctore Goropio Becano, Archiatro. Codicis pars maxima amissa est, sed restat exordium his verbis inductum: Semper ego auditor tantum? et Prologus galeatus adversus Mythologos modernos, cum nonnullis priorum capitum particulis. Principio Becanus duo esse dicit Mythologiae explicandae genera, unum literale sive grammatico-historicum, alterum spirituale; prius a philologis tractari, in quos ille multa contumeliose dicit, Micrologos vocans et Rationalistas, qui antiquitatis cognitionem e scriptis antiquorum petendam esse contendant, neque intuitionis immediatae pretium agnoscant. Alterum vero sublimius genus constare quodam enthusiasmo poetico animi supra libros et literas elati ideoque recte dici, mythologum, ut poetam, non

[a] Jam dudum haec amplissima urbis nostrae bibliotheca exteris innotuit per Andr. Dunkeri: Virgilii Georgica ducentis, quibus adhuc laborant, locis ex monachii Traghemensis exemplari restituta. Heidelberg 1806.

Digitized by Google

fieri sed nasci, et proinde eandem habere cum poetis fingendi libertatem, idque in ipso nomine mythologiae inesse, fabulose ut tractetur et simillime scriptionibus Romanensibus. Hoc igitur genus ut a vulgari et philologica Mythologia distinguat Becanus noster, Mythologiam mythologisatam appellari vult ad formam Tartari tartarisati; neque negat in hoc genere multa lepide et delectabiliter disputata esse de potestatibus telluricis et astralibus, de principiis masculofeminis, deque deorum incarnatione et hominum deificatione, sed vereri se ne lectorum palata hebescant, nisi fercula etiam atque etiam varientur; id vero in dies difficilius evadere, quum jam nullus in orbe terrarum angulus supersit, unde non aliqui fabularum graecarum originem repetiverint, et nulla ars, nulla disciplina reperiatur, quam interpretum volaticorum suspicio non attigerit. Itaque sperat se Becanus apud homines mirandi cupidos magnam et solidam initurum esse gratiam, si systema quoddam plane inauditum et ceteris longe plausibilius proponat.

Expositis igitur variis mythorum interpretationibus, ethicis, astronomicis, chemicis, historicis, ego vero inquit, his omnibus rejectis Magna nec ingeniis investigata priorum quaeque diu latuere, canam. Sic igitur dico et edico, in Graecorum fabulis et religionibus non Theosophiam Indicam, non Philosophiam Hermeticam, non Physicen, non Metaphysicen contineri, sed,

Digitized by Google

mirum dictu, artem coquinariam! idque ego evidentissime demonstrabo argumentis iisdem quibus majorum gentium Mythologi hodie uti solent; pro primo, ex nominibus et cognominibus deorum, quae omnia ab assando, coquendo, frigendo, aut ab esculentis potulentisque ducta esse apparebit; pro secundo, ex religiosa veneratione, qua prisci vasa et instrumenta coenatoria, ollas, patinas, mensas, tripodes totamque culinam prosequuti sunt, quae ipsa a colendo dicta est, quia antiquissimis temporibus, ut foci pro aris, sic culinae pro templis erant; pro tertio, ex antiquo deos colendi ritu, qui totus constabat epulis atque conviviis. Primum igitur quaero, quod vetustissimum deorum nomen fuit? nempe *Πόποι*, ut constat, unde Homericum *ὦ Πόποι*, i. e. *ὦ θεοί*. *πόπος* autem nihil aliud est quam coquus, a *πέπω*, coquo, sicut ex *ἵππος* fit equus, *πέμπε* quinque, pitpit quidquid, Epona Equona. Iidem vero etiam dicti sunt *δαίμονες* a nomine *δαίς* h. e. epulones, et *θεοί* i. e. structores, ferculorum compositores, *ἀπὸ τοῦ κόσμῳ θεῖναι τὰ πάντα*, ut Herodotus ait, quod structorum et diribitorum proprium est officium. Deorum summus, mundi opifex *δημιουργός* vocatur, quod nomen significat placen-

Digitized by Google

tarium, ὃς πέμματα πέσσει Athen. VI. (172. A.) Jam, ut de singulis dicam, Ζεύς a verbo ζεῖν *elixare* dicitur; Ἄρτεμις sive potius, ut Dores dicunt, Ἄρταμις, nihil aliud est quam ἄρταμος coqua. Cybelae nomen dedit κύβηλις, culter coquinarius. Mars antique Κανδάων nominatus, quod nomen Eustathius 437. 12. a καίειν et δαίειν compositum dicit, sicut Κάβειροι exemta litera aeolica κάειροι evadent id est focarii et clibanarii, Ἥφαιστος autem ἧφα — ιστος id est foci incensor, nec non Δηώ a verbo δαίω, unde etiam adjectivum δανός calidus et nomina propria Δαναός et Δάρδανος cum reduplicatione prioris syllabae, ut δάπτω, δαρδάπτω. Nomen Κόρη, ut Lydus docet de Mens. (96.) denotat χόρον καὶ εὐωχίαν, et Κρόνος Neoplatonici ex χορόνους contractum dicunt, id est Satur- νοῦς [a], Saturnus, mens satura, teste Macrobio, quae omnia ad rem coenatoriam spectant. Porro Πάν, proprie Πάων, degustatorem significat a πάω, πάομαι, Ποσειδῶν s. Ποτιδάν potatorem, Ἑρμῆς fuit πέμματος εἶδος, ut Hesychius tradit, et Cupidinis nomine cuppediae et copadia consecrata sunt. Quid pote clarius esse?

[a] Augustinus Quaest. V. et N. T. p. 11. T. III. P. II. Benedict. qui recentiores Platonicos nomen Κρόνος a χόρος (satur) derivare dicit. *Editor.*

Digitized by Google

Equidem medius fidius vereor, ne lectorum intelligentiae diffidere videar, si caetera nomina deorum explicem. Qui vero evenerit, ut ciborum et coquorum nomina ad deos translata sint

disce, sed ira cadat naso rugosaque sanna!

Antiquissimos Graeciae incolas admodum brutos omnisque civilisationis expertes fuisse, vel pueris notum. Ad hos quum venissent Orpheus, Cecrops et Danaus Aegyptii, Cadmus Syrophoenix, aliique ex India missionarii, statim intelligebant ante omnia homines barbaros et crudivoros ad victum humanum traducendos et, ne ad convivia immania relaberentur, arte coquinaria rite instituendos esse, quae quo facilius in animis eorum radicaretur, cibos puros et licitos eorumque artifices, sanctos ab omnibus haberi et religiose coli jusserunt omnibusque locis focos et culinas instituerunt. Audi modo veterem poetam Athen. XIV. [660. E.]

Οἶκε οἶσθ' ὅτι πάντων ἡ μαγειρικὴ τέχνη
πρὸς εὐσέβειαν πλεῖστα προσενήνεχθ' ὅλως,
τοῦ θηριώδους καὶ παρασπόνδου βίου;
ἡμᾶς γὰρ ἀπολύσασα καὶ τῆς δυσχεροῦς
ἀλληλοφαγίας ἤγαγ' εἰς τάξιν τινά etc.

Audin' illum? deorum religionem omnemque humanitatem ab introductione ar-

Digitized by Google

tis coquinariae profectam dicit. Idque egregie statuminat Sanchuniathon ille antediluvianae sapientiae promus condus (si quis aliter dicit, Anathema esto!) originitus abjecta rei cibariae pro diis habita et culta dicens ap. Euseb. I. 10. *οὕτοιγε (οἱ παλαιότατοι) πρῶτον ἀφιέρωσαν τὰ τῆς γῆς βλαστήματα καὶ θεοὺς ἐνόμισαν καὶ προσεκύνουν ταῦτα ἀφ' ὧν αὐτοὶ διεγένοντο.* quam rationem per omnia secula retinuerunt Aegyptii, mortalium piissimi, de quibus Satyricus admirabundus exclamat *O sanctas gentes, quibus haec nascuntur in hortis numina!* Nec abludit Perseus Stoicus ap. Cic. N. D. I. 13. qui res utiles et salutares earumque inventores deorum nominibus appellatos esse dicit. Quid enim, per deos immortales, homini utilius aut potius quid magis necessarium quam cibus? cujus apparandi auctores primo sacerdotes fuerunt hinc *Popae* nominati, a popanis, ut docet Schol. Pers. VI. 76. *popana genera sunt panis, quibus sacerdotes vescebantur, quibus assidue pasti pingues fiebant.* Qui hoc non credit, nihil credit! Et iidem *Μάγοι* sive *Μάγειροι* dicti; nam *μαγείαν*, quam Plato interpretatur *θεῶν θεραπείαν*, nihil aliud esse quam *μαγειρείαν*, extra omnem dubitationis aleam positum est. Orpheus igi-

Digitized by Google

tur, qui silvestres homines, ut poeta Venusinus canit, caedibus et victu foedo deterruit, absque omni dubio eos simul docuit, quibus rebus vesci liceret; de Cadmo res certissima est, eum coquum fuisse. Athen. XIV. (638.) *Εὐήμερος ἱστορεῖ, ὡς Σιδωνίων* (N. B.) *λεγόντων τοῦτο, ὅτι μάγειρος ὢν τοῦ βασιλέως καὶ παραλαβὼν τὴν Ἁρμονίαν καὶ αὐτὴν αὐλητρίδα οὖσαν τοῦ βασιλέως ἔφυγε σὺν αὐτῇ·* unde intelligi datur, cur Thebani omnesque Boeoti prae ceteris Graecis gulosi et comedones fuerint, quippe a Cadmo conditore suo delicatissimorum gustulorum notitia instructi. Quoad Danaum et Dardanum, quorum alter Thesmophoria, alter mysteria Samothracia instituit, jam prius observatum est, eorum nomina calfactores et coquos indigitare **** *(hic multarum paginarum lacuna est)* — Postquam vero Pelasgi primum culturae gradum egressi et velut lacte disciplinae satiati illa hortensia numina fastidire coeperunt, a sacerdotibus suis edocti sunt deos sui similes colere sub nominibus iisdem, quibus antea usi essent; sed tamen originem colendi ab esu et potu, ut innuimus, ductam esse sufficienter probant deorum epitheta: *Ζεὺς εἰλαπιναστής, σπλαγχνοτόμος* (Athen. IV. 174.) et *Λαφύ-*

Digitized by Google

στιος, Jupiter Dapalis et Pistor, Διόννυσος ταυροφάγος, Ἥρα αἰγοφάγος, Ἄρτεμις καπροφάγος (Etym. M.) Ἀπόλλων Ὀψοφάγος (Clemens Coh. p. 32.) et Ἐνθρυπτος (Harpocr.) Janus Popano (Lyd. p. 57.) quae omnia sunt nomina lanionum, pistorum, coquorum, qui propter inventionem novorum ferculorum in deorum numerum relati et in memoriam eorum tum festa plurima instituta Πυανέψια, Θαργήλια, Μεγαλάρτια, Χύτροι, Φαγήσια etc. tum urbes quoque denominatae sunt, Coptus, ut Lydus Mens. (p. 66.) docet a placentae genere, quod Copta dicitur, sive potius ab inventore ejus, Placentia, Pistorium et aliae innumerae. Quin etiam semper mansit mos suavissimos quosque cibos deorum nominibus nuncupandi, velut Zeus, Pan, Adonis, ut e Lexicis est videre, piscium nomina fuerunt, et Naevius dixit stylo symbolico usus: *Coquus edit Neptunum, Venerem, Cererem*, hoc est, Festo auctore, pisces, olera, panem. Quod autem quidam magni viri asserunt mysteria scopum mere philosophicum habuisse, ego e contra sic statuo, ea ad conservandam et propagandam Gastronomiae sublimioris scientiam instituta esse. Σύνες ὅ τοι λέγω! Ab Eleusiniis recta descendunt (ὡς ἴσασιν οἱ μεμυημένοι) nostra myste-

Digitized by Google

ria, quae nunc quidem vocantur Masoneriae, apud veteres autem Germanos Masoniae cluebant a prisco nomine *Masen*, quod mensam significat [b]. Ergo sole meridiano clarius est, Eleusinia nihil aliud fuisse quam sodalitates commensalium secretas. Tertullianus ait Apolog. (39. p. 331. Haverc.) *Apaturiis, Dionysiis, Mysteriis atticis coquorum delectus indicantur;* quem ad finem nisi epulandi causa? Nonne Κήρυκες ipsi a χαρυκείᾳ h. e. conditura et coctura nomen adepti sunt? nonne Glossator vetus Δᾳδούχους interpretatur *foculatios*? unde prono alveo sequitur, eos non tam coeli palatum suspexisse quam palato quid sit optimum judicasse. Neque ullum dubium est, quin cossi illi, vermiculi delicatissimi, quos Hierophantae, ut D. Hieronymus scribit [c] studiose saginari curabant, epoptis in coena mystica appositi, simulque lautiorum epularum in altera vita spes

[b] Eandem conjecturam Lessingius proposuit in Dialogo Ernst und Falk. *Ed.*

[c] v. Scaligerana prima p. 128. Menag. Diction. s. Cosson. „Die Cossi der Römer waren eine Art Larven die auf den Eichen gefunden, nach Plinius mit Mehl gefüttert wurden. In Tunkin, auf Madagascar und in China werden die gewöhnlichen Seidenwürmer allgemein gegessen, Bengt. Bergins Ueber die Leckereien T. II. p. 253. „Der Holzdieb (Phalaena Cossus) — diese Raupe wurde von den Römern, vielleicht statt der Knackwürste, gegessen." Linné Natursystem T. V. p. 673. *Ed.*

Digitized by Google

ostensa sit; nam hoc semper initiatis inculcarunt Orpheus et Musaeus, beatorum perpetua convivia et μέθην ἀἰώνιον fore Plat. Rep. II. 363. D. quare etiam Lydus cap. I. nomen mysteriorum a musto derivat. De hac crapula sacra et consequente illuminatione mystica

multa ego possem docta dicta et quamvis facunde eloqui

sed quia philologi quidam atheistici — *(Cetera desunt).*

Quanta igitur fuerit artis pistoriae et coquinariae cum vetere Theologia necessitudo, et quam non contemnenda sit nostra de placentis disputatio, a Goropio satis superque demonstratum est. Praeterea si, ut Bio dixit, unica ad placendum via est, ipsum placentam fieri — οὐκ ἔστιν ἀνθρώποις ἀρέσκειν εἰ μὴ πλακοῦντα γενόμενον ἢ Θάσιον — ad secundum certe popularis gratiae is perventurus videtur, qui de placentis scribere instituerit, quas Isidorus auctor est ab eo quod placeant, dictas esse, sicut liba, quod libeant Origg. XX. c. 2. quasque veteres ipsi prae multis aliis rebus pulchris bellisque praecipue pulchralia et bellaria vocitarunt.

Praeter Athenaeum et Pollucem unus Hesychius plurima nobis harum deliciarum nomina asservavit; Αἴγλη, ἀλευροδοῦντες [d], ἀμφελαία, ἀπανθρακίς,

[d] Ἀλευροδοῦντες, πέμματος γένος παρ' Ἀντικλείδῃ ubi fortasse ἀλευροῦντες legendum ut σησαμοῦντες. Glossa ipsa ex Anticlidis Exegetico vel alio rei sacrificalis commentario sumta videtur, ut pleraque liborum et placentarum vocabula a Grammaticis relata. No-

Digitized by Google

ἐγκρίς, βορκύλα, γαστρίον, δεδόρκα (post διεδοίκυσε) ἔγκρυπτος, ἐμπέλανα, ἐπιπελανίας, ἐπίχυτον, Ἑρμῆς, ἔχινος, κάνδυλος, λαῖγμα, λειτῖνος, παλλικίαρ [e], ὀρθοστάδη, σίλβη, σπόπια, σταιτηία, στακτικόν, ταγήνια, τρίπολις, quae simpliciter πεμμάτων et ποπάνων εἴδη esse dicit formam eorum et usum transgressus, tum ἄγγουρος, ἀμήν [f], ἀμοργίτης, ἀνάστατος, ἄττανον (ἀττανίτης), γλυκίνας [ff], δολβαί seu δόλπαι [†], ἔγχυμα, ἐλλύτης, κριμνίτης, ἐπίπλατορ, χάρις seu χαρίσιον, placentarum nomine designat, quorum nominum quae sit differentia et quas res ἄρτος, ἴτριον, πέλανον, λάγανον [g], μᾶζα complectatur, ante hos

men προκώνια exposuerunt Anticlides ἐν τοῖς Ἐξηγητικοῖς et Demo ἐν τῷ περὶ θυσιῶν Harpocr. s. v. quid πέλανος significet, Apollonius Acharnensis in libro περὶ τῶν ἑορτῶν docuit v. Harp. s. v. Aristomenes ἐν τῷ τρίτῳ τῶν πρὸς τὰς ἱερουργίας singillatim πόπανα et πέμματα recensuit Athen. III. 446.

[e] Hoc a πάλη derivatum videtur i. q. πέλανος, quo nomine proprie τὸ ἐκ παιπάλης πέμμα designat Didymus Suid. s. v. Duo antecedentia nomina aeque obscura ac liborum series ap. Arnob. VII. 25. africia gratilla, catumeum, conspolium, cubula. quorum primum fortasse Isidorus significat Origg. L. XX. 2. afratum, quod latine spumeum vocatur. Cubula a forma dicta videtur, ut cybium et quadra placentae, ut quibarii salsamentarii, squilla pro scilla, squibala pro scybala, Quirus pro Cyrus v. Vales. ad Theodor. H. Eccl. I. p. 93.

[f] Ἄμης corrigunt nec juvat vulgatam vetus lectio Arnob. VII. 25. amen sanguineum, ab Elmenhorstio defensa, quanquam Iones ἄμην pro ἄμητα dixisse auctor est Athenaeus XIV. 645. A. Placentas ἀμόρας et ἀμοργίτας affert idem.

[ff] Latinum lucuns Taffin. de Anno secul. p. 512. T. 8. Graev. quod Albertius ad Hesych. s. Λοῦκα cum hoc Cauconum vocabulo confert. Suidas Μελιτώματα γλυκάδια. Idem fortasse valet Arnobii gratilla suavillum significans.

[†] Toupius p. 356. δ' ὅλπαι corrigit, quod non opus est. Illae bulbi similes sive βωλῖτιναι Athen. III. 113. C. δολφός et πόλιφος eodem redeunt.

[g] Galenus de Semin. I. 4. 190. T. III. (T. IV. 526. Kuehn.) ὥσπερ ὅσα δημιουργοῦσιν οἱ σιτοποιοί — ἐπαλείφοντες ὑγρὸν ἀτρέ-

Digitized by Google

bis mille annos unusquisque fori pistorii institor quaerentibus reddidisset, hodie quaerere serum est. Nos vero ex summa hujus generis copia tantum delibabimus, quantum ad antiquitates sacras pertinet; nam quod hodie obtinet ut aliae placentarum species die nativitatis Christi fingantur, aliae tempore Paschali, aliae vigiliis diei cinerum, item apud Graecos plerisque solemnium sua et propria erant liba.

Ἀμφιφῶν πλακοῦς Ἀρτέμιδι ἀνακείμενος· ἔχει δ' ἐν κύκλῳ δᾷδια. — μνημονεύει Λίφιλος ἐν Ἑκάτῃ. Φιλόχορος δὲ ἀμφιφῶντα κληθῆναι καὶ εἰς τὰ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὰ φέρεσθαι, ἔτι δὲ καὶ εἰς τὰς τριόδους, ἐπεὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐπικαταλαμβάνεται ἡ σελήνη ἐπὶ ταῖς δυσμαῖς ὑπὸ τῆς ἡλίου ἀνατολῆς καὶ ὁ οὐρανὸς ἀμφίφως γίνεται Athen. XIV. 645. A. *Ἐκείνη ἡ ἡμέρα* est dies Munychionis decimus tertius Dianae Munychiae consecratus *ἐπειδὴ τοῖς Ἕλλησι περὶ Σαλαμῖνα νικῶσιν ἐνέλαμψεν ἡ θεός* Plut. Glor. Athen. VII. 96. T. IX. Philochorus igitur Dianam eandem Lunam esse contendit argumento infirmissimo, quod faculae ei accenderentur; nam luminarium usus in omni genere sacrorum et olim creberrimus fuit et est etiamnunc; in quibusdam Ecclesiae Graecae solemnibus panes cereis lucentibus ornatos in templum inferri mos est v. Goetz. de Pistrin. Vet. p. 317. idemque apud nos fieri solet libis nata-

μα στεῖς· ὀνομάζεται δὲ ἰτριά τε καὶ ῥύμματα τὰ τοιαῦτα πάντα πλατύσματά τε καὶ πέμματα· pro *ῥύμματα* scribendum *θρύμματα*, unde *θρυμματίς*.

Digitized by Google

litiis, cujus consuetudinis memoria si qua ad illa secula permanaverit, quibus nostra instituta tam ignota erunt, quam nobis sunt Graeca, dubium est, an antiquarii, qui tum agitabunt, alia omnia quam veram causam assequuturi sint. Neque Dianae solum amphiphontes consecrati erant sed etiam mortuis efferebantur εἰς τὰς τριόδους, hoc est ad monimenta compitalia, quo diebus parentalibus inferiae mittuntur fruges, mica salis, inque mero mollita Ceres, haec habeat media testa relicta via Ovid. Fast. II. 540. In his munusculis liba fuisse docet Lucian. Catapl. II. 174. T. III. Χοαὶ καὶ πόπανα καὶ ἐναγίσματα, et Eurip. Hel. 554. in inferiis ὀρθοστάτας nominans, quos Hesychius inter πέμματα refert, Pollux ἱεροῦ ἄρτου εἶδος vocat. His autem cereos circumfigere facile iis succurrebat, qui sepulcra ipsa diebus parentalibus appositu lucernarum illustrare solebant, quod et Graecos fecisse constat v. Ferrarium de Lucern. sepulcr. p. 7. et hodie splendidissime faciunt Armenii die commemorationis mortuorum. Eaque etiam causa fuisse videtur, cur Diphilus in fabula Triviae nomine inscripta hujus generis placentarum mentionem inferret.

Ἀχαιίναι· τούτου τοῦ ἄρτου μνημονεύει Σῆμος λέγων ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις γενέσθαι· εἰσὶ δὲ μεγάλοι καὶ ἑορτὴ Μεγαλάρτια ἐπιλεγόντων τῶν φερόντων Ἀχαιίνην στέατος ἔμπλεων τράγον Athen. III. 109. F. quem locum perverse tractat Politus ad Eustath. p. 530. nec recte Casaubonus ἄρτον

Digitized by Google

emendans pro *τράγον*, quod Schweighaeuserus pro imperativo aoristi accepit. *Ἀχαΐνης* sive *ἀχαιίνης* (v. Passow Ueber Zweck der griech. Wörterbüch. p. 81.) significat *ἔλαφον*, quod ipsum fuit placentae sacrae nomen (*πλακοῦς ὁ τοῖς Ἐλαφηβολίοις ἀναπλασσόμενος* Athen. XIV. 646. E.) nec video cur non idem *τράγος* dici possit, sicut animal fabulosum *τραγέλαφος* dicitur.

Βασυνίας· ἐν τῇ τῆς Ἑκάτης νήσῳ τῇ Ἰριδι θύουσι Δήλιοι. ἔστι δὲ ἔφθὸν πύρινον σταῖς σὺν μέλιτι Athen. XIV. 645. B. qui locus eo notabilior, quo rarior hujus deae mentio. Eandem insulam Psammetichen vocatam esse, quod ibi Hecate *ψαμμήτοις* vel *ψαμμίτοις* (genere *τῶν ψαιστῶν*) propitiaretur, Phanodemus prodidit Fragm. p. 6. unde Muellerus Aeginet. p. 170. colligit Hecaten et Irin eandem fuisse. Sed *σταῖς* et *ψαιστόν* res diversae sunt neque inter deas illas similitudo ulla, nisi quod haec in Hecatae insulae culta et alibi *Ἄγγελος* dicta est.

Βήρηκες μᾶζαι ὀρθαί· οἱ δὲ ἁπλῶς μάζας ἐπάνω κέρατα ἐχούσας· παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις ἑορτὴν λέγεσθαί φασιν, ἐν ᾗ τοῖς θύουσι προτιθέασι τοὺς βήρηκας Anecd. Bekk. p. 226. pro quo Ruhnkenius in Auct. Hesych. p. 724. *Βαρήκια* emendat. Genus hoc edulii Apollinis Amyclaei solemnibus parari Athenaeus tradit, quo auctore si quis cornicari velit, cornua ista ad cultum deorum luminarium referat. Pollux et Lexicographi celebrant *πέμμα* quoddam cornibus instructum nomine *Βοῦν*, quod Apollini, Dianae, Hecatae

Digitized by Google

et Lunae afferri, idemque ἀρεστήρ et σελήνη dici Photius narrat, Suidas autem βοῦν πέμπτον aut βοῦν ἕβδομον [h] hac fortasse differentia, quod lunulae illae semicirculatae essent, dux autem gregis, cujuscunque demum figurae, cornua praetenderet. Ac similes hodie finguntur lunulae S. Martini die festo et vocantur Martinshörner aut Hornaffen, quibus plurimi Germanorum quotannis se explent, sed hunc morem ab ultimis Pelasgis, Lunae cultoribus, acceptum esse perpauci hominum sciunt, qui Boettigeri commentationem legerunt v. Curiositaeten T. II. P. I. p. 166. Nec dubium quin, si quis bene oculatus dulciariorum tabernas non ligurriendi sed philosophandi causa perlustret, haud paucas antiquissimarum religionum reliquias inventurus sit; nam quae hodie ibi prostant, spirae, circuli, rotulae, laterculi, eadem omnia multis ante nos seculis in usu fuisse legimus, neque sine flagitio credi potest, veteres placentarios, sive quadratas fingerent sive semicirculatas sive orbiculatas sive pyramidatas sive in modum stellae radiatas, temere quidquam et sine ratione fecisse. Imo enimvero

ut pueris olim dant crustula blandi
doctores, elementa velint ut discere prima,

ita veteres scriblitarii totam artem suam huc dirigebant, ut omnia minima pransa sesamo quo-

[h] Simile placentarum symplegma significare videtur Hesychius: Χάρις, θῦμα ἐκ τριῶν ποπάνων συγκείμενον. Proverbio usus est Libanius Decl. T. IV. 160. ἀτεχνῶς λίθινοί τινες περὶ ὧν

Digitized by Google

dam symbolico adspergerent, modo corporum coelestium figuras modo naturae vires seminales et prima mundi elementa placentis suis adumbrantes. Nam in universum, ut Asclepiades dicit XI. 489. C. *οἱ παλαιοὶ τὰ περὶ τὴν ἡμερον τροφὴν πρῶτον διαταξάμενοι, πειθόμενοι τὸν κόσμον εἶναι σφαιροειδῆ, καὶ τὰ περὶ τὴν ἰδίαν τροφὴν τῷ περιέχοντι ἀφομοιοῦν δίκαιον εἶναι ἐνόμιζον. Διὸ καὶ τὴν τράπεζαν κυκλοειδῆ κατεσκευάσαντο καὶ τοὺς τρίποδας καὶ τοὺς φθόεις κυκλοτερεῖς καὶ ἀστέρας ἔχοντας, οὓς καὶ καλοῦσι σελήνας* [i]. *Καὶ τὸν ἄρτον ἐκάλεσαν ὅτι τῶν σχημάτων ὁ κύκλος ἀπήρτισται καὶ ἔστι τέλειος· καὶ τὸ ποτήριον οὖν κυκλοτερὲς ἐποίησαν κατὰ μίμημα τοῦ κόσμου* [k] idque ad huncce diem sancte observatur non solum in ollis, patinis, poculis, quorum formam symbolicam copiose exposuit Creuzerus in Dionyso, sed etiam in tota libariorum fabrica, quorum spirulae et globuli pastillique (*κἂν μυριάκις τις ἀπιστήσῃ*) rerum coelestium

ἡ καλὴ παροιμία βοῦς ἕβδομος. Πέμματα σελήνης in sacro magico Alciphr. II. Ep. IV. cf. Wagner. p. 358.

[i] Differt haec sententia ab ea, quam prius attuli, nisi forte placentae istae et lunatae fuerunt et stellatae. Anecd. Bekk. p. 354. *αἴγλη ἡ θυσία ἡ ὑπὲρ τοῦ κατακλυσμοῦ εἰς Δελφοὺς ἀπαγομένη καὶ ποπάνου τι εἶδος ἐν ᾗ διεπλάσσετο εἴδωλα καὶ ἡ σελήνη καὶ ζυγοῦ τὸ περίμεσον*, quarum rerum figurae placentis sigilli modo impressae, sicut nunc quoque Oblatae forma crucis signantur. cf. Angeli Enchirid. de statu Graecor. p. 205. sq.

[k] Similiter veteres Theologi templi Hierosolymitani mensam facierum interpretantur, cujus planum terrae imago est, pedes quatuor anni tempestates repraesentant, longitudo duodecim pedum numero mensium respondet Clemens Strom. V. 279. cf. P. Faber Semestr. L. III. p. 408. Et Plutarchus Symp. VII. Quaest. IV. 7. *ἐμοὶ δὲ ἐδόκει καὶ μίμημα τῆς γῆς ἡ τράπεζα εἶναι.*

Digitized by Google

signa sunt et simulacra. Ad hoc genus placentarum cosmogenicarum pertinent etiam χοιρίναι illae Athen. XV. 647. B. quas sporia interpretari possumus, et Thesmophoriorum fercula, de quibus Athenaeus XIV. 647. A. τοῖς παντελείοις τῶν Θεσμοφορίων ἐκ σησάμου καὶ μέλιτος κατασκευάζεσθαι ἐφήβαια γυναικεῖα, ἃ καλεῖσθαι μύλλους [l] καὶ περιφέρεσθαι ταῖς θεαῖς [m]. Figmenta ejusmodi silignea nomine turpi designat Martialis IX. 3. cujus inter Apophoreta est quoque Priapus siligneus XIV. 61. cui compares quae Schol. Juven. II. 53. adnotavit: Coliphia pulmentum sive membrum virile dicit, et in Mantissa Crameri p. 584. Coliphia, ut quidam dicunt sunt membra virilia de melle et fermento composita; unde appareret veteres non solum per obscenitates bibere, ut Plinius ait (v. Interpr. ad Capitol. Pertin. c. VIII.) sed etiam per obscoenitates edere consuesse; quod majores nostri, religiosissumi mortales, praeclare imitati sunt. Jo. Bryerinus Campegius de Re cibar. VII. 7. 402. (Edit. I. 1560.)

[l] Schweighaeuserus T. V. p. 466. nondum lecto hoc Athenaei loco negavit μύλλον esse placentae nomen. Augustinus Civ. VI. 9. partem corporis virilem in templo Liberi poni dicit, femineam Liberae, fortasse γέρρα Νάξια significans, de quibus v. Interp. ad Hesych. s. Γέρρ' ἁμαξιαῖα et Schol. Lucian. de Gymn. §. 32. p. 193. T. VII.

[m] Dans plusieurs parties de la France on fabrique des pains, qui ont la gure du Phallus. On en trouve de cette forme dans le ci-devant Bas-Limousin et notament à Brives. Quelque fois ces pains ou *miches* ont les formes du sexe feminin; tels sont ceux que l'on fabrique à Clermont en Auvergne et ailleurs" Dulaur Des divinités generatrices p. 226.

Digitized by Google

Praeter materiae singularem varietatem artificium adhibent placentis mirificum, quo fit, ut non sapore tantum sed et adspectu delectent. Alias fingunt oblonga figura, alias sphaerica et orbiculari, alias triangula; quaedam etiam ventricosae sunt, aliae virilia (si diis placet) repraesentant; adeo degeneravere boni mores, ut etiam Christianis obscoena et pudenda in cibis placeant; sunt etiam quos cunnos saccharatos appellent. Illo antiquo aevo, quo solo vera pietas viguit, vasa quoque sacra obscoenissimis figuris exornari solebant [a] symbolice scilicet et philosophice, ut docent viri μυθολογώτατοι, qui nuper magno numero, velut fungi post tonitrua solent, sunt exorti; nam superioris aetatis antiquarii de his rebus nunquam non tecte et quasi pudibundi loquuti sunt. Nobis vero frons urbanior, quo intelligentia major, et parata adversus obstrigillatores defensio, qua jam olim adversus Momum antisymbolicum usus est deorum maximus: αἰσχρὰ, ὡς ἀληθῶς, ταῦτα· ὅμως δ' οὖν ὦ Μῶμε, τὰ πολλὰ αἰνίγματά ἐστι, καὶ οὐ πάνυ χρὴ καταγελᾷν αὐτῶν ἀμύητον ὄντα (Lucian. Deor. Conc. XI. 187.) Itaque de placentis quoque lunatis nulla amplius dubitatio erit, quin diis signiferis consecratae et propterea etiam Dianae et Apollini in sacrificiis appositae fuerint. Nam hic idem est Sol, haec Luna, quorum ca-

[a] De Ciborio Ecclesiae Rotomagensis v. Millin. Monum. Ined. T. I. p. 262.

Digitized by Google

pita radiata pro cornutis accipi potuisse, vel Mosis exemplo cognoscitur [o]. Nec minus manifestum Trophonium quoque et S. Martinum Solis symbola esse, nam his idem genus placentarum sacrum fuit [p] in rebus autem mythologicis obtinet, quae nusquam alibi, regula aurea, ut res diversissimae, si modo parva aliqua in parte inter se congruant, unum et idem valere existimentur.

Verbo tangam Galaxiam Diaconien et Encryphien. Hesychius: *Γαλάξια ἑορτὴ ἐν ᾗ ἕψουσι γαλαξίαν· ἔστι δὲ πόλτος κρίθινος ἐν γάλακτι.* quod Meursius ad Apollinis Galaxii solemnia retulit, nondum cognito testimonio Anecd. Bekk. p. 229. *γαλάξια ἑορτὴ Ἀθήνῃσι Μητρὶ θεῶν ἀγομένη, ἐν ᾗ ἕψουσι τὴν γαλαξίαν* etc. De secundo Suidas: *Ἀθηναῖοι ὅταν τῷ Ἀπόλλωνι τὴν εἰρεσιώνην ποιᾶσι, πλάττουσι λύραν καὶ κοτύλην καὶ κλῆμα καὶ ἄλλα κυκλοτερῆ πέμματα.* Hesychius: *Διακόνιον μᾶζα ἢ ζωμὸς καὶ ἡ κρηπὶς* [q] *τοῦ πλακοῦντος, οἱ δὲ πέμματα τῆς εἰρεσιώνης.* De tertio Athen. III. 110. B. *ἐγκρυφίας· ὃν καὶ Ἀλεξανδρεῖς τῷ Κρόνῳ ἀφιεροῦντες προτιθέασιν ἐσθίειν τῷ βουλομένῳ ἐν τῷ τοῦ Κρόνου*

[o] v. Deiling. De vultu Mosis radiante Observ. VIII. P. III.

[p] De Trophonio v. Hemsterh. ad Lucian. Dial. Mort. III. §. 2. Si vera est Middletoni sententia (Conformités de Cerém. p. 122.) S. Martini solemnia Pithoegiorum imitamenta esse, Sanctum ipsum Dionysum fuisse oportet et quidem solarem.

[q] *Κρηπὶς* hic non balteum significat sed infusum. Hesychius: *Κρηπὶς τὸ ἐπίθεμα τῶν ἐγχύτων πλακούντων·* quae hodieque vocantur Gusskuchen. De his jam satis dictum ad Cat. R. R. c. 80. et quos Jacobsius nominat ad Palladae Epigr. II. T. X. p. 213. Glossae Subitillum interpretantur *ἔνθυτον*, pro quo *ἔγχυτον* substituunt; de illo Athenaeus eadem fere quae Festus de Subucula.

Digitized by Google

ἱερῷ. Cyrenenses autem, quum rem divinam ei facerent, placentas mutuo missitabant Macrob. Sat. I. 7. 238. quod Thrige *Res Cyrenens.* p. 289. credi posse negat ob hoc solum scilicet, quod Saturnum Cyrenae cultum esse nescimus. Ceterum illud genus panificii, quod Erotianus p. 96. τούρταν interpretatur, Vulgata autem subcinericium reddit, veteres Typologi [s], quia etymon a verbo ἐγκρύπτειν habet, symbolum rerum occultarum et mysterii divini esse volunt. Neque nobis invidebitur, si Encryphiam et tortam Saturno propterea consecrari dixerimus, quia is in Latio latuit et serpentem in circulum retortum gerit.

Ἔντριτον τὸ Διονύσου ἔμβρωμα Hesych. quo nescio quid significetur nisi jentaculum, quod choragi scenicis apponerent; eoque etiam illam glossam referri malim: *Τρίμμα πέμμα ἁρμοστίζον ἐν γάμοις γενόμενον καὶ ἐν θεατρικοῖς ἀγῶσι* quanquam de hoc dubitari potest an spectatorum causa comparatum fuerit. Apud Aristot. Eth. X. 5. 450. spectatores, qui taedio fabulae inceptae bellariis sese oblectant, dicuntur *οἱ τραγηματίζοντες ἐν τοῖς θεάτροις.* Joci causa nonnunquam *ἰσχάδια καὶ τρωγάλια* sparsa esse in populum apparet ex Aristoph. Nub. 801. Impransos in scenam venire vetat Plautus in Poen. Prol. 6. et Pseud. Prol. 12. ex quo et ex Aristoph. Avv. 787. patet fabularum spectatores nihil habuisse

[s] v. Ambros. de Abraam. L. I. 5. 183. Potter. ad Clem. Strom. V. 694. cf. Mercurial. Varr. Lectt. II. 5.

Digitized by Google

quo inter spectandum jejunia placarent. Romae primum a. u. 692. institutum est ut populus meridie ad prandium dimitteretur, quum antea totum diem durassent, et postea quoque, qui locum perdere nollent, afferebant secum stomacho fulturam ruenti v. Interp. ad Suet. Calig. XVI. Ceterum Hesychii glossa, quae tota translata est in Schol. ad Diog. Epp. I. in Notic. et Extr. de Manuscr. T. X. p. 226. nuptialium placentarum nos admonet, quarum generale nomen est πλακοῦς γαμήλιος, ὃ εἰς τοὺς γάμους πλασσόμενος Anecd. Bekk. 229. Athenaeus XIV. 645. D. κρήιον πλακοῦς ἄρτος [t] ὃν Ἀργεῖοι παρὰ τῆς νύμφης πρὸς τὸν νυμφίον φέρουσι, quod cum pluribus aliis attulit Welckerus in Nachtr. zur Trilog. p. 309. Hesychius: Λεκανίδες, ἐν αἷς ἔνθρυπτα ἔφερον τοῖς νεογάμοις. et copiosius: Λεκανίς· ἐν τοῖς ἐπαυλίοις οἱ πατέρες ταῖς νύμφαις δῶρα ἔπεμπον ἐν μὲν ταῖς κοιτίσι χρυσία, ἐν δὲ ταῖς λεκανίσι παρθενικὰ παίγνια, quae sunt fortasse ludo apta virgineo scruta ap. Sidon. Apoll. Ep. VII. 2. Hesychius: Οἰκούρια τὰ ὑπὸ τῶν μητέρων προσφερόμενα τοῖς παιδίοις παίγνια. Praeterea solebant per nuptias dulcia recedentibus erogare pro apoforetis Schol. Juven. IV. 203.

Θιαγόνες ἄρτοι οἱ παρατίθενται τοῖς θεοῖς Hesych. Athen. III. 114. B. Nomen idem videtur σιαγών i. q. βάρηξ, seu βήρηξ, quod gin-

[t] Similiter Hesychius: Πόπανα πλακούντια ἀπὸ ἄρτου. Athen. XIV. 646. C. ἄρτος πλακουντώδης. neque semper servatur discrimen a Grammaticis traditum ἄρτον πέττειν, μᾶζαν μάττειν.

Digitized by Google

giva (τὰ οὖλα τῶν ὀδόντων) et maxillam (σιαγών) interpretantur Anecd. Bekk. p. 223. — Λοχία ἄρτος Ἀρτέμιδι γενόμενος Hesych. — Ναστά (ναστοί) Ῥόδιοι καὶ Ἀττικοὶ ἄρτους καὶ ἱερὰ πέμματα: Ναστός Ἀττικοὶ ἄρτον εἰς θυσίαν πλακουντώδη Idem. — Ὀβελίας ἄρτος — ὀβελιαφόροι οἱ ἐν ταῖς πομπαῖς παραφέροντες αὐτοὺς ἐπὶ τῶν ὤμων Athen. III. 111. B. Ὀβελίαι ἄρτοι οὓς εἰς Διονύσου ἔφερον οἱ ὀβελιαφόροι Poll. VI. 75. — Ὄμπαι οἱ μέλιτι δεδευμένοι πυροί Anecd. Bekk. p. 287. et Schol. Nicand. Al. 450. qui addit: καὶ Καλλίμαχος Ἐν δὲ θεοῖσιν ἐπὶ φλογὶ δαιέμεν ὄμπνας· τούτους γὰρ Δήμητρι ἔθυον. E Callim. Fragm. CCIII. apparet Hesychides Atticas Furiis hoc genus apposuisse [v], quarum dearum pompa servos excludi et ad liba conficienda ingenuos juvenes advocari testatur Philo Quod omn. Prob. lib. p. 886. C. τὰ πρὸς τὴν ἑορτὴν πέμματα τῶν ἐφήβων οἱ δοκιμώτατοι σιτοποιοῦσι, quod negotium Jamblichus V. Pyth. XI. 108. servis demandari non vult, matronas jubens fingere πόπανα καὶ ψαιστὰ καὶ κηρία καὶ λιβανωτόν [w]. Haec paucis absolvi potuerunt; longiorem sermonem desiderat, quod sequitur placentarum genus.

Στρεπτοὶ καὶ νεήλατα· τούτων μνημονεύει Δη-

[v] Ἦν δὲ τὰ πεμπόμενα αὐτοῖς ἱερὰ πόπανα καὶ γάλα ἐν ἀγγείοις κεραμείοις Schol. Aeschin. p. 747. ubi mater Furiarum Euonyme vel Eurynome dicitur, non ut vulgo editum.

[w] Castos pueros virginesque ciborum promos esse volunt auctores Poeni Graecique Columell. R. R. XII. 4. idemque significare videtur Eupolidis versus ap. Etym. M. 422. 43. εἰ μὴ κόρη δεύσειε τὸ σταὶς ἦθος.

Digitized by Google

μοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος Athen. 645. E. Is est locus celeberrimus in orationum Demosthenicarum corona p. 313. ubi Aeschinem dicit matri tympanistriae in Sabaziis apparentem corollarii loco a piis vetulis accepisse ἔνθρυπτα καὶ στρεπτοὺς καὶ νεήλατα, quae verba inde certatim celebrantur: οὔτε ἔνθρυπτον οὔτε στρεπτὸν, οὔτε νεήλατον Julian. Ep. XXIV. 393. ἔνθρυπτα καὶ στρεπτούς Aristid. Or. Plat. II. 307. et hinc in Phot. Bibl. CCXLVIII. 711. 2. eodem accentu notata; τὸν τὰ νεήλατα τεθαυμακότα Liban. Declam. LXIV. 431. eaque nomina Pollucis loco mendoso VI. 77. πλακούντων εἴδη, ἄμης, πυραμοῦς, σησαμοῦς, ἔγχυτος, ἔνθρυα, στρεπτὴ, νεήλατα, restituerunt alii. De horum vocabulorum primo Harpocratio rejecta Didymi interpretatione sic commentatur: Ἔνθρυπτα τὰ ἐκ πεμμάτων, ἢ τὰ ἐνθρυβόμενα βρώματα· ἔνιοι δὲ ταῖς τελεταῖς αὐτὰ προσοικειοῦσι. quae eodem modo ab Etym. M. p. 341. relata magnam pro rei magnitudine dubitationem relinquunt, utrum placenta significetur an intrita e crustulis, sicut etiam nomen μυττωτόν ambigitur, quod vulgo τρίμμα ἐξ ἀρτυμάτων πολλῶν, ἔνιοι δὲ πλακοῦντα διὰ λαχάνων. Sed Athenaeus l. c. aperte placentis adnumerat; idque etiam numerus pluralis indicare videtur. Hesychius: Ἀτταλίδες πλακοῦντες ἐνθρυπτοί, accentu ubique variante. Anecd. Bekk. p. 250. ἔνθρυπτα ψωμοὶ οἴνῳ βεβρεγμένοι, οἷς ἐπιχεῖται ἡ φακῆ. sed p. 97. ἐνθρυπτά scribitur e Demosthenis loco. De secundo vocabulo Harpocratio breviter: Στρεπ-

Digitized by Google

τοί, πλακοῦντες· Anecd. Bekk. p. 303. addunt τὸ πλάσμα στρεπτόν. Schneiderus ad Cat. c. 77. similes spiris fuisse putat, quarum fabricam tradit Cato; scriblitae nomen indidem derivant Scheffer. de Torq. c. II. et Funccius de Adolesc. Ling. Lat. p. 246. quasi pro striblita dictum, ut stribligo et strebulus; et possumus plura rotundarum et tortarum placentarum genera huc referre: Στρέμμα εἶδος πλακοῦντος Hesych. Στρόβιλοι οἱ ἐπιθυόμενοι θεοῖς Anecd. Bekk. 302. Ὁλοοίτροπα παρὰ Ῥοδίοις ἑπτὰ (λεπτὰ) πλάσματα εἰς θυσίαν Hesych. quae Schneiderus ad Argon. 960. cum Orphei οὐλοπλάσματα confert, disci formae similia. Tum illa φθοῖς τροχία, quam aliquis in Addaei Epigr. I. 241.[†] cum aliis munusculis Cereri affert et Suidas interpretatur hoc modo: ἔστιν ὄνομα πλακοῦντος, πέμματα ἃ τοῖς θεοῖς μετὰ τῶν σπλάγχνων ἔθυον, deinde ὁ ἐπικύκλιος placentae Syracusanae genus Athen. XIV. 645. E. fortasse etiam ἁμαξὶς εἶδος πλακοῦντος ἦν κοπτὴν φασι Zonar. p. 148. et Romanorum spaeritae, tortae[x] et circuli. Festus p. 36. arculata dicebantur circuli, qui ex farina

[†] Φθοῖς quo modo apparetur, docet Etym. M. 793. 5. ubi legitur imperativus ἐπίβαλον, quem notatis ad Phryn. p. 348. addi velim. Ὑφειλον aufer Isaac. Mon. Comput. p. 386. D. 387. B. 388. E. et Andreas Hieros. Method. p. 393. et 394. βάλον Opusc. de aurea script. in Fabric. Bibl. T. XII. 772.

[x] Isidor. L. VIII. c. 2. panis oleo conspersus in medio concavus et tortus, haec est torta panis. Similiter participia intrita, offensa, repulsa, fossa, impensa, subsessa ac fortasse deducta quoque et inserta, substantivorum modo usurpantur.

Digitized by Google

in sacrificiis fiebant, quos lixulas a Sabinis dici Varro testatur.

De postremo Harpocratio: *Νήλατα τὰ νεωστὶ ἀληλεσμένα, ἃ δὴ μέλιτι ἀναδεύοντες ἀσταφίδας καὶ ἐρεβίνθους ἐμβαλόντες τοῖς τὰ ἱερὰ τελοῦσιν ἔνεμον, ἐκάλουν δὲ αὐτὰ τὸ μὲν ἀμβροσίαν, τὸ δὲ μακαρίαν,* et pariter Anecd. Bekk. p. 282. *νήλατα — νεωστὶ ἀληλεσμένα· καλοῦσι δὲ ἀμβροσίαν λίπους.* Schneiderus et Passowius ex illo Demosthenis loco *ἐνήλατα* afferunt, nescio quo jure; nam ibi *νήλατα* legitur, idque non ut Grammatici praecipiunt sed a verbo *ἐλαύνειν* compositum [†] est, ut *Ἔλατρα πέμματα πρὸς θυσίαν* Hesych. *Ἐλατήρ πέμμα πλακουντῶδες ἢ ἄρτος, πλατὺς, ἐν ᾧ ἔτνος ἐτίθεσαν καὶ προσῆγον τῷ βωμῷ* Suid. cf. Interpr. ad Arist. Eqq. 1190. Illi ad *ἀλέω* aberrarunt, unde *ἄλευρα νεάλεστα* Schol. Nic. Alex. 412. nisi rei potius quam verbi naturam declarare iis propositum fuit. Ceterum si quis recentissima quaeque instituta a tabida vetustate repetere gaudet, is cum voluptate audiet haec opera pistoria, quae hodie circa tempus Carniprivii sive Hilariorum ex oleo aut butyro liquefacto coqui solent nomenque habent a sartagine, reliquias esse illorum Bacchanaliorum, quibus duo clarissimi Graeciae oratores interfue-

[†] Nescio cur vir doctus hoc vocabulo nos uti vetet, quo Quinctilianus et Priscianus persaepe usi sunt. Illis Antibarbarorum praeceptis, quae nuper Krebsius collegit, in disputationibus grammaticis et antiquariis neque Wolfius se adstrinxit neque Ruhnkenius, ac ne fieri quidem potest ut omnia verbis probatissimis et maxime Ciceronianis exprimantur. Alia est orationum et totius *ἐπιδεικτικοῦ εἴδους* conditio.

Digitized by Google

runt. v. Fr. Tzschucke Fastnachtsgebräuche Berol. 1792. p. 42. Sed hinc nos avocant bacchicae placentae a Clemente l. c. enumeratae σησαμαῖ καὶ πυραμίδες καὶ τολύπαι καὶ πόπανα πολυόμφαλα καὶ φθοῖς, quarum singulae singulatim nosci merentur. Φθοῖς igitur, ut ab extremo incipiam, Erotianus p. 388. docet fuisse εἶδος ποπάνων πλακούντων οὕτως καλούμενον παρ' Ἀττικοῖς, ᾧ χρῶνται εἰς τὰς θυσίας· ἔστι δὲ τῷ σχήματι ὅμοιον κάρδῃ[y]. Τολύπαι et βήρηκες in recensu mazarum nominantur Athen. III. 114. licet idem distinguat utrumque IV. 140. A. τολύπης nomine massam subactam necdum coctam (προφύραμα μαζῶν) significans; sed hoc non ubique servatur discrimen. Formam nomina ipsa declarant, quibus convolutum quiddam et pulvini modo conglomeratum significatur. Festus: Glomus in sacris crustulum cybii figura et oleo coctum appellatur. Huic simillima ἀγαθίς, de qua Eustathius p. 1166. 32. ἀγαθὶς καὶ σησαμίδα δηλοῖ[z] et Hesychius: Ἀγαθίδες, σησαμίδες. Glossae Gr. Lat. Ἀγαθίδες, globuli. Mellitos globulos verborum Petron. I. 5. Festus: Pastillum genus libi rotundi in sacris. Atque haec quidem genera forma orbicularis distinguit a turundis. Glossae veteres: Κολλύρια to-

[y] Stephani MS. Καρδάμῳ, Eustoch. καρδάμῃ. Placentae profanae ap. Polluc. VI. 76. ἄνθεμα, θριδακίνη, φύστη, οἰνοῦττης. ἐφίερος, δάνδαλις, λωλὼ, διακόνιον, καρδάμῃ. quae potius καρδαμῇ dicenda, sicut φακῇ. Athenaeus III. 114. F. φύστην, καρδαμάλην, βήρηκα καὶ τολύπας· propriam quandam ejus formcm fuisse, Erotiani verba docent, si modo vitio carent.

[z] Σησαμίδες πέμματα σφαιροειδῆ Athen. XIV. 646. F.

Digitized by Google

runda. Nonius de Gen. Cib. p. 552. turundam ut libum sacrum quoddam ex farre genus panificii, quod Graeci *πόλφον* dicere videntur, id est *μῆρυμα ἐκ σταιτός*, ut Pollux interpretatur, *βρῶμα πολτῶδες* Erotianus. Plinius H. N. XVIII. 8. et hodie sacra prisca atque natalium pulte fritilla conficiuntur. *Πόλτος τὸ Πυανέψιον ἔψημα* Hesych. sicut *ἐν τοῖς Θησείοις ἀθάραν ἤσθιον* Schol. Plut. 637. Collyriorum nomen diffamarunt Collyridiani haeretici [†], quorum superstitionem Epiphanius L. III. T. I. c. 78. et 79. p. 1054. D. comparat idololatriae Israelitarum reginae coelorum placentas (Chavanim) immolantium, amphiphontis instar, ut Ev. Otto censet De diis vial. p. 42. exornatas.

Pyramis unde dicta sit, veteres disceptant. Etym. M. *Πυραμίς ἡ ἐκ πυρῶν καὶ μέλιτος ὥσπερ σησαμίς· τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ σχήματος.* nisi posterior glossae pars ad illas Pyramides pertinet quibus nomen a flamma inditum [a] quasque nec tempus edax conterere potuit, nedum humani dentes. Accedit Hesychius: *Πυραμοῦντα τὴν πυραμίδα*, unde apparet quo jure Schweighaeuserus ad Athen. XIV. 647. C. dixerit, *πυραμίς* apud nullum Grammaticum tanquam placentae nomen occurrere. Sed distinguit Athen. XIV. 647. B. *Ἰατροκλῆς μνημονεύει τοῦ πυραμοῦντος, διαφέρειν λέγων τῆς πυραμίδος· γενέσθαι γὰρ ταύτην ἐκ πυρῶν πεφωσμένων, αὗται*

[†] v. Muenter. Miscell. Hafn. T. I. Fasc. II. 154.
[a] Schol. Cruq. ad Hor. L. III. 30. 2.

Digitized by Google

δὲ ἄθλα τίθενται ταῖς παννυχίσι τῷ διαγρυπνήσαντι. ubi plura, quibus discrimen utriusque generis traderetur, excidisse videntur, sic ut postrema non de pyramide sed de pyramunte seu pyramunto accipienda sint, quem in pervigiliis conviviisque sacris et profanis victoribus distributum esse fere omnes consentiunt. Etym. M. s. Κοτταβίζω· Ἄθλα οἱ νικῶντες ἐλάμβανον πλακουντίσκους πυραμοῦντας ἢ σησαμοῦντας. Plutarchus in exitu Symposii: πυραμοῦς ἐσεφέρετο τοῖς παισὶ νικητήριον ὀρχήσεως. Artemidor. I. 72. p. 61. κοπταὶ (add. καὶ) σησαμίδες καὶ πυραμοὶ ἀγαθαὶ πᾶσιν· ἦν γὰρ ὁ πυραμὸς παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐπινίκιος[b]. Schol. Pind. Ol. IX. 1. ὁ πυραμοῦς εἶδος πλακοῦντος ἐκ μέλιτος ἑφθοῦ καὶ τυρῶν (scr. πυρῶν) πεφρυγμένων· ταῦτα δὲ ἐτίθεσαν ἄθλα τοῖς διαγρυπνηταῖς quibuscum congruunt Lexicographorum testimonia notissima. Athenaeus XV. 686. C. χαρισίους vocari dicit placentas, quae in pervigiliis saltatores accipiant[d], quibus simile praemium commemorat Hesychius: Συρμαία ἀγών τις ἐν Λακεδαίμονι ἔπαθλον ἔχων συρμαίαν· ἔστι δὲ βρῶμα διὰ στέατος καὶ μέλιτος. Quod superest, πόπανα πολυόμφαλα ab usitato placentarum sacrificalium praesertim ornamento cognominata sunt;

[b] Utrum πυραμός deminutum sit ex πυραμοῦς correpta postrema ut διπλός, ἁπλός, an proprium paragogae genus ut οὐλαμός, ὄρχαμος, ἐμπείραμος, aliquando accuratius quaerendum erit. Altera adjectivi forma est πυράμινος, ut κριθάμινος, συκάμινος.

[d] Idem Aristophanis verba ἡμέτερος ὁ πυραμοῦς interpretatur ἡμέτερον τὸ τερμάτιον, ubi πεμμάτιον potius quam θεμάτιον, quod Boeckhius probabat, reponendum videtur.

Digitized by Google

scuti Romani formam Polybius VI. c. 25. comparat cum *ποπάνοις ὀμφαλωτοῖς τοῖς ἐπὶ τὰς θυσίας ἐπιτιθεμένοις.* placentae *μεσόμφαλοι* Pollux II. 169. *πόπανα ὀρθόμφαλα, δωδεκόμφαλα* in Inscr. Attica Corsin. Fast. Proll. I. Boeckh. I. N. 532. quae plura liborum genera continet, *μελιτοῦττα, νασταί, παγκαρπία.* Simile quoddam ornamentum *πηνία ἃ ἐπετίθετο τοῖς πλακοῦσιν* ap. Hesych. et Poll.

E numero liborum, quorum nomina prodita sunt, unum restat *Συρβηνόν πόπανόν τι ὃ παρετίθετο τῇ Ἀφροδίτῃ·* nam de Psammetis supra dictum est. Sed multa non nominatim sed generatim memorantur, velut *πέμματα ἐπιχώρια* Aegiensium Paus. VII. et Atheniensium VIII. 24. et illa *θύματα ἐπιχώρια,* quae Thucydides I. 126. tempore Diasiorum in aras imponi refert, Scholiastes autem *πέμματα εἰς ζώων μορφὰς*[e] *τετυπωμένα* interpretatur fortasse Maniolas quasdam significans hominum vicarias[f]; nam Diasia Jovi Milichio et diis manibus consecrata erant. De his figuratis, ut ita dicam, placentis opportune nos edocet Proculus in Polit. p. 419. *ἐνταῦθα Πλάτων ἔθος ἡμᾶς ἐδίδαξε τὸ Ἀττικὸν, ὡς ἄρα γυναῖκες ἦσαν οὐχ αἱ ἀλετρίδες μόνον ἀλλὰ καὶ αἱ ποπανοποιοὶ μιμούμεναι τὰς φύσεις τὰς πλαττούσας ὅσα τοῖς θεοῖς ἀνιᾶσι ζῶα καὶ φυτά·* quae sic scribi malim: *αἳ μιμούμεναι — ἀναπλάττουσιν.* In Ado-

[e] Gloss. *Μορφαὶ εἰς θυσίαν,* bolites.

[f] De his mox paullo; Heliodorus VI. 14. 249. *πέμμα στεάτινον εἰς ἀνδρὸς μίμημα πεπλασμένον εἰς τὸν βόθρον ἐνέβαλε* (saga).

Digitized by Google

nidis thalamo Adoniazusae Theocriteae XV. 115. admirabundae spectant

Εἴδεα ὅσσα γυναῖκες ἐπὶ πλαθάνῳ πονέονται [g]

et inter haec

πάντ' αὐτῷ πετεηνὰ καὶ ἑρπετὰ τᾷδε πάρεστι.

Varro de L. L. IV. p. 30. Panis vocatur, quod primo figuras faciebant mulieres in panificio Panis posteaque figuras facere instituerunt alias. Diomedes Gramm. L. III. 8. p. 484. ubi de solemnibus Siculis in honorem Dianae institutis: Erat panis magnus omnium ferarum imagine completus et uter cum vino et follis cum omnium leguminum genere. Arnobius VII. c. 8. pusiones, ut abstineant ploratibus, passerculos, pupulos, equuleos, Panes accipiunt, quo loco interpretes postremo nomine Panis sigilla denotari existimant [h]. Hujusmodi autem placentas sigillatas diis quoque pro sacrificiis oblatas esse res est vulgatae notitiae sed causa anceps, ornatusne gratia et elegantiae id institutum sit an ad assimulandam victimarum speciem. Pythagoras quidem, quem religio impediebat deorum aras sanguine cruentare, *βοῦν*

[g] Wartoni dubitationem penitus tollit Matronis locus Athen. II. 112. C. de coquo: *παντοίας ἰδέας τεύχων.* Pistoris est Unum genus in multas variare figuras Manil. V. 284. de dulciario Martial. XIV. 222. Mille sibi dulces operum manus ista figuras extruit.

[h] Sic nomen Cajoli apud Statium interpretantur, bellaria puerorum imaginem referentia, sicut Ernеum libi genus *παρὰ τὸ ὄρνεον*, quod avis figuram haberet Scalig. ad Catal. p. 226.

Digitized by Google

σταιτίνην subdidit Porph. V. P. p. 22. eodemque modo Empedocles sese religione exsolvit. v. Sturz. ad Emp. p. 15. Minus speciosa causa Cyzicenorum, qui obsidione pressi, quum Proserpinae instarent solemnia neque copia esset buculae nigrae, σταιτίνην πλάσαντες τῷ βωμῷ παρέστησαν Plutarch. V. Lucull. c. X. 289. quod idem pauperiores Aegyptiorum facere tradit Herodotus II. 47. σταιτίνας πλάσαντες ὗς καὶ ὀπτήσαντες ταύτας θύουσι. Locrorum facetum inventum narrat Plutarchus in Prov. Alex. XXIV. 1257. οἱ Λοκροὶ ἀποροῦντες βοῶν πρὸς δημοτελῆ θυσίαν σικύοις ὑποτίθενται ξύλα μικρὰ καὶ σχηματίσαντες βοῦν, τούτῳ τὸ θεῖον ἐθεραπεύσαντο. Nec secus Melii, quum bos Herculi mactandus aufugisset, μῆλον λαβόντες καὶ κλάδους ὑποθέντες ἔθυσαν Suid. s. Μήλιος cf. Mueller. de Dorib. T. I. p. 455. not. Diversam his causam significat Festus p. 223. Maniae ficta quaedam ex farina in hominum figuras, quas alii maniolas appellant. Macrobius hoc nomine plagunculas dictas esse narrat quae abrogatis victimis humanis puerorum loco pro foribus singulorum suspenderentur; quemadmodum idem Argeos et cereos Saturnales hominibus vicarios successisse existimat vano, ut mihi videtur, argumento; nam illius moris alia reddi potest ratio neque Romani unquam homines nisi peregrinos aut noxios dis inferis consecrarunt. Cereas item hominum imagines ex Amasidis instituto sacrificatas esse pro hominibus ipsis Porphyrius refert. v. Jablonsk. Panth. III. 3.

Digitized by Google

70. quod vereor ne falsum sit; nam is mos pervagatus fuit nec cum Amaside coepit. Servius II. 116. quum de animalibus, quae difficile inveniuntur, est sacrificandum, de pane vel cera fiunt cf. Anthol. Lat. L. VI. Ep. 43. Postremo, quum deo cuidam placentae offerrentur, animalium quae ei aut grata aut inimica ducerentur, signa impressa esse apparet e Plutarch. de Is. 50. 174. *θύοντες ἑβδόμῃ τοῦ Τυβὶ μηνὸς — ἐπιπλάττουσι τοῖς ποπάνοις ἵππον ποτάμιον.*

Exposita placentarum figuratarum et non figuratarum varietate et multitudine[i] redditisque earum causis brevis disputatio superest, mos ipse quando increbuerit. Veteres quidem nostri qui *πάντα ἴσαντι καὶ ὡς Ζεὺς ἀγάγεθ' Ἥραν,* promtissime respondent, antiquissimis temporibus nulla fuisse nisi *ἀγνὰ θύματα,* primitias frugum, mella, lactisque liquores et ex his composita *ψαιστά* et *πόπανα.* Cujus opinionis fuere Plato Theophrastus omnesque ii, qui primos mortalium justissimos et innocentissimos vixisse arbitrati sunt; quod alii contra putant, genus nostrum, quum modo terra editum esset, victu et moribus ferarum simillimum fuisse; pari, ut patet, utrique jure; nam de rebus quae sciri non possunt, omnes tantumdem sciunt. Apud Homerum quidem

[i] Muellerus De Dorib. T. I. 217. Die pataraeischen Oblationen von Kuchen erinnern an die aehnlichen Gebräuche von Delos und bestätigen das verschwisterte Verhältniss dieser Cultusörter. Hoc quidem argumentum levius est, quum omnibus ubique diis liba oblata esse constet.

Digitized by Google

nulla liborum mentio, neque in epulis deorum neque in coenis domesticis et quotidianis, ipsaque nomina *ψαιστά* et *πόπανα* veteres Grammatici non prius quam in Ibyci et Stesichori carminibus inveniri testantur Athen. III. 169. IV. 172. D. unde patet, illos *ἀγνοὺς βωμούς*, qui apud Athenienses, Delios, Phigalenses, Eleos aliisque memorantur locis [k], tantae antiquitatis non esse quantae plerique existimant [l]. Imo credibilius videtur, hunc usum tunc demum percrebuisse, quum sacrificiorum quae heroicis temporibus rara neque a conviviis sejuncta erant, multitudo publice et privatim immensum esset aucta, vix ut civitates eorum sumtus tolerare possent, non modo tenuiores civium. Praeterea animadvertendum est liborum usu victimarum immolationem non exclusam sed illa persaepe *προθύματα* fuisse ut vocantur *τὰ πρὸ τῆς θυσίας γενόμενα θυμιάματα ἢ πλακούντια* v. Interpr. ad Arist. Plut. 661. Pausanias IX. 40. de Chaeronensium quodam sacro narrat *αἱ θυσίαι ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν θύονται καὶ τράπεζα παράκειται κρεῶν καὶ πεμμάτων πλήρης*. Athenaeus IV. 172. C. *Πανύασις περὶ τῆς παρ' Αἰγυπτίοις ἀνθρωποθυσίας διηγεῖται λέγων πολλὰ μὲν ἐπιθεῖναι πέμματα*, victimis videlicet, de quo

[k] v. Spanhem. ad Call. H. in Del. 283. et ad Plut. 659. Varro tradit esse tam Apollinis quam filii ejus aras non Deli tantum sed et in plurimis locis, apud quos hostiae non caedantur sed consuetudo sit deum solemnitate precum venerari.

[l] Draconis edictum de sacrificiis incruentis pro ficto ducit Meinersius in Hist. Liter. T. II. p. 19. uno sed valido argumento, quod ille in rebus sacris omnino nullam legem sanxerit.

Digitized by Google

mire quam errat Jablonskius. Liba autem illa partim ut ἄρτοι προθέσεως in mensa sacra, cujus crebra mentio [m], collocatas partim arae impositas [n] partim etiam igne concrematas esse legimus. Anecd. Bekk. p. 215. ἀρεστήρ πόπανον τὸ ἐν ταῖς θυσίαις ἐπιτιθέμενον κατὰ τοῦ πυρός. In Anthol. Lat. L. VI. Ep. 72. pauper inquilinus dat libum et molam in ignem. De Jani ara Ovidius Fast. I. 276. haec adolet flammis cum strue farra suis. Strues autem, ut Festus ait, genera liborum sunt, cognata fertis, quae qui afferebant, strufertarii appellabantur [o]. Fictores Pontificum in antiquis Inscriptionibus nominantur,

[m] Athen. IV. 137. E. Χιωνίδης τοὺς Ἀθηναίους φησὶν, ὅταν τοῖς Διοσκούροις ἐν πρυτανείῳ ἄριστον προτιθῶνται, ἐπὶ τῶν τραπεζῶν τιθέναι τυρὸν καὶ φύστην καὶ ἐλάας. (Caseos diis appositos esse idem testatur L. XIV. 658. D.) Porphyr. de Abst. II. 178. θέντες ἐπὶ χαλκῆς (τραπέζης) πέλανον καὶ ψαιστά Dinarch. c. Philocl. p. 92. (108.) μεταξὺ τοῦ ἔδους καὶ τῆς τραπέζης. Macrob. Sat. III. 11. 442. mensa in qua epulae libationesque et stipes reponuntur. Mensas curiales in quibus immolabatur Junoni, memorat Dionysius Ant. II. 50. 342. τὸν βωμὸν καὶ τὴν τράπεζαν τῆς θεοῦ Polyb. IV. 35. cf. Schneideri Lex. s. τραπεζόω et τραπέζωσις.

[n] Deli in ara Apollinis genitoris Diogenes tradit πυροὺς καὶ κριθὰς καὶ τὰ πόπανα μόνα τίθεσθαι ἄνω πυρός VIII. 13.

[o] Nomen fertum plerique a farcio derivant; potest etiam a fero, unde ferito et fertor Varr. L. L. VII. 118. quem locum Gesnerus in Thes. contra quam oportebat interpretatus est, infertor παραθέτης, quo utuntur Gloss. Philox. et Schol. Juven. I. 80. et Schol. Juven. I. 80. et fortasse etiam infestus, quod proprie dicitur de armis signisque quum inferuntur in hostes, unde transtulisse videtur Ennius ap. Donat. ad Phorm. II. 2. 25. advenit infertis malis, expedito brachio, lupino impetu; quomodo infestor legitur pro infertor in Pact. Leg. Sal. Tit. IX. 6. Vol. II. Proinde fertum valere videtur ferculum, quod ipsum a ferendo ductum eadem notione qua μισσώριον in lemmate Epigr. Ἄδεσπ. CCCLXXVII. 231. T. III. et missorium a mittendo. v. Canciani ad Legg. Barb. T. II. p. 99. et florifertum graeco ἀνθεσφόριον respondere, sic ut litera C in ferctum non a stirpe insita sed euphonica sit, quod idem de torctus dixerim i. e. fortis, bonus, ut fors fortuna i. e. bona, eventus fortunae bonus, ut veteres explicant, et fortis familia.

Digitized by Google

quos a libis fingendis ita dictos putant; sacerdotibus ipsis hoc muneris delegat Philostratus Iconn. L. II. 34. 858. ubi sacerdotum Dodonaeorum varia munera exponit ὁ μὲν τοῦ ἐρέψαι κύριος, ὁ δὲ τοῦ κατεύξασθαι, τῷ δὲ πόπανα χρὴ τάττειν, τὸν δὲ ἐς οὐλὰς καὶ κανᾶ. ubi dubito an scribendum sit τὸν δὲ ἐς πόπανα χρὴ τάττειν, hunc libis conficiendis praepositum esse oportet; ea certe verborum sententia est, non quam interpres expressit.

EPIMETRUM XV.

ad C. VIII. §. 6. not. primam.

Oracula de Baccho.

Primum est apud Demosth. c. Mid. p. 531.

Μεμνῆσθαι Βάκχοιο καὶ εὐρυχόρους κατ' ἀγυιὰς
ἱστάναι ὡραῖον Βρομίῳ χορὸν ἄμμιγα πάντας.

sicut emendat h. l. Hemsterhusius ad Lucian. Nigrin. §. 16. Secundum servavit Athenaeus I. 22. E.

Εἴκοσι τὰς πρὸ κυνὸς καὶ εἴκοσι τὰς μετέπειτα
οἴκῳ ἐνὶ σκιερῷ Διονύσῳ χρῆσθαι ἰητρῷ.

quod oraculis medicis adnumerandum est[a]. Tertium hoc, quod ab Eusebio refertur Pr. Ev. V.

[a] Plinius VIII. 63. a morsu canis unicum remedium oraculo quodam nuper repertum radix sylvestris ro-

Digitized by Google

36. 233. saepiusque ab antiquariis tractatum est[b] ἐπὶ τούτοις ἅπασι καὶ τοῦτο προσκείσθω

Ἀλλὰ καὶ Μηθύμνης ναέταις πολὺ λώιον ἔσται
φαλληνὸν τιμῶσι Διωνύσοιο κάρηνον.

θύουσι γὰρ αἱ πόλεις καὶ τελετὰς ἄγουσιν οὐ μόνον φαλληνοῖς Διονύσοιο καρήνοις ἀλλὰ καὶ λιθίνοις καὶ χαλκέοις καὶ χρυσέοις, οὐ μόνον φαλληνοῖς ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς Διονυσίοις καὶ ἄλλοις παμπολλοῖς Ἡσιοδείοις θεοῖς. — Οὐδ' ἂν εἷς τις Ὀλυμπίων εἰς τοῦτο ἦλθε παρανοίας, ὥστ' ἐλάϊνον κορμὸν θεῶσαι, ὃν οἱ Μηθυμναῖοι σαγήνης (scr. *σαγηνεῖς*) *ἐμπλακέντα τοῖς λίνοις ἀνείλκυσαν· ἐξ ἄκρου κεφαλοειδὴς ὁ κορμὸς ἐνεπλάκη τοῖς λίνοις.* **Oraculum ipsum, cujus facilis est correctio, Theodoretus repetit Therap. X. 962. Schulz. omissa Eusebii disputatione, cujus haec, puto, sententia est:** *τελετὰς ἄγουσιν οὐ μόνον Φαλλῆνος Διωνύσοιο καρήνοις ἀλλὰ καὶ ἄλλοις παμπόλλοις Ἡσιοδείοις θεοῖς, οὐδὲ μόνον ἐλαΐνοις ἀλλὰ καὶ λιθίνοις καὶ χαλκέοις καὶ χρυσέοις.* **quae epitheta illi e sacris scriptoribus transtulisse videntur. Jere-**

sae. Id. XXIX. 1. nec non hodie multifariam ab oraculis medicina petitur. Ejusmodi plura affert J. Lydus de Mens. p. 106. 110. 121. 123. incertum a quo edita. Pythiam ipsam Plutarchus dicit nunc non amplius de urbibus condendis et bellis gerendis consuli *ἀλλ' ἐπὶ μικροῖς πράγμασι καὶ δημοτικοῖς αἱ ἐρωτήσεις, εἰ γαμητέον, εἰ πλευστέον, εἰ δανειστέον· τὰ δὲ μέγιστα πόλεων μαντεύματα, φορᾶς καρπῶν πέρι καὶ σωμάτων ὑγείας.* — *Οἶκος σκιερός* significat umbracula, casas frondeas, papiliones, qui exstruebantur Neptunalibus (v. Fest. s. Umbrae) Carneis, Scenopegiis (quae Plutarchus Libero Patri celebrari putat) et Liberalibus ipsis; *Σκιερίαν ἑορτήν* Dionysi memorant Pausan. VIII. 23. et Pollux ab umbraculo dei (*τὸ Διονύσου σκιάδιον* Poll. VII. 127.) denominatam, ut Meursio placet.

[b] v. Liebe Goth. numm. p. 187. Böttiger Ideen zur Gesch. der Mal. p. 185.

Digitized by Google

mias Epist. I. 3. ὄψεσθε ἐν Βαβυλῶνι θεοὺς ἀργυροῦς καὶ χρυσοῦς καὶ ξυλίνους. et saepius v. 10. v. 29. v. 56. Daniel. V. 4. et 23. τοὺς θεοὺς τοὺς χρυσοῦς καὶ ἀργυροῦς καὶ χαλκοῦς καὶ ξυλίνους καὶ λιθίνους. Quoniam vero fieri nequit, ut a φαλλός ducatur adjectivum φαλληνός, substitui genitivum Φαλλῆνος, tanquam epitheton Dionysi, cujus formae exemplum non suppetit, sed similitudo apparet in ἕρπης, ἕρπητος et ἑρπήν, ἑρπῆνος, eoque etiam nomen Φαλήνιος ab Aristophane joculariter fictum Hesych. s. Ἐπὶ φαλινίου reducendum videtur. Nam ne βαλλῆνος reponerem obstabat Pausaniae narratio X. 19. ἁλιεῦσιν ἐν Μεθύμνῃ τὰ δίκτυα ἀνείλκυσεν ἐκ θαλάσσης πρόσωπον ἐλαίας ξύλου πεποιημένον· τοῦτο ἰδέαν παρείχετο ξένην· εἴροντο οὖν οἱ Μεθυμναῖοι τὴν Πυθίαν, ὅτου θεῶν ἢ καὶ ἡρώων ἐστὶν ἢ εἰκών· ἡ δὲ αὐτοὺς σέβεσθαι Διόνυσον Κεφαλλῆνα ἐκέλευσε, ubi idem nomen Φαλλῆνα subrogandum est inepto Κεφαλλῆνι; quid enim commercii habet lignum a Methymnaeis e mari extractum cum Cephallenibus aut quis a nomine κεφαλὴ adjectivum κεφαλλήν, capitatum significans, derivari posse credat? A Pausania autem et Eusebio eandem historiam narrari, singula verba probant. Nam quod Zoega de Obelisc. p. 229. nescire se fatetur quomodo πρόσωπον prioris cum κεφαλοειδεῖ κορμῷ alterius consistere possit, id facile solvitur si sumamus truncum illum lineamenta oris humani, formam autem a vertice cunei similem habuisse, quam formam qui habent φοξοί s. ὀξυκέφαλοι, latine cilones, a

Digitized by Google

nobis Spitzköpfe vocantur. Hunc igitur caudicem, in quo natura quasi ludibunda faciem adumbraverat — nisi fuit veteris statuae fragmentum in mare abjectum [c] — Pythia Dionysi nomine consecrari jussit et quidem Φάλητος vel Φαλλῆνος, quia alterutra pars in phallum exibat.

Quintum oraculum est de temperatura vini in Schol. Vict. ad ll. VI. 136. ubi fuga Dionysi varie explicatur: ἢ ὅτι χρησμὸς ἐδόθη ἁλιεύειν ἐν τόπῳ Διόνυσον ἁλιέα βαπτίζοιτε, ὡς Φιλόχορος (Fragm. p. 100.) quibus adjunge quod Plutarchus Quaest. Natur. in lemnate Cap. X. refert: Δία τὶ τῷ οἴνῳ θάλασσαν παραχέουσι, καὶ χρησμόν τινα λέγουσιν ἁλιεῖς κομίσθῆναι προστάττοντα βαπτίζειν τὸν Διόνυσον πρὸς τὴν θάλασσαν. Hic Ἁλιεῖς reponendum et in Scholiastae verbis χρησμὸς ἐδόθη Ἁλιεῦσιν. Pythiae verba esse videntur Διόνυσον ἁλιβδύοιτε (τουτέστι βαπτίζοιτε) θαλάσσῃ.

Sextum hoc quod Clemens tangit Strom. I. 349. λέγεται ἐν χρησμῷ τινι στῦλος Θηβαίοις Διόνυσος (Θηβαίοισι Διώνυσος) πολυγηθής· ἀλλὰ καὶ Εὐριπίδης ἐν Ἀντιόπῃ Κομῶντα κισσοῦ σῦλον Εὐΐου θεοῦ· de quo loco docte disserunt Antiqq. Herculanens. editores T. IV. p. 82. sq.

[c] Stephanus: Διονύσου πόλις ἐν τῷ Πόντῳ, ἡ πρότερον Κρουνοί. Διονυσιακοῦ δὲ προσπεσόντος ὕστερον ἐκ τῆς θαλάττης τοῖς τόποις ἀγάλματος οὕτως ἐκλήθη. Διονύσου πόλις β Φρυγίας, κτίσμα Ἀττάλου καὶ Εὐμένους ξόανον εὑρόντων Διονύσου περὶ τοὺς τόπους.

Digitized by Google

EPIMETRUM XVI.

ad C. VIII. §. 6. not. l.

Hesychius *Δύσμαιναι αἱ ἐν Σπάρτῃ χορίτιδες Βάκχαι*, quas Meinekius in Euphor. p. 93. seq. Caryatidas interpretatur bacchabundas, *Δύμαιναι* corrigens, quod et Fiorillo suasit ad Herod. Att. p. 105., et *ἐν Καρύαις* propter Pratineae fabulae elogium *Δύμαιναι ἢ Καρυατίδες*. Illud mutari dubito an opus non sit; nam ut *δυσμὴ ἡλίου* dicitur sive potius pluraliter *δυσμαί*, sic urbs illa *Δύμη Ἀχαΐας ἐσχάτη πρὸς δύσιν* Steph. B. sive *δυσμικωτάτη ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα* Strab. IX. 387. Etym. M. p. 291. eodem modo vocari potuit, et in Persae Epigr. VII. 5. T. II. cod. Plan. *Δυσμαῖοι* praebet. Non magis sollicitandum puto alterum *ἐν Σπάρτῃ*, quanquam Liberi et Caryae commercia memorat Servius ad Ecl. VIII. 30. Nam fieri potest ut genus illud saltatricum Spartam quoque pervaserit. Mulieres Laconicas non solum Libero Patri[a] ejusque nutricibus[b] sed etiam Dianae et Apollini bacchantum ritu supplicasse, ostendunt Aristophanis versus

ἔτε πῶλοι δ' αἱ κόραι
πὰρ τὸν Εὐρώταν
ἀμπάλλοντι πυκνὰ ποδοῖν ἐγκονιῶσαι,

[a] Paus. III. 13. et nott.

[b] Helena rapta *θύουσα ταῖς Βάκχαις καὶ τῇ Ἰνοῖ* Schol. Lyc. 103. De fano Dianae abductam tradit Hygin. Fab. LXXIX. Orthiae quidem, ut placet Plutarcho V. Thes. c. 31.

Digitized by Google

ταὶ δὲ κόμαι σείονθ' ἅπερ Βακχᾶν
θυρσαδδωᾶν καὶ παιδδωᾶν [c].

Qua imagine ante oculos posita facile, quo veterum testimonia tendant, intelligemus. Hesychius: *Λόμβαι αἱ τῇ Ἀρτέμιδι θυσιῶν ἄρχουσαι ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν παιδιὰν σκευῆς· οἱ γὰρ Φάλητες οὕτω καλοῦνται·* cui nomini *ἰγδίσματα* et crissantium *σχήματα* subjecta esse docet latini vocabuli lumbi affinitas, quod inepte a lubedine derivant. Sed quibusnam hoc ludierum complacuerit, declarat idem his verbis: *Βυλλίχαι χοροί τινες ὀρχηστῶν παρὰ Λάκωσι — Βρυαλίπται ὀρχησταὶ μετ' αἰδοίου.* Dianae in honorem hoc institutum esse tradit Pollux IV. 104. *λακωνικὰ σχήματα Καρυατίδες ἐπὶ Ἀρτέμιδι καὶ βαρυλλικά — προσωρχοῦντο δὲ γυναῖκες Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτέμιδι,* et quidem Corythalliae, ut ex Hesychio cognoscimus: *Κύριθρα πρόσωπεῖα ξύλινα — Κύριττοι οἱ ἔχοντες τὰ ξύλινα πρόσωπα κατὰ Ἰταλίαν καὶ ἑορτάζοντες τῇ Κορυθαλλίᾳ γελοιασταί,* unde nomen habent *Κορυθαλλίστριαι.* Quae quam arcte inter se cohaereant, apparet ex aliis Hesy-

[c] Autocrates in Tympanistis Aelian. H. An. XII. 9.
Οἷα παίζουσι φίλαι
παρθένοι Λυδῶν κόραι
κοῦφα πηδῶσαι, κομῶσαι,
κἀνακρούουσαι χορείαν
Ἐφεσίαν παρ' Ἄρτεμιν
κάλλιστα καὶ τοῖν ἰσχίοιν
τὸ μὲν κάτω, τὸ δ' αὖτ' ἄνω
ἐξαίρουσαι, οἷα κίγκλος ἄλλεται,
quod obscoenum genus saltationis fortasse significant illi apud Martialem I. 1. molles Triviae honores, in quos jam Nicol. Loensis inquisivit Epiph. VI. 25.

Digitized by Google

chii glossis: *Βρυταλίχα πρόσωπον γυναικεῖον καὶ αἰσχρὸν — ὅθεν καὶ τὰς μαχλάδας βρυδαλίχας καλοῦσι Λάκωνες. Βρυλλοχισταί, οἱ αἰσχρὰ προσωπεῖα περιτιθέμενοι γυναικεῖα καὶ ὕμνους ᾄδοντες.* Cujus generis cantiunculae fuisse videntur, quas Athenaeus memorat XV. 697. *τοιούτων ᾀσμάτων πλήρης ἡ Φοινίκη, ἐν ᾗ καὶ αὐτὸς περιήει καλαμίζων μετὰ τῶν τοὺς κολάβρους συντιθέντων.* ubi fortasse *καλαβίζειν* reponendum. Hesychius *Καλαβίδες, τὸ περισπᾶν τὰ ἰσχία καλαβοῦσθαι*[d]· *ἐν τῷ τῆς Λερναίδος ἱερῷ Ἀρτέμιδος ᾀδόμενοι ὕμνοι — Καλαοιδία* (leg. *Καλαβίδια*) *ἀγὼν ἐπιτελούμενος Ἀρτέμιδι παρὰ Λάκωσι — Καλλιβάντες γένος ὀρχήσεως ἀσχημόνως τῶν ἰσχίων κρατουμένων*, id est, *περιαγομένων*. Diana apud Eleos nomen habuit *Κόρδαξ*, a lascivis tripudiis ductum, quorum exemplum Phryges Pelopis comites prodidisse, more Sipyleno cordacem ducentes, fama ferebat Paus. VI. 22. Doriensium sacra plena fervoris et petulantiae fuisse documento sunt Virginibus bacchata Lacaenis Taygeta Virg. Georg. II. 487. et confirmat Schol. Eur. Hec. 915. *αἱ Δωρίδες κόραι ἐρχόμεναι εἰς τὸν ναὸν τῆς Ἀρτέμιδος ἐνθουσιῶσαι μετὰ ἑνὸς μόνον χιτῶνος ὠρχοῦντο*[e] sive, ut paullo ante dicit, *ἐβρύαζον*, quod verbum de bacchantibus et comissantibus dicitur; Hesychius: *Βρυάσομαι, ἀναβακχεύσομαι.*

[d] Non recte Ilgenius de Scol. Poes. XLIII. hoc refert ad parturientium habitum.

[e] Sic scribendum pro ἤρχοντο et in seqq. *ἐπικαμίσου* pro *ἐπικαμινοῦ*.

Digitized by Google

Synesius Encom. Calv. 68. D. ἀνασείεσθαι καὶ βρυάζειν. v. Jacobs. ad Aemilian. Epigr. II. Vol. II. P. II. 300. [f] et Lycurgi lex τὰς κόρας πρὸς ἱεροῖς τισιν ὀρχεῖσθαι καὶ σκώμματα λέγειν Plut. V. Lyc. XIV. totaque gentis hujus mimica vernilitas [g].

Ab his autem fanaticis Dianae sacris non abhorret deae ipsius turbulentus incessus montes silvasque cum ingenti strepitu pervagantis, quam Timotheus publice praedicavit μαινάδα, θυιάδα, λυσσάδα, φοιβάδα, reprehensus ob hoc a Cinesia, qui haec audiens continuo subjecit τοιαύτη σοὶ γένοιτο θυγάτηρ Plutarch. de Aud. Poet. c. IV. Cicero omnivagam vocat N. D. II. 27. quod non procul a vulgivaga abest, nec id latuit deae calumniatores. Cyrillus c. Jul. IV. 129. C. τὴν Ἀπόλλωνος ἀδελφὴν τὴν σοβάδα καὶ ἰοχέαιραν, velut vilem meretriculam traducens; nam haec deae castissimae epitheta eadem sunt luparum cognomina ἡ σοβάς, ἡ μαινάς, ἡ τριοδῖτις. Σοβὰς πόρνη Eupolis Schol. Arist. Pac. 809. ἡ μαχλὰς, ἡ τριοδῖτις σοβάς Philo de Profug. p. 472. de Merced. meretr. p. 862. A. [h]. Nomen

[f] A verbo βρύω descendit βρύλλω deminutiva forma ut a μύω, μύλλω, βδέω, βδύλλω, quibus respondent latina sorbillo, cantillo, conscribillo, et porro βρυαλίζω ut ἁρπαλίζω, δαμαλίζω, atque βρυλλάχω (ut νηπιάχω) βρυλλαχίζω.

[g] Lycurgum Dei Risus statuam consecrasse refert Plutarchus Lyc. c. XXV. — Eodem tempore, quo haec commentatio primum edita est, hunc locum tractavit Otfr. Muellerus in Dor. T. II. p. 342. quicum mihi pleraque conveniunt; quod eo promtius profiteor, quo saepius in temporis mythici tractatione a viro pererudito discedere coactus sum.

[h] Epiphanius c. Haer. T. II. p. 56. γυναῖκα ῥεμβάδα, πορνάδα. quorum prius ex Jesai. XXIII. 16. λάβε κιθάραν, ῥέμβευσον,

Digitized by Google

τριοδῖτις Athenaeo restituendum censeo VI. 256. D. ubi ex feminis aulicis apud Satraparum uxores ancillaria munera functis et ad omnem humilitatem abjectis nonnullas in Macedoniam venisse regiamque consuetudinis suae corruptela infecisse narrat: καὶ τὰς τῶν ἐκεῖ κυρίας καὶ βασιλίδας ὃν τρόπον ταῖς ὁμιλίαις διέθεσαν, οὐδὲ λέγειν καλὸν, πλὴν ὅτι μαγευόμεναι καὶ μαγεύουσαι ταυροπόλοι καὶ τριοδοί τινες αὗται πρὸς ἀλήθειαν ἐγένοντο, πλήρεις πάντων ἀποκαθαρμάτων, quibus haec sententia subest, feminas nobiles ab illis magistris sic institutas esse ut nullam explendae libidinis viam aut nescirent aut detrectarent ac ne magicis quidem artibus abstinerent amoris inflammandi et sedandi potentissimis; ideoque μαγευόμεναι καὶ μαγεύουσαι dicuntur, quia lenae eaedem sagae et erant et nominabantur[i]; τριοδίτιδες autem quia haec scortorum statio — ἐπὶ τριόδου καθέζεται πόρνης δόξαν παρασχοῦσα Philo de Congress. quaer. p. 442. A. et ταυροπόλοι quia virosae, quasi dicas ταυριῶσαι. Quanquam etiam Dianae Tauropolae nomini nonnullos bacchandi et lymphandi notionem subjecisse e Soph. Aj. 172. col-

πόλις πόρνη. Hesychius Ἁρομὰς ἡ ἑταίρα. Philes Carm. Ined. II. in Thorlacii Prolus. Acad. Vol. III. p. 65. ὦ γραῦς σοβᾶς πρόβακχε μαινὰς ἀγρία. Sobades vero Baccharum nomen. Nicetas Chon. Ann. L. II. p. 206. Διόνυσος Θυιάδας, Σοβάδας, Μαινάδας, Βάκχας εἶχεν ἑπομένας ὡς ἐρωμένας. Cyrilli Lex. in Aretini Beyträg. zur Gesch. u. Litter. T. IX. p. 257. μαινάδας, πόρνας. Zonaras p. 373. βασσαρίδες αἱ πόρναι. deglupta maenas Plaut. Poen. V. 5. 33. cf. Naekius de Choeril. p. 217. Barker. ad Etym. M. p. 1128.

[i] Artemid. II. 12. 160. γυναῖκα ἀνδρόγυνον ἢ φαρμακίδα. Apud Fessanos mulieres veneficas easdem tribades haberi narrat Leo Afric. in Descr. Afr. L. III. p. 130. ed. Antverp. 1556. cf. Salmas. ad Tertull. Pall. 346.

Digitized by Google

ligi licet. Neque haec dea ab artium magicarum tractatione tam aliena erat, quam Hemsterhusio visum ad Lucian. D. D. XXVI. 2. p. 345. T. II. in Tatiani loco pro μάγος δ' ἐστὶν Ἄρτεμις [k] haud cunctanter μαῖα corrigenti, addita ratione: Dianam magam fando quis audivit? Hecaten si scripsisset, nihil erat, quod nos moraretur; quamvis enim pro eadem utramque Theologi veteres habeant, multum tamen abest, ut munia longe disparata poetae aliique scriptores confundant; simili modo, Dianam etsi Lunam interpretentur, fuitne tamen unquam repertus, qui Dianam Endymionis amore captam diceret? Fuit sane, non solum Theophilus ad Autol. c. IX. τὴν Σκυθίαν Ἄρτεμιν τὴν ἀνδροφόνον καὶ τοῦ Ἐνδυμίωνος ἐρασθεῖσαν, sed etiam Propertius II. Eleg. XV. 15. Endymion Phoebi cepisse sororem dicitur, quos locos vir summus saepius legerat. Quod ad magicas artes attinet, Claudianus XXVI. 441. nominat Circaeas herbas Dianae, et apud Diod. IV. 51. Medea, enthea circulatrix, Dianae bacchatur nempe infernae (Stat. Silv. V. 3. 271.) cui sacrata dicitur Valer. Flacc. V. 240. Apud Statium Theb. IX. 733. Diana cantus sacros et conscia miscet murmura secretis quae Colchidas ipsa sub antris nocte docet etc.

[k] Ἡ μάγος Lucian. Asin. IV. 135. T. IV. μάγος τέχνη Phot. Bibl. CLXXXIII. 215. μάγος Κίρκη Plotin. Enn. I. L. VI. 8, 57. A.

Digitized by Google

Atque haec sagarum cum Diana commercia religio Christiana non penitus sustulit. Jam dudum Wierius de Praestig. p. 235. e Concil. Ancyr. hunc locum attulit: Quaedam sceleratae mulieres retro post Satanam conversae — credunt se et profitentur nocturnis horis cum Diana paganorum dea et innumera multitudine equitare per quasdam bestias[1]. Eadem in Augustini libro suppositicio de Anima et Spiritu legi docet Buonarotti Osserv. s. alc. Med. p. 46. eamque superstitionem e cultu Dianae Ἱπποσόας ortam putat. Sed tam longe arcessere non opus est. S. Maximus Taurinas in Serm. XXXII. qui de idolis auferendis de propriis possessionibus inscribitur: Quum cellam ingressus fueris, reperies in ea pallentes cespites mortuosque carbones — si ad agrum processeris, cernis aras ligneas et simulacra lapidea — quum maturius vigilaveris et videris saucium vino rusticum, aut Dianaticus[m] aut aruspex est. Insanum enim numen amentem solet habere pontificem — Talis sacerdos parat se vino ad plagas deae suae — est ei adulterinis criniculis hirsutum caput — ferrum gestat, in Muratorii Raccolt. T. IV. et Galland. Bibl. T. IX. 401. Quis hic non Bellonarium aut fanaticum de aede Magnae Ma-

[1] v. Baluz. Capitul. T. II. 365.

[m] Diana et ebrius crudus qui divinat rotans cum ligno bifurco memorantur in obscuro Commodiani loco Instruct. c. 19.

Digitized by Google

tris agnoscat, quos velut geminos conjungit Ovidius Pont. I. El. 37.

> Ante deum matrem cornu tibicen adunco
> quum canit, exiguae quis stirpis aera negat?
> scimus ab imperio fieri nil tale Dianae,
> unde tamen vivat, vaticinator habet.

ubi deae, ut recte monet Gronovius Observ. IV. 7. 590. diversae, sacerdotum victus idem. Dianae Pergaeae sacerdotes Gallorum more stipem collegisse auctor est Photius p. 72. et Suid. ἡ Περγαία Ἄρτεμις, τάσσεται ἐπὶ τῶν ἀγυρτῶν καὶ πλανητῶν· παρόσον καὶ ἡ θεὸς πλανᾶσθαι νομίζεται [n]. Convenit hoc ingenio deae fanaticae, vesaniam et angores animis injicere creditae. v. Hippocr. de Morb. Virg. c. III. 357. Horat. A. P. 453. [o] et sanguine cultorum placandae. Athenagoras Leg. c. 23. p. 176. οἱ μὲν ἀποτέμνουσι τὰ αἰδοῖα οἱ περὶ τὴν Ῥέαν, οἱ δὲ ἐγκόπτουσιν ἢ ἐντέμνουσιν οἱ περὶ τὴν Ἄρτεμιν. Quin illud δαιμόνιον μεσήμβρινον quod LXX. Interpr. in Psalm. intulerunt (v. Clerici Ars Crit. P. I. 37.) nonnulli Dianam interpretati sunt. Acta Symphoriani Ruinart. Act. Mart. p. 70. Dianam daemonium esse meridianum sanctorum industria investigavit, quae per

[n] Pergae fanum antiquissimum — unde fata petuntur Ascon. in III. c. Verr. c. CII. 36. a. Idem de propinquo Dianae Sarpedoniae templo praedicat Strabo XIV. 676. τοὺς χρησμοὺς ἔνθεοι προθεσπίζουσι.

[o] Athanasius Comm. in Matth. p. 41. in Nov. Collect. Montf. T. I. diabolum in causa esse dicit cur epileptici plerumque die lunae quinto corripiantur; inde sacrificia Lunae fieri coeli reginae.

Digitized by Google

compita currens et silvarum secreta perlustrans hominum mentibus zizaniae tribulos disseminat. Quibus si adjunxero Epiphanii testimonium Ancorat. CV. 105. D. *θηλυνόμενός τις Κυβέλλην* (ἔγραφε) *ἄλλος δὲ ῥέμβος ἢ ῥεμβὰς Ἄρτεμιν κυνηγέτριαν*, nihil erit, quod nos diutius in hoc loco detineat.

EPIMETRUM XVII.

ad C. VIII. §. 8. not. c.

Porphyrius de Abst. II. §. 29. *ἀνεῖπεν ἡ Πυθία τὸν ἐν Κρήτῃ φυγάδα ταῦτα λύσειν, τόν τε φονέα τιμωρησαμένων καὶ τὸν τεθνεῶτα ἀναστησάντων ἐν ᾧπερ ἀπέθανεν σιάλῳ ὃν ἔσεσθαι*, quae adhuc frustra tentata sunt. Addita syllaba *θυ* conjunctisque quae male dissociata sunt, haec emerget verissima lectio, *τὸν τεθνεῶτα* (bovem) *ἀναστησάντων ἐν ᾧπερ ἀπέθανε θυσίᾳ* (Diipoliis) *λῷον ἔσεσθαι*. Est hoc solemne oraculorum exodium. Aelian. H. An. XII. 31. *ὁ θεὸς ἀπεκρίνατο οὕτως αὐτοῖς ἔσεσθαι λῷον*. Herodo. I. 85. *τόδε σοι πολὺ λώιον ἀμφὶς ἔμμεναι*. Polyb. VIII. 30. *κατά τι λόγιον ἀρχαῖον, ἄμεινον καὶ λώιον ἔσεσθαι σφίσι* etc. et ib. c. 19. *χρῆσαι τὸν θεὸν ἄμεινον καὶ λώιον ἔσεσθαι*. (*λωίτερον καὶ ἄμεινον* Od. I. 376.) Clemens Alex. Strom. VI. 753. *ὦ Δελφοί, λίσσεσθ' ἀνέμους καὶ λώιον ἔσται*. Plutarch. Quaest.

Digitized by Google

Rom. XXVIII. 329. T. VIII. *τὴν Πυθίαν προφέρειν τὰ ὅρκια ταῦτα τοῖς Λακεδαιμονίοις, ὡς ἐμπεδοῦσι λῷον εἴη καὶ ἄμεινον.* Livius XXIII. 11. si ita faxeritis res vestrae meliores erunt. Iisdem verbis consulentes oraculum sciscitari solebant *εἰ λῷον καὶ ἄμεινον* Arrian. Alex. VII. 26. 472. Strabo VIII. 380. Xenoph. Rep. Laced. VIII. 5. Plato Legg. VIII. 828. A. Syllabae initiales a librariis non raro omissae; cujus rei certissimum exemplum praebet Clemens Strom. I. 304. ubi Sibyllae pater *Σιδών* dicitur pro *Ποσειδῶν*, quo patre se ipsa natam dicit ap. Dion. Chr. Or. XXXVI. 107. et consentit Plutarch. Pyth. Orac. IX. 261. T. IX. Apud Lysiam c. Andoc. p. 211. *ὁμολογῶν μὲν ἀδικεῖν ἀποθνήσκει, ἐὰν δὲ ἀμφισβητῇ, ἐλέγχεται καὶ πολλοὺς οὐδὲν δόξας ἀδικεῖν*, pro *πολλοὺς* fortasse *ἀπολύεται* scribendum restitutis utrinque syllabis iis quae injuriae maxime obnoxiae sunt. Himerius VII. 2. 512. *ἀττικὸς νόμος Ἐλευσινάδε ὡς μύστας φέρειν κελεύει καὶ δράγματα, ἡμέρου τροφῆς γνωρίσματα*, dudum emendavimus *φῶς μύστας φέρειν* i. e. *λαμπαδηφορεῖν* vel *λαμπάδα στῆσαι*. v. Meurs. ad Lyc. 1179. quod Himerius ipse *πῦρ μυστικόν* dicit XI. 4. 478. XXXIV. 1. 878. *Πολλοὶ εἰώθασιν ἐν τῷ βίῳ λέγειν μὰ τὸν ἐν Περγάμῳ Ἀσκληπιὸν, μὰ τὴν ἐν Ἐφέσῳ Ἄρτεμιν, μὰ τὸ ἐν Ἐλευσῖνι πῦρ* Galen. de Comp. Med. p. Locc. IX. 3. 608. Aelian. Fragm. p. 337. (Suid. s. *Ἐπίκουρος*) *τραπέζας λίθων πεποιῆσθαι καὶ ὡς ἀναθήματά τε ἐν τῷ τάφῳ προσέταξε τεθῆναι ὁ προ-*

Digitized by Google

τένθης pro καὶ ὡς scrib. δαιτὸς ἀναθήματα, quo Aelianus ipse utitur XI. 12. Contra in Stob. Ecl. I. 52. 906. pro εἰς εὐθείας ζωῆς ἐπίδειξιν praestat θείας, et ap. Dionys. Arch. XI. 39. ἀθύρματα κομίζουσαι παρθενικά pro κόμης.

EPIMETRUM XVIII.

ad C. VIII. §. 8. not. r.

Quare Lindii Minervae sacris ignem non accendant, aliter Apollonius Rhodius explicat, aliter Pindarus; hunc vulgo sequuntur interpretes, haud recordati, pluribus diis adhibita esse ἱερὰ ἄπυρα καὶ ἀτελῆ, ut Philostratus vocat V. Soph. II. 28. 852. quibus nulla istarum rationum convenit. — Canes conscientia culpae in Thasum admissae abhorrere ab insulo Delo non illepide finxit Callimachus Fragm. IX. cf. Meinekium ad Euphor. p. 27. Hygihum eadem fere tradentem Fab. 247. meminisse decebat, canes, obscenum animal, religionis causa locis sacris prohiberi, idemque in Acropoli Attica nominatim cautum esse Plutarch. Comp. Dem. et Anton. c. IV. 165. T. IV. De Saturni aede simile quiddam refert J. Lydus in Fragm. de Mens. p. 277. ed. Has. ἐν τῷ κατ' αὐτὸν ἱερῷ, ὥς φησι Φύλαρχος καὶ Μένανδρος οὔτε γυνὴ οὔτε [κύων οὔτε] μυῖα εἰσῆει.

Digitized by Google

confusis, ut videtur, Saturni et Herculis nominibus, cujus aram maximam constat muscas canesque sibi interdictam putasse Plin. X. 41. canes quidem ob eam causam, ne Cerberum ei in memoriam revocarent, aut quod meminissent sui generis unum Oeono Licymnii filio causam mortis attulisse Plutarch. quaest. Rom. c. XC. Muscae quid religionis habuerint, nos quidem incompertum habemus, nam Apomyius Romae nullus fuit. v. Salmas. Exercitt. T. I. p. 12. sed illi callidi conjectores non ignorasse videntur. Ab eodem sacro Herculano et ara Maxima etiam mulieres exclusae sunt, sed et ab Enyalii sacris Muson. ap. Stob. XXXVIII. 232. Pausan. III. 22. 5.[a] ab Hermotimi Apollon. Dysc. Hist. c. III. Orphei Conon. c. XLV. Veneris Ascraeae apud Cyprios cultae Strab. XIV. 741. Dianae Ephesiae Artemid. IV. 4. 320. et Nott. 447. Locell. ad Xenoph. p. 137. Sylvani Cato R. R. c. 83. a loco, ubi Jupiter natus Callimach. H. in Jov. v. 12. ab ara denique Olympiaca. v. Valcken. ad Adoniaz. p. 198. Heer. ad Menandr. Encom. p. 105. et ab ipsius Herculis templo Gaditano Sil. Ital. III. 22. Nec Hierosolymis totum templum patebat feminis. v. Joseph. Antt. XV. 11. 782. et Fabricius in Roma c. IX. talia, inquit, sacella, a quorum ingressu sexus muliebris arcetur adhuc Romae sunt, in D. Petro Vaticano, in D.

[a] Tertullian. ad Natt. L. II. 7. 179. T. II. Seml. Herculeum polluctum mulieres non gustant. Contra ap. Dionys. Hal. L. II. 48. *παρθένος εἰς ἱερὸν ἦλθεν Ἐνυαλίου χορεύσουσα.*

Digitized by Google

Johanne Laterano etc. quibus nulla illarum fabularum applicari potest, quas veteres comminiscuntur Propertius IV. 9. et Plutarchus Quaest. Rom. c. LX. ille poetarum jure usus, hic veterum historicorum licentia abusus poeticae simili (Quintil. II. 4. 19.). Propter ejusdem Herculis repulsam mulieres Crotonienses vino abstinere narrat Athenaeus X. 441. A. cur equi a Virbii luco cohibeantur, Virgilius VII. 279. cf. Prudent. II. c. Symm. 85.

EPIMETRUM XIX.

ad P. III. C. VIII. §. 7. not. kk.

Theages ap. Stob. Serm. I. p. 9. (32.) *Θέμις φημίζεται παρὰ τοῖς χθονίοις, νόμος δὲ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις*· cui contrariam nescio cujus sententiam affert Phavorinus: *Δίκη ἐπὶ θεῶν, θέμις δὲ ἐπὶ ἀνθρώπων*. Pythagorae autem hoc fertur dictum: *τὴν αὐτὴν τάξιν ἔχειν παρὰ τῷ Διὶ τὴν Θέμιν καὶ παρὰ τῷ Πλούτωνι τὴν Δίκην καὶ κατὰ τὰς πόλεις τὸν νόμον*. Jamblich. V. P. c. IX. 46. p. 94. Haec synonymorum discrimina etsi argute magis et oratorie ficta quam serio constituta videantur, tamen altius descendunt et theologicis quibusdam continentur rationibus. Servius ad Ecl. V. 66. Constat secundum Porphyrii librum, quem Solem appellavit, triplicem

Digitized by Google

esse Apollinis potentiam, et eundem esse Solem apud superos, Liberum patrem in terris, Apollinem apud inferos[a]. Idem ad Aen. IV. 610. Dirae in coelo, Furiae in terris, Eumenides apud inferos. quae Pythagoreis adscribere non dubito. Lutatius ad Stat. Theb. IV. 526. Pythagoras dicit duo esse hemisphaeria, quibus proprios deos assignat et facit superioris regem Jovem et reginam Junonem, inferioris Ditem Jovem esse infernum, Proserpinam Junonem infernam. Et duas Veneres, unam supernam et alteram Libitinam et alios deos binos constituit; ex numero contrarietatum, ut videtur. Qua aetate haec provenerint, dijudicare nolo; tantum intelligo Xenocratem, versutum Pythagorae mangonem, non procul hinc afuisse. Clemens Strom. V. p. 718. *Ξενοκράτης ὁ Χαλκηδόνιος τὸν μὲν ὕπατον Δία, τὸν δὲ νέατον καλῶν ἔμφασιν καταλείπει πατρὸς καὶ υἱοῦ.* Plutarchus Platon. Quaest. IX. 275. T. XIII. *Ξενοκράτης Δία τὸν ἐν μὲν τοῖς κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσιν ὕπατον καλεῖ, νέατον δὲ τὸν ἐν τοῖς ὑπὸ σελήνην,* quae congruunt cum Pythagorae sententia de regionum superiorum et inferiorum discrimine, et a poetis quoque delibata sunt. Ausonius Ep. XXIX.

[a] Acro ad Horat. II. Od. 19. Dicitur Dionysus et apud inferos regnasse, ut etiam ipsi ita ut Dianae triplex daretur potestas. cf. Schol. Cruq. p. 132.

Digitized by Google

Αἰγύπτου μὲν Ὄσιρις ἐγώ, Μυσῶν δὲ Φανάκης,
Βάκχος ἐνὶ ζωοῖσιν, ἐνὶ φθιμένοις Ἀΐδωνεύς.

et Proculus H. in Solem v. 24.

Σὲ κλυτὸν ὑμνείουσι Διωνύσοιο τοκῆα,
ὕλης δ' αὖ νεάτης ἐνὶ βένθεσιν εὐιον Ἄττιν,
ἄλλοι δ' ἄβρὸν Ἄδωνιν.

Eosdem vero Pythagoreos illa ethica nominum interpretatione, de qua supra diximus, ad docendum et admonendum usos esse, ostendit oratio a Pythagora Crotone habita Porphyr. Schol. ad Hom. p. 243. Valck. in qua vocabula aetatum, quibus vita mulierum distinguitur, cum dearum nominibus non fortuito congruere docuit, sed naturali hujus sexus ad deorum cultum propensione: *τὸν εὑρέτην τῶν ὀνομάτων συνιδόντα ὅτι τῆς εὐσεβείας οἰκειότατόν ἐστι τὸ γένος τῶν γυναικῶν, ἑκάστην τὴν ἡλικίαν συνώνυμον ποιήσασθαι θεῷ καὶ καλέσαι τὴν μὲν ἄγαμον Κόρην, τὴν δὲ πρὸς ἄνδρα διδομένην Νύμφην, τὴν δὲ τέκνα γεννησαμένην Μητέρα, τὴν δὲ παῖδας ἐκ παίδων ἐπιδοῦσαν κατὰ τὴν δωρικὴν διάλεκτον Μαῖαν* Jamblich. c. XI. 56. ubi tam Mercurii quam deorum mater, quae *Μᾶ* et *Μαῖα* dicitur, intelligi potest. Brevius Timaeus Diog. VIII. 11. *τὰς συνοικούσας ἀνδράσι θεῶν ἔχειν ὀνόματα, Κόρας, Νύμφας, εἶτα Μητέρας καλουμένας*, et ex iisdem fere fontibus Eudocia p. 307. *καθάπερ ὁμώνυμος κόρῃ ἡ τῆς Δήμητρος Κόρη, οὕτως αἱ μυθικαὶ νύμφαι ὁμωνυμοῦσι τοῖς ἀνθρώποις.* Philistides *ἐν συγγενικοῖς* ap. Eustath. p. 84. *Παλλάς, ὄνομα ἡλικίας*, quo illius orationis auctori

Digitized by Google

uti licuisset. Divinorum nominum interpretationis exemplum hoc est ap. Diog. VIII. 32. animas in terram ejectas per aerem vagari, *τὸν δὲ Ἑρμῆν ταμίαν εἶναι τῶν ψυχῶν καὶ διὰ τοῦτο πομπέα λέγεσθαι καὶ πυλαῖον καὶ χθόνιον — — καὶ ἄγεσθαι μὲν τὰς καθαρὰς ἐπὶ τὸ ὕψιστον, τὰς δὲ ἀκαθάρτους μήτε ἐκείναις πελάζειν μήτε ἀλλήλαις, δεῖσθαι, δ' ἐν ἀῤῥήκτοις δεσμοῖς ὑπὸ Ἐριννύων.* quo nihil aliud quam inevitabilem naturae necessitatem declarare voluit. Furiae enim sunt, quae leges ab omni aeternitate fixas, fasque divinum tuentur, omnium, quae praeter naturam fiunt, vindices — *ἐπίσκοποι γάρ εἰσι τῶν παρὰ φύσιν* Schol. ad. Il. XIX. 418. neque humani solum juris sed etiam coelestium rerum ordinis conservatrices. Hinc intelligitur illud quod ab Heraclito dictum refert Plutarchus de Exsil. c. XI. 377. *ἥλιος οὐχ ὑπερβήσεται τὰ μέτρα, εἰ δὲ μή, Ἐριννύες μιν δίκης ἐπίκουροι ἐξευρήσουσι,* sive ut in libro de Is. c. 48. legitur; *ἥλιον μὴ ὑπερβήσεσθαι τοὺς προσήκοντας ὅρους, εἰ δε μὴ γλώττας μιν δίκης ἐπικούρους ἐξευρήσειν*, ubi fortasse *Λύττας* scribendum [b]. Similiter alii inordinatos naturae motus non secus ac delicta hominum severis coerceri legibus fingunt, sicut Anaximander dixit *ἐξ ὧν ἡ γένεσίς ἐστι τοῖς οὖσι, καὶ τὴν φθορὰν εἰς ταῦτα γενέσθαι κατὰ τὸ χρεών· διδόναι γὰρ αὐτὰ τίσιν καὶ δίκην τῆς ἀδικίας, ποιητικωτέροις ὀνόμασιν αὐτὰ λέγων.*

[b] Quum haec scriberem, non memineram hoc jam a Buttmanno propositum esse.

Digitized by Google

Simplicius in Phys. L. I. p. 6. a. Et Philo Quod Mund. incorr. p. 958. A. isonomiam mundi, inquit, continet ὑπερβάλλουσά τις τῶν τεττάρων ἀντέκτισις δυνάμεων, ἰσότητος κανόσι καὶ δικαιοσύνης σταθμωμένων τὰς ἀμοιβάς. In Pythagorae symbolo ap. Jamblich. Protrept. XXI. 312. ἀποδημῶν τῆς οἰκίας μὴ ἐπιστρέφου. Ἐρινύες γὰρ μετέρχονται· significatur ἡ μετάνοια.

EPIMETRUM XX.

ad C. VIII. §. 6. post not. b.

Herodotus Dionysum statuit deum Aegyptium proprio nomine Osirin dictum esse ejusque notitiam Melampum a Cadmi accepisse comitibus et dehinc sacra Dionysiaca instituisse non plane qualia Aegyptii celebrent, sed tamen his similia: ἀτρεκέως μὲν οὐ πάντα συλλαβὼν τὸν λόγον ἔφηνε, ἀλλ᾽ οἱ ἐπιγιγνόμενοι σοφισταὶ μεζόνως ἐξέφηναν II. 49. quae verba nihil aliud significare possunt, quam hos sophistas Dionysi sacra et his adjunctas fabulas a Melampode acceptas Aegyptiacis similiora reddidisse. Melampodem prima jecisse rei fundamenta Herodotus concludit ex eo quod Dionysus Semelae filius perhibeatur, deorum autem natales ad illud tempus referantur, quo ipsi primum innotuerint II. 46. unde se-

Digitized by Google

qui dei illius cultum aliquanto post Cadmi in Boeotiam adventum a Graecis susceptum esse; cujus aetati quum proxime subjunctus fuerit Melampus [a] idemque Proetidas ab ira Bacchi vindicaverit [b], hic aptissimus inventus est Herodoto, a quo sacrorum Bacchicorum institutionem repeteret: *Ἐγὼ μὲν νῦν φημι Μελάμποδα γενόμενον ἄνδρα σοφὸν μαντικήν τε ἑαυτῷ συστῆσαι καὶ πυθόμενον ἀπ' Αἰγύπτου ἄλλά τε εἰσηγήσασθαι καὶ τὰ περὶ τὸν Διόνυσον, ὀλίγα αὐτῶν παραλλάξαντα· οὐ γὰρ δὴ συμπεσέειν γε φήσω τά τε ἐν Αἰγύπτῳ ποιεύμενα καὶ τὰ ἐν τοῖς Ἕλλησι· ὁμότροπα γὰρ ἂν ἦν τοῖς Ἕλλησι καὶ οὐ νεωστὶ ἐσαγμένα· οὐ μὴν οὐδὲ φήσω, ὅκως Αἰγύπτιοι παρ' Ἑλλήνων ἔλαβον ἢ τοῦτο ἢ ἄλλο τι νόμαιον. Πυθέσθαι δέ μοι δοκέει μάλιστα Μελάμπους τὰ περὶ Διόνυσον παρὰ Κάδμου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἐκ Φοινίκης ἀπικομένων* [bb]. Quum igitur Herodotus generalis similitudinis, quae Osiriaca intercedit et

[a] v. Freret in Mem. Acad. Inscr. T. XXIII. 148. et T. XLVII. 45. Clavier. Hist. T. I. p. 166. et Larcher. ad Herod. T. II. 277. qui Melampi aetatem nimis scrupulose inquirit.

[b] Apollod. II. 1. 4. *αὗται ἐμάνησαν, ὡς μὲν Ἡσίοδός φησιν ὅτι τὰς Διονύσου τελετὰς οὐ κατεδέχοντο*, quibus Melampi subjungitur sollertia et furentium curatio *μετ' ἐνθέου χορείας καὶ καθαρμῶν*, hoc est, ut arbitror, cum deprecatione numinis laesi et lustralium cerimoniarum, quae eaedem Bacchicae erant, perfunctione; eaque ratio mihi fuit cur supra L. II. P. I. c. 3. §. 8. Hesiodum *τελετῶν* nomine ritus mysticos significasse sumerem; neque illam fabulam Herodoto ignotam fuisse puto. Qui si illud quoque accepit, quod Athenaeus refert L. II. 45. A. Melampum vini temperaturam invenisse, eo facilius induci potuit, ut hunc sacrorum Bacchicorum conditorem existimaret. Meinersius, qui Herodotum sibi repugnantia dixisse affirmat Comm. Goett. T. XVI. 210. parum attente legit.

[bb] Ex his quae Herodotus conjectura reperit neque ipse pro re comperta affert, Diodorus I. 97. Melampodis iter Aegyptiacum concinnavit et illam lepidam historiam: *Μελάμποδα δέ φασι μετενεγκεῖν*

Digitized by Google

Dionysiaca bacchica, tres rationes reddi posse videret, aut quod a Graecis Aegyptii aut ab his illi acceperint, aut quod utraque sacra *συνέπεσε ποιεύμενα*, id est seorsum apud utramque gentem, neutra alteram imitante, instituta sint[c], primam rationem continuo rejicit ut intolerabilem, nec probat tertiam, quia et sacrorum color peregrinus et dei ipsius novitas monstret ejus cultum non in Graeciae solo natum esse; itaque unum illud relinquitur, ut ex Aegypto assumtum dicat. Quum vero sciret Herodotus sacra Bacchi graecanica prioribus non tantam cum Aegyptiacis habuisse similitudinem, quanta nunc obtineret, statuit primum eorum auctorem Melampodem et *παραλλάξαι ὀλίγα* et *οὐ τὸν πάντα λόγον ἐκφῆναι*, posteriores autem philosophos *μεζόνως ἐκφῆναι*, hoc est, ut equidem sentio, rem ita adornasse ut sa-

ἐξ Αἰγύπτου τὰ Διονύσῳ νομιζόμενα τελεῖσθαι παρὰ τοῖς Ἕλλησι, καὶ τὰ περὶ Κρόνου μυθολογούμενα καὶ τὰ περὶ τῆς Τιτανομαχίας καὶ τὸ σύνολον τὴν περὶ τὰ πάθη τῶν θεῶν ἱστορίαν. Si Herodotus de hoc itinere, quod Larchero exploratissimum videtur, aliquid inaudivisset aut omnino fieri potuisse existimasset, nunquam illis usus esset ambagibus, ut Melampodem instituti Aegyptiaci notitiam a Phoenicibus accepisse fingeret. Nomen autem *πάθη* varios deorum casus significat; *Κρόνου πάθη* Plato Polit. II. 378. A. *Περσεφόνης πάθος* Appian. Civ. IV. 105. *Ἰνοῦς πάθη* Aristid. T. I. 324. *Διονύσου πάθη* Dionys. Ant. II. 19. quibus tum fuga dei tum insania tum etiam interitus significari potest. Vulnera, fugas et servitia deorum enarrant Homerus et Panyasis Justin. I. 2. Clemens Coh. II. 30. sq. quibus deinceps procedente tempore alii alias adstruxerunt fabulas vulgo creditas, a sapientioribus partim aperte reprobatas partim allegoriae praetextu excusatas.

[c] Verbum *συμπεσέειν* Scaliger ad Varr. p. 140. concinere reddit, alii casu congruere, alii eodem tempore institutum esse. Nec minus ambiguum quod sequitur *ὁμότροπα γὰρ ἂν ἦν*, utrum totius sententiae *ἐγὼ μὲν οὖν* — an postremae partis rationem reddat. Et illud quoque varie disseri potest, cur Herodotus Bacchi sacra Graecis *ὁμότροπα* esse negaverit.

Digitized by Google

cra graeca Aegyptiacis simillima fierent. Quodsi credi non potest, cerimonias publicas per universam Graeciam a philosophis mutatas esse, consequens videtur ut haec similitudo in mythorum et rituum interpretatione et ad Aegyptiacas doctrinas accommodatione posita fuerit. Atqui constat utriusque gentis doctos Osiridis Bacchique solemnibus eandem subjecisse rationem et tum casibus horum deorum fabulosis tum ipso colendi ritu animorum ambages et vicissitudines adumbrari credidisse. v. L. II. c. X. Hoc igitur est quod ab Herodoto significatum puto, Pythagoreos fuisse qui Dionysi orgia ad pristinam cum Osiriacis similitudinem reducerent, eoque ipso confirmo novitiam et Pythagoricam esse illam fabulae Bacchicae interpretationem, non eorum Pythagoreorum, qui totum suum studium in vero quaerendo posuerunt, sed alterius sectae, quae artem sacrificalem profesa est.

Digitized by Google

LIBER TERTIUS.

SAMOTHRACIA.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

Cap. I. De Curetibus.
II. De Corybantibus.
III. De Idaeis Dactylis.
IV. De Telchinibus.
V. De Cabiris.
VI. De Cobalis et Cercopibus.
Epimetra.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROOEMIUM.

Ad Samothracum transgressurus mysteria inclita diu mecum, quorsum praeverterem, deliberavi. Intelligebam enim, si antiquorum testimoniis acquiescerem, pauca me dicere posse nec satis factura legentium desideriis; si doctorum conjecturas referre conarer, nullum facile finem fore; sunt enim innumerabiles fere et infinitae suo quaeque auctori placita. Sed prius ad agnitionem doctrinae mysticae accommodatius visum, quoniam qui olim de Cabiris scripserunt, plura illorum et graviora praetergressi sunt, qui postea, interpretando omnia obscuriora fecere. Nos autem producendis singulis ex ordine testibus unicuique studiosorum copiam faciemus computandi quid a veteribus perspicue traditum, quid a recentioribus temere creditum sit. Ac si cui miserum et inglorium videatur rem diu multumque agitatam retractando nihilo expeditiorem fieri sed potius certa quae fuerant, ea incerta reddi, equidem haud intelligo, cur Mythologo plus verecundandum sit

Digitized by Google

quam Grammatico, cui aliqua nescienda esse vetus edicit proverbium. Nam quum in omni genere et varietate doctrinae antiquariae multa sint, quae in aeternum ignorabuntur, tum haec quaestio de Cabiris eorumque sodalibus Idaeis Dactylis, Curetibus, Corybantibus, non nobis solum inexplicabilis sed veteribus quoque parum expedita fuit, id quod summa sententiarum diversitas atque adeo repugnantia ostendit Strabonisque ipsius confessio, qui forte quadam in hunc locum delapsus, quum varias hominum doctorum conjecturas commemorasset, postremo omnia suspensa relinquit, τοσαύτη ἐστὶν ἐν τοῖς λόγοις τούτοις ποικιλία, τῶν μὲν τοὺς αὐτοὺς τοῖς Κουρῆσι τοὺς Κορύβαντας καὶ Καβείρους καὶ Ἰδαίους Δακτύλους καὶ Τελχῖνας ἀποφαινόντων, τῶν δὲ συγγενεῖς ἀλλήλων L. X. 466. [a]. Quin etiam reperiuntur, qui neque eosdem neque affines sibi sed plane diversos esse judicent. Itaque relatis quae super his memoriae prodita sunt, pedem a loco salebroso referemus, in quo jam plus satis sudatum est, arenamque vacuam relinquemus iis, qui vel Tiberio quaerenti, quid Sirenes cantaverint, respondere parati sint. Est quaedam, ut Hermanni verbis utar, etiam nesciendi ars et scientia; nam si turpe est nescire quae possunt sciri, non minus turpe est scire se putare, quae sciri nequeunt.

[a] Hac in parte libri paginas editionis Tzschuckianae indicavi, ad volvendum habilioris.

Digitized by Google

CAP. I.

De Curetibus.

§. 1.

Quanquam loca disjunctissima hominumque genera longe diversa, Cures, Curia, Curium, Curiones, eodem modo vocata sunt, tamen veterum nonnulli nihil dubitarunt, Curetes Euboeos Aetolicosque et inter se et cum Cretensibus non nominis solum sed etiam generis propinquitate connexos esse. Nos vero consultius nobis facturi videmur si Creticos illos, qui ante Jovem vel cum Jove nati totique fabulis involuti sunt, ab antiquis Pleuronis incolis, quibuscum Meleager belligeravit, et loci et naturae diversitate segregemus, Euboensibus in confinio collocatis tanquam ex utroque genere mixtis et, ut ita dicam, mythistoricis. Hanc viam nobis Pletho praeivit Excerpt. p. 611. in Aretini Beitr. z. Gesch. u. Litter. T. VIII. *Κουρῆτες μάλιστα μὲν ἐν Κρήτῃ ὠνομάσθησαν — μετὰ δὲ ἐν Εὐβοίᾳ. Ἀλλ' οὗτοι μὲν ἀμφότεροι ἱεροί τε ὁμοῦ καὶ ἔνοπλοι καὶ αὐλητικοὶ καὶ τυμπανισταὶ καὶ ὀρχησταί. Ἄλλως δὲ Κουρῆτες*[b] *ὠνομάζοντο καὶ οἱ ἐν Αἰτωλίᾳ, πρὸ μὲν τοῦ Αἰτώλου καὶ πᾶν τὸ ἔθνος, μετὰ δὲ Αἰτωλον οἱ περὶ Πλευρῶνά τε καὶ τὴν ἐπίκτητον*, qui ipse ducem sequutus est Strabonem. Is enim p.

[b] De accentus mutabilitate quae Grammatici praecipiunt, nota sunt; nos, quem quoque loco invenerimus, retinebimus.

Digitized by Google

154. quum Aetoliae et Acarnaniae situm enarrasset et communes utrique incolas, Curetes, hac data occasione res Cureticas — τὰ Κουρητικά — copiosius exponit. Praeter illos, inquit, qui ab historicis temporibus et a nostra cognitione propius absunt, aliud fuit Curetum genus augustius et fabulosius, qui deorum Matris et Jovis pueri asseclae perhibentur, sacrorum Phrygiorum et Creticorum administri, quae obeuntes cum cymbalorum tympanorumque et tibiarum strepitu diis patriis armati tripudiarunt; iidemque propter hoc entheum et tumultuosum sacrificandi genus cum Cabiris, Dactylis et Corybantibus componuntur p. 156. Curetes autem vocatos putat, quia haec ludicra oblectamenta juvenilis potissimum aetatis ingenio conveniant, armis affabre factis, vestitu lauto et splendido, caesarie decora mire gaudentis; nec se dubitare profitetur, quin bellicosae quoque Aetoliae et Acarnaniae gentes ab hoc floridioris et prope virginalis ornatus studio Curetum nomen traxerint[c]. Postremo non praeter fidem esse, priscos deorum cultores cum plausibus, clamoribus et quibus aliis festa laetitia indulgeat, sacra peregisse; namque deorum solemnia non solum vacuum a curis quotidianis tempus sed etiam animi

[c] εἰκὸς δὲ τὴν ἐνόπλιον ὄρχησιν ὑπὸ τῶν ἠσκημένων οὕτω περὶ κόμην καὶ στολὴν πρῶτον εἰσαχθεῖσαν ἐκείνων Κουρήτων καλουμένων παρασχεῖν πρόφασιν καὶ τοῖς τὸν βίον ἐνόπλιον ἔχουσιν ὥστε καὶ αὐτοὺς Κουρῆτας λεχθῆναι p. 160. Apud. Athen. XII. 528. C. Aeschylus hoc nomine ἀκούρους sive κουριῶντας significat, Agatho κουρίμους. De Pronacte, quem hic memorat, praeter Casaubonum vid. Perizon. ad Aelian. V. H. IV. 5. et Schol. Pind. Nem. IX. 30. ubi pro Πρῶναξ ἀποθνήσκει ὑπὸ Ἀμφιαράου κατασταθείς scribendum est καταστασιασθείς.

Digitized by Google

elationem afferre et liberiores motus; id autem esse principium cantus et saltatus, bacchationis et vaticinationis, id commune vinculum quo Apollinis, Musarum, Hecatae, Cereris Liberique sacra contineantur, quia horum deorum ministros, musicos et prophetas, daduchos et Hierophantas, Satyros Bacchasque, unus idemque divini furoris impetus incitet p. 168. His praemissis propius ad rem accedit p. 170. *ἐν δὲ τῇ Κρήτῃ καὶ ταῦτα*[d] *καὶ τὰ Διὸς ἱερὰ ἰδίως ἐπετελεῖτο μετ' ὀργιασμοῦ καὶ τοιούτων προπόλων οἷοι περὶ τὸν Διόνυσόν εἰσιν οἱ Σάτυροι· τούτους δ' ὠνόμαζον Κουρῆτας*, id est, juvenes, quorum armatae saltationi fabulam de Jovis natalibus, Saturni insidiis; Rheae praesidiis sic accommodari, ut illi veterum dei custodum tripudia repraesentare videantur: *ὠνόμαζον Κουρῆτας προστησάμενοι μῦθον τὸν περὶ τῆς τοῦ Διὸς γενέσεως, ἐν ᾧ τὸν Κρόνον εἰσάγουσιν* etc. Jovis autem tutores Curetas nominari, quia pueri puerum educassent, quasi Satyros quosdam Joviales p. 172. Itaque Strabo novos et veteres distinguit Curetas, hos in fabulis traditos, illos sacrorum Jovialium praesultatores, quales sine dubio ipse multis in locis viderat Salios et Pyrrhicharios. Saturnum filios

[d] Quia nemo alius prodidit omnium illorum deorum sacra a Cretibus ritu fanatico celebrata esse, Heynius emendavit *κατὰ ταὐτά*, idque confirmat quodammodo cod. Venetus in seqq. *ἰδίως* omittens; quo retento illud quoque retinendum sed non nimis premendum neque ad verbum sed ad sententiam accipiendum est. Straboni enim, qui homines natura ad orgiorum licentiam inclinare judicabat, consentaneum videbatur, hunc morem non unius dei sacris coerceri sed patere longius.

Digitized by Google

suos devorasse, Jovem a Rhea subductum esse Straboni nunquam in mentem venit credere, non magis quam ulli id temporis eruditorum; unde sequitur eum ista quoque, quae de Curetum custodia narrantur, ut ficta pro falsis duxisse, et quomodo hoc est consequens illi sic illud huic, ut fabulam de Jovis infantia traditam a sacris ipsis longe distinxerit neque cum horum origine illius originem coepisse crediderit. Idque universa comprobat disputatio, quae huc deducitur: sacra saltatoria et clamosa non propter fabellas quasdam instituta neque Cretensium propria aut ullius definitae regionis terminis septa sed a natura ipsa profecta videri et ex insita in animis nostris laetandi et exsultandi cupiditate, qua omnes homines per intervalla incitari solent sed vehementissime juvenes et plebs vegeta diei festi opportunitatem nacta. Sed Cretenses postquam Jovem apud se natum esse vel ipsi sibi persuaserunt vel crediderunt aliis, facile eo deducti sunt ut solemnibus ludicris probabilem praetexerent rationem προστησάμενοι i. e. πρόσχημα ποιησάμενοι τὸν μῦθον, cujus mythi antiquitas ex more illo Cretensium gentilitio prorsus non potest aestimari. Atque haec quidem, inquit, de orgiasmis Graecorum. Berecyntes vero et in universum Idae accolae Rheam variis nominibus ritu fanatico colunt, οἱ δ' Ἕλληνες τοὺς προπόλους αὐτῆς ὁμωνύμως Κουρῆτας λέγουσιν, οὐ μὴν ἀπὸ τῆς αὐτῆς μυθοποιίας ἀλλ' ἑτέρους[e] ὡς ἂν ὑπουργούς τι-

[e] Ἑτέρας corrigit Tyrwhittus, ἑτέρως Coraius.

Digitized by Google

νας τοῖς Σατύροις ἀνὰ λόγον, τοὺς δ' αὐτοὺς καὶ Κορύβαντας λέγουσι· quorum sententia haec est. Deae Phrygiae ministris nomen quidem Curetum, Jovis altorum Cretensium, a Graecis tribui sed sejunctum a Graecanica fabula, nimirum quia, quum multae urbes Jovis natales sibi assererent, pertinax fama antiquitasque hunc Cretae vindicavit honorem; et propterea quod in Phrygiis fabulis nulla fit Saturni mentio, quo sublato causa illa armatae saltationis tollitur Curetibusque ipsis nihil relinquitur praeter Magnae matris assectationem; quae ipsa in causa fuisse videtur, quare cum Satyris componerentur nulli certo negotio praepositis extra quam ut Cybelen ejusque alumnum Bacchum saltabundi circumstrepant. His subdit Strabo p. 175. μάρτυρες τῶν τοιούτων ὑπονοιῶν [ee] οἱ ποιηταὶ Πίνδαρος καὶ Εὐριπίδης, eorumque versus apponit ad demonstrandum nomina Bacchi et Cybelae, nec minus Phrygiae, Lydiae et Cretae, ac porro Sileni, Marsyae atque Olympi communiter fere et promiscue usurpari, quo facilius intelligamus genus hoc sacrorum orgiasticorum, cui Curetes adscripti sunt, late per Asiae oras propagatum fuisse nec alienum a Thraciae gentibus. Additque sacra hujuscemodi propriis quibusdam distingui nominibus et cultorum et deorum; deos quidem in commune Bacchum et Cybelen sed aliis locis aliter vocari, Sabazium, Dindymenen, Cotyn, Bendinque; praesules

[ee] Coraius τουτέστιν ἀλληγοριῶν, quod est alienissimum.

Digitized by Google

autem et ministros deorum Cabiros, Corybantes, Panes et Satyros, qui quia ipsi diis adnumerantur, hinc de divina Curetum natura quid poetae tradiderint, disserere occipit.

§. 2.

Ἔτι δ' ἄν τις καὶ ταῦτα εὕροι περὶ τῶν δαιμόνων τούτων καὶ ὅτι οὐ πρόπολοι θεῶν μόνον ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ θεοὶ προσηγορεύθησαν. Ἡσίοδος μὲν γὰρ Ἑκαταίου καὶ τῆς Φορωνέως θυγατρὸς πέντε γενέσθαι θυγατέρας φησὶν, ἐξ ὧν

Οὔρειαι Νύμφαι θεαὶ ἐξεγένοντο
καὶ γένος οὐτιδανῶν Σατύρων καὶ ἀμηχανοεργῶν
Κουρῆτές τε θεοὶ, φιλοπαίγμονες ὀρχηστῆρες.

Ὁ δὲ τὴν Φορωνίδα γράψας αὐλητὰς καὶ Φρύγας τοὺς Κουρῆτας λέγει p. 200. Horum pars prior tam mendose scripta est ut nec mater Curetum nec avia compareat ac ne pater quidem, sive is unus fuit sive plures. Pro *Ἑκαταίου* Welckerus substituit *Ἑκάτου* conjectura plausibili, cui ad dimidium adstipulatur Schol. Lyc. 77. Curetes Apollinis et Danaidis nymphae Creticae filios perhibens [f], sed ne pro certa recipiatur obstat totius loci pluribus partibus truncati vitiositas [g] et quod Apollinem Satyrorum patrem esse nescitur.

[f] Huc fortasse referri poterit Glossa Gr. Lat. *Κούρητες οἱ περὶ τὸν Παιᾶνα*, indigetes, Corybantes. Liebius in Gotha Num. p. 163. Oaxiorum numum Apollinis capite insignitum illustrat Ciceronis loco hunc deum Corybante natum dicentis; in agro autem Oaxio Curetes orti dicuntur.

[g] Cf. c. V. §. 3. not. i.

Digitized by Google

Itaque hinc nihil amplius discimus quam Curetes de plebe deorum fuisse affines Nymphis Faunisque Satyrisque et monticolis Silvanis. Clarior graviorque est Phoronidis locus, cui quum Geographus eos quasi contra ponat, qui Curetes terra ortos et scutis armatos induxerunt, et rursus alios dicat Curetibus Cretam assignasse, Corybantibus Phrygiam, aut admodum confuse loquutus est aut in Phoronide harum rerum nihil traditum invenit. — In Theogoniae Orphicae relatione p. 541. plura attulimus Proculi testimonia, quae si ad Orpheum pertinent, hic poeta Curetes incertum omnes an quos Proculus vocat *τοὺς πρωτίστους Κουρῆτας*, a Rhea quoquo modo productos et tum hujus deae tum Jovis et Proserpinae ministerio adscriptos sed praecipue Minervae sociatos dixit, iisque coronae oleagineae honorem et saltandi artem a dea traditam attribuit; quod satis certum est saltationis bellicrepae ab eadem dea Dioscuris praemonstratae indicium. Hic igitur poeta si quid de Curetum domicilio constituit, Cretam constituisse videtur. Sed perspicue Plato Legg. VII. 796. B. Curetum *ἐνόπλια παίγνια* in Creta et Dioscurorum in Laconica componit et Euripides choro Cretensium, quem Jovi Idaeo, Matri montanae et Zagreo initiatum inducit, haec verba tribuit *Καὶ Κουρήτων βάκχος ἐκλήθην ὁσιωθείς*, Curetum thiasotas significans. Et pariter in foedere Latiorum et Olontiorum Chishull. Antiq. As. p. 133. juxta cum aliis Cretensium numinibus invocantur: *ὀμνύω Ζῆνα Δικταῖον καὶ Ἥραν*

Digitized by Google

καὶ Ἀθηναίαν Ὠλερίαν — καὶ Κωρῆτας καὶ Νύμφας καὶ τοὺς Κύρβαντας καὶ θεοὺς πάντας καὶ πάσας. Iidemque Minoi de Glauci morte sciscitanti vaticinati sunt — ἀφανοῦς ὄντος αὐτοῦ Μίνως περὶ τῆς εὑρέσεως ἐμαντεύετο· Κουρῆτες δὲ εἶπον αὐτῷ τριχρώματον ἐν ταῖς ἀγέλαις ἔχειν βοῦν etc. quae sive ex Euripidis Polyido sive e Sophoclis fabula repetita sunt, auctoris certe sententia fuit esse quoddam divinum genus Curetum inde a primis Jovis temporibus in Creta relictum, simile, ut videtur, Palicis aliisque gentis localibus. Eandem fatura intelligendi artem Hesychius iis sed sine loci designatione tribuit: Κουρήτων στόμα, θεσπιῳδὸν στόμα· ἐδόκουν γὰρ εἶναι μάντεις. et Diogenianus V. 6. 224. Κουρήτων στόμα ἐπὶ τῶν μαντεύεσθαι ὑπισχνουμένων· τοιοῦτοι γὰρ οὗτοι. Alexandrini vero scriptores distincte tradunt Jovem a Curetibus in Creta educatum et adversus Saturni insidias armorum strepitu et chorearum protectum esse, Aratus v. 35. Apollonius II. 1235. Callimachus H. Jov. 52. Apollodorus I. 1. Aglaosthenes ait Cynosuram esse unam de Jovis nutricibus ex Idaeis nymphis — ab ejus nomine urbem, quae Hestiaea vocatur, Cynosuram appellatam — hanc autem inter Curetes fuisse, qui Jovis fuerunt administri Hygin. Astr. II. 2.[†]. Haec enim de Ida Cretica dici apparet ex Etym. M. p. 144. Ἀρχείσιον ἄντρον τῆς Κρητικῆς Ἴδης, φα-

[†] Τὸ Δικταῖον ὄρος, ἐν ᾧ τραφῆναι τὸν Δία μυθολογοῦσιν οἱ Κρῆτες ὑπὸ τῶν Κουρήτων Dionys. Hal. I. 61.

Digitized by Google

σὶν ὑπὸ Κουρήτων ὀνομασθῆναι ὅτι τὸν Κρόνον αὐτοῖς φεύγουσι καὶ εἰς αὐτὸ καταδυσέων ἐπήρκεσαν· οὕτω Σενέων ἐν τοῖς περὶ Κρήτης, et ex Aruti l. c. qui ursas ipsas, Helicem et Cynosuram, Jovis in Creta nutrices fuisse tradit, quamquam alii hanc fabulam ad Cyzicum transferunt Magnae matris religionibus consecratum, et ipsum Ἄρκτιον ὄρος hinc vocatum putant διὰ τὸ τὰς τροφοὺς τοῦ Διὸς εἰς ἄρκτους μεταμορφωθῆναι Schol. Apoll. I. 941. Euemeri testimonium Curetes e Jove et Junone natos dicentis Diod. Fragm. l. VI. p. 6. propter summam auctoris levitatem praetermittam, nec Istro et Anaximandro eum, quorum ille, quum Curetes olim (τὸ παλαιὸν) Saturno immolasse scriberet v. Fragm. p. 75. non Curetes, de quibus hic agitur, sed Cretenses veteres intelligi voluit[g], alter autem insulam, quae prius Aeria dicta, a Creto Curetum rege Curetin transnominatam tradens Solin. c. 9. certe dubitationem relinquit, utros significet, Cretes an Curetes. Hinc progredimur ad Pragmaticorum fabulas, quas Diodorus refert III. 60. et V. 65. priore loco Jovis antiquioris, reguli Cretici, decem filios, nomine Curetes, fuisse; secundo post Dactylos in Creta extitisse Curetes novem vel terrigenas vel illorum posteros, pecuariae, mellificii, venationis et armorum [h] reperto-

[g] Athanas. c. Gent. p. 21. C. Φοίνικες καὶ Κρῆτες τὸν Κρόνον ἐν ταῖς τεκνοθυσίαις ἐθεράπευον. Idem de Lyctiis Anticlides affirmat apud Porphyrium eodem loco quo Istri testimonium affertur.

[h] Εὑρεῖν δὲ καὶ ξίφη καὶ κράνη καὶ τὰς ἐνοπλίους ὀρχήσεις.

Digitized by Google

res. Et ab his ad ignotos auctores, quorum diversissimas sententias Strabo proponit, Curetes aut Rheae arcessitu e Phrygia in Cretam venisse aut Telchinum aliquos qui e Rhodo huc transmigrassent, id nomen accepisse, aut eosdem esse Corybantes Hecatae ministros, aut ab Idaeis Dactylis originem ducere, primis Cretae incolis. Quae qui tradiderunt manifestum est, primum quod ad Curetum patriam attinet, discordes antiquorum opiniones ita componere studuisse ut illos e Phrygia in Cretam traductos dicerent; deinde veri simile duxisse ut ii, qui iisdem in locis eosdem coluisse traderentur deos, propinqua cognatione inter se conjuncti fuerint; unde sequuta est Dactylorum, Corybantum et ceterorum in unum genus confusio; postremo ex proprietate locorum et temporum, quibus adscripti sunt, artes eorum et inventa conjectasse, de quo plura dicam sed alias, ne testimoniorum ordo interrumpatur.

§. 3.

Oppianus Cyn. III. 7. Curetes Cretenses, quod Saturnum fefellissent, ab eo in leones mutatos, postea vero Jovis beneficio ferarum regimen adeptos et currui matris Magnae subjunctos esse narrat [i]. Plutarchus V. Sol. c. XII. Epimeni-

Hinc iis fabricae aerariae inventionem tribui dixi, non unde Welckerus suspicatur p. 198. De Dactylorum musica postea dicam.

[i] Promontorii Cretae figura leoni similis fabulae locum fecit

Digitized by Google

dem propter rerum divinarum intelligentiam *Κούρητα νέον* ab aequalibus cognominatum dicit. Stephanus nomina urbium Creticarum, Eleutherae, Biennus, Itanus, nonnullos a Phoenicibus, alios a Curetibus repetere docet. Poeta de Vir. Herb. v. 77.

Δικτάμνου γὰρ ὅταν αὖον δέμας ἐν παλάμῃσι
τρίψας ἀλφιτοειδὲς ἐπιστάξῃς Διόνυσον
Κουρήτων μακάρων ὑπερασπίζοντα πρεπόντως
καὶ νεβροστολίσῃς, ἕξεις πρὸς σῶμα καθάψας
νῖκος ἀμώμητον.

qui omnes Curetibus Cretam tanquam propriam sedem assignant. Novissimum sed omnium gravissimum est testimonium Scholiastae Platonis p. 214. (446. Bekk.) *τὸ Διὸς ἄντρον ἐν ᾧ τὰ σεπτότατα καὶ ἀῤῥητότατα τῶν μυστηρίων ἐπετελεῖτο.* et p. 216. *οὗ τὰ μέγιστα τῶν τοῦ Διὸς μυστηρίων καὶ τῶν Κουρήτων ἐνιερᾶσθαι ἐλέγετο.* Gravissimum dico, quamvis auctorem levissimum habet, quia mysteriorum Cureticorum famam obscure manantem mirifice confirmat [k]. Euripidis verba,

ὡς λέων εἷς οὗτος γένοιτο τῶν ὑποζυγίων ποτὲ τῇ Ῥέᾳ Philostr. V. Ap. I. 34. 178.

[k] Obscurius loquitur Prudentius in Symm. L. II. 857.

Aut hos thyrsigeri rapit ad Dionysia Bacchi,
illicit aut alios ad Saturnalia festa;
aut docet occultus quae sacra Diespiter infans
intertinnitus solvi sibi poscat aenos.

Arcani Jovis cultores memorantur in lapidibus vetustis v. Burmann. ad Anth. L. I. Ep. 80. v. 17. qui Gorii conjecturam affert, Jovem Idaeum arcanis ritibus cultum significari existimantis. Is fortasse Prudentii quoque locum explicuit. Theodorus Metoch. c. 90. p. 581. Epimenidem narrat in antro Jovis obdormivisse *εἶτ' ἐπανήκειν μυστηρίων τινῶν καὶ λόγων ἀῤῥήτων ἐπόπτην καὶ ἐξηγητήν.* Sed haec alius modi sunt.

Digitized by Google

quae in hanc sententiam trahi possunt, paullo ante attulimus. Item a Calpurnio Ecl. IV. 95. Jupiter — in antro carmina Dictaeis audit Curetica silvis, Wernsdorfius anniversarium quoddam sacrum significari putat. Nec alienus huic suspicioni Virgilius, qui Aen. III. 112. sacra Phrygia a Teucro Cretense in Troadem transvecta tradens

> Hinc mater cultrix Cybelae, Corybantiaque aera
> Idaeumque nemus, hinc fida silentia sacris.

certe mysticas religiones Cretae impertit. Et Strabo quoque p. 154. *τούτους τοὺς Κουρῆτας προπόλους θεῶν φασιν οἱ παραδόντες τὰ Κρητικὰ καὶ τὰ Φρύγια ἱερουργίαις τισὶν ἐμπεπλεγμένους ταῖς μὲν μυστικαῖς, ταῖς δ' ἄλλως, περί τε τὴν τοῦ Διὸς παιδοτροφίαν τὴν ἐν τῇ Κρήτῃ καὶ τοὺς τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ὀργιασμοὺς ἐν τῇ Φρυγίᾳ καὶ τοῖς περὶ τὴν Ἴδην τὴν Τρωικὴν τόποις*, huc inclinare videtur ut Cretensibus quasdam *ἱερουργίας μυστικάς* assignet. Neque huic adversatur Diodorus V. 77. qui quae ab Eleusiniorum, Samothraciorum et Orphicorum mysteriorum auctoribus in occulto tradantur, haec apud Gnosios omnibus cognoscenda exhiberi dicit, videlicet deos, qui ubique colantur, mortalibus parentibus natos et morte deletos esse. Sic certe opinati sunt *οἱ πλείω εἰδέναι προσποιούμενοι*, Periegetae acutuli de Pragmaticorum secta. Nam quin Gnosiorum commune Jovem coeli terraeque rectorem aeternum more Graecorum patrio coluerit, nulla controversia esse potest. Quaerenti autem, quae

Digitized by Google

res tam singularem opinionem attulerit, illa succurrit conjectura, quam supra L. I. 137. significavi, Gnosios certo die Jovi Averrunco rem divinam fecisse, ut mos ferebat, tempore nocturno, ritu tetrico et tristi, eodemque temporis et loci vestigio, quo Jovi Olympio sacra fierent, paredris ejus, Curetibus, inferias esse allatas, et has cerimonias nocturnas feralesque suspicionem praebuisse Pragmaticis, Gnosios Jovi parentare mortuo. Itaque apparet Diodorum nequaquam religiones mysticas Cretensibus abjudicasse. Neque omnino credibile est sacra opertanea, quorum in omnibus locis frequentissimus fuit usus, in Creta fuisse nulla. Quin certum hujus generis indicium affert Athenaeus IX. 375. F. *Ἀγαθοκλῆς ἐν πρώτῳ περὶ Κυζίκου φησὶν οὕτω· μυθεύουσιν ἐν Κρήτῃ γενέσθαι τὴν Διὸς τέκνωσιν ἐπὶ τῆς Δίκτης ἐν ᾗ καὶ ἀπόῤῥητος γίνεται θυσία.* Haec si perpendamus testimonia singula, de mysteriis Cureticis idem quod de multis aliis pronunciandum est, non liquere, quoniam res per se minime improbabilis tamen unius Scholiastae Platonici auctoritate parum fundata est. Hinc ad Phrygios Curetes transgredimur, quos vix nossemus omnino nisi Strabo Phoronidis, ut videtur, auctoritate motus deae Phrygiae satellites ita a Graecis vocatos esse traderet; quo nomine Phryges usi sint, nihil comperti habemus; illud certe in sacris Phrygiis, quae metragyrtae graeci et Galli italici instituerunt, non usurpatur. Nec desunt, qui Curetes intra Cretae terminos

Digitized by Google

coerceant. Strabo p. 201. *οἱ δ' οὐ τοὺς Κουρῆτας ἀλλὰ τοὺς Κορύβαντας Φρύγας, ἐκείνους δὲ Κρῆτας.* et Lucianus de Saltat. 8. p. 127. T. V. *Ῥέαν ἐν Φρυγίᾳ τοὺς Κορύβαντας, ἐν Κρήτῃ δὲ τοὺς Κουρῆτας ὀρχεῖσθαι κελεῦσαί φασι.* Utra verior sententia, explorate judicari nequit. Sed communior fama Curetes ei terrae asserit, cujus nomen prae se ferunt, neque abhorret vero, Curetum nomen dehinc ad Phrygiam et ad Phrygios Cybelae cultores tunc traductum esse quum Sabazius seu quocunque nomine ille deae Phrygiae assessor dictus est, Jovis Graeciensis personam titulumque induisset; quod quo tempore acciderit, ex Eumeli et Phoronidis de Jovis et Curetum ortu Phrygio testimoniis quodammodo suspicari licet. Inde usque Curetes et Corybantes magis et magis coalescere et ritus Phrygios Creticosque ultro citro transfundi videmus. In illa Olontiorum tabula Curetes et Corybantes invocantur tanquam domestica numina sed nominibus diversis, et Callimachus nutriculas quidem Jovis Cretensis *Κυρβάντων ἑτάρας* appellat sed Curetes alio loco seorsum producit. Strabo autem nonnullis eosdem videri docet et Germanicus eo loco, quo Aratus *Δικταίους Κουρῆτας* nominavit, Dictaeos Corybantes supposuit, tanquam nihil interesset. Similiterque Seneca Herc. Oet. 1872. fleat Alciden caerula Crete, nunc Curetes, nunc Corybantes arma Idaea quassate manu. Ovidius contra Fast. IV. 180. sq. ubi Megalesiorum originem exponit, utrosque in Phrygiam transfert,

Digitized by Google

et rituum, quibus etiamnunc Galli deam placent, auctores facit v. 209.

Pars clypeos sudibus, galeas pars tundit inanes[1];
hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.

Et ad eam rationem jam prius Lucretius II. 160. sq. matris Idaeae per vicos circumvectae pompam et ductores pompae, Gallos, interpretatus est:

Hic armata manus — Curetas nomine Graji
quos memorant Phrygios — inter se forte catenas
ludunt in numerumque exsultant sanguine laeti et
terrificas capitum quatientes numine cristas
Dictaeos referunt Curetas —

et postea Martialis IX. 16.

Curetes texere Jovem crepitantibus armis
semiviri poterant qualia ferre viri.

neque ullum discrimen relinquit Silius XVII. 20.

Semivirique chori gemino qui Dindyma monte
casta colunt, qui Dictaeo bacchantur in antro,
quique Idaea juga et lucos novere silentes.

Quin Valerius Maximus II. 4. ipsam histrioniam a Curetibus repetere audet: Ea res ludium ex Hetruria arcessendi causam praebuit, cujus decora pernicitas vetusto ex more Curetum Lydorumque, a quibus Hetrusci originem traxerunt, novitate grata Romanorum oculos permulsit. Quae omnia magis veterum scriptorum in notandis rerum discriminibus negligentiam, quam rituum Cre-

[1] Tudibus Ovidium scripsisse puto; rudibus optat Visconti Pioclem. T. IV. Tav. IX. 13. ubi Lucretii locum parum prospere tractat.

Digitized by Google

ticorum et Phrygiorum communem ortum declarant. Neque enim ea affinia sibi, nedum paria duci possunt, in quibus plures apparent diversitatis quam similitudinis notae. Gallorum autem sacra cruenta et dissoni ululatus furiosique gestus a decoris et modulatis Pyrrhichistarum Cretensium motibus quos cuncti uno ore celebrant [m] et a Curetibus inventos ferunt [†] longissime distant. His multo rectius Dionysius Ant. II. 60. Salios componit [n] quos nemo aut vulsis ludiis similes aut Corybantum et Phrygum gallantium more debacchatos esse dicet. Hoc autem constituto discrimine, quod plurimis et disertissimis communitum est testimoniis, concidit viri docti argumentatio, qui sacra Phrygia multis ante Homerum seculis in Creta viguisse statuit; nam tota vertitur in solemnium Phrygiorum et Creticorum convenientia quae, vere aestimantibus, nulla fuit. Est sane ita a nonnullis veterum memoriae tra-

[m] v. Stroth. et Irmisch. ad Herodian. T. II. 1066. cf. Anthol. Lat. L. III. Ep. 184. Adversus haec nihil valet quod Athen. XIV. 630. B. Sicinnum Cretensem inventorem Sicinnidos sive Satyricae saltationis facit, quam Arrianus ab una nympharum Cybelae denominatam et primum a Phrygibus in honorem Sabazii Dionysi institutam dicit Eustath. p. 1078. 30. Suetón. Neron. c. XII. inter pyrrhicharum argumenta taurus Pasiphaen iniit.

[†] Dio Chr. T. I. 93. Phot. Cod. CCXXXIX. 524. Schol. Aristoph. Nub. 668. et quos Palmerius ad Lucian. Nigrin. §. 37. p. 288. T. I. Tzschuckiusque ad Strab. L. X. 162. afferunt.

[n] Χορείαν ἐνόπλιον καὶ τὸν ἐν ταῖς ἀσπίσιν ἀποτελούμενον ὑπὸ τῶν ἐγχειριδίων ψόφον Κούρητες ἦσαν οἱ πρῶτοι καταστήσαντες, additque Saliorum peltas simillimas esse iis οἵας λέγονται φέρειν οἱ τὰ Κουρήτων παρ' Ἕλλησιν ἐπιτελοῦντες ἱερά. quorum genus a Scepsio significari videtur his verbis p. 211. οἱ περὶ τὰς τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἀγιστείας πρὸς ἐνόπλιον ὄρχησιν ἠίθεοι καὶ κόροι τυγχάνουσι παρειλημμένοι. Hi certe non sunt exoleti Phrygii. Curetum peltas memorat Statius Theb. VII. 173.

Digitized by Google

ditum, deorum matrem, ex qua omnia pendent, antiquissimis temporibus a Cretensibus esse propitiatam. Sed huic famae fidem derogat Demetrius Strab. p. 205. φησὶ δὲ πάλιν [°] ὁ Σκήψιος ἐν τῇ Κρήτῃ τὰς τῆς Ῥέας τιμὰς μὴ νομίζεσθαι μηδὲ ἐπιχωριάζειν, ὑπεναντιούμενος τῷ τοῦ Εὐριπίδου λόγῳ, ἀλλ' ἐν τῇ Φρυγίᾳ μόνον καὶ τῇ Τρῳάδι, τοὺς δὲ λέγοντας μυθολογεῖν μᾶλλον ἢ ἱστορεῖν. Jam si in omnibus causis testes noti et locupletes, qui rem vulgo creditam negant, plus ponderis habent, quam qui affirmant, quia fieri potest ut hi vulgari famae inexplorato assensi sint, hos autem credibile est opinioni publicae non temere leviterque repugnasse, Demetrii auctoritati ceteros postponi oportet quorum nullum dedita opera in hanc rem inquisivisse constat. Attamen Strabo ipse ei opponit Euripidis

[°] Velim docuissent interpretes, quorsum hoc πάλιν referendum sit; sed propemodum vereor ne doceri non possit; adeo nulla est in hoc toto loco sententiarum continuatio. Illud quidem apparet, disputationis caput esse Curetes. De his primum Strabo affert Hesiodi et Phoronidis locos, deinde τοὺς Κρητικοὺς λόγους, quorum auctores non Curetes solum sed etiam Corybantes et Cabiros insulae suae insinuabant, hos (e Creta) in Samothraciam transmigrasse dicentes. Id vero negare Demetrium: ταῦτα δ' οὐκ ἀποδεξάμενος ὁ Σκήψιος etc. quo relato Strabo ad Curetes suos redit: οἱ δ' Ἑκάτης προπόλους νομίζουσι τοὺς Κουρῆτας τοὺς αὐτοὺς τοῖς Κορύβασιν ὄντας. et his verbis subjicit illud φησὶ δὲ πάλιν ὁ Σκήψιος, quasi contrarium sententiae modo allatae. Hujus autem duo capita sunt, Curetes Hecatae ministros et a Corybantibus nihil diversos esse. Utrum igitur negat Demetrius? Non certe posterius, ut patet ex sequentibus: πιθανὸν δέ φησιν ὁ Σκήψιος Κουρῆτας μὲν καὶ Κορύβαντας εἶναι τοὺς αὐτούς, οἳ περὶ τὰς τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἁγιστείας τυγχάνουσι παρειλημμένοι. Ergo prius. Sed quomodo haec sibi opponi possunt, Sunt qui Curetes Hecatae adjungant, sed his quoque repugnat Scepsius Rheam a Cretensibus coli negans? Nam repugnantiam significant verba φησὶ δὲ πάλιν connexa cum prioribus ταῦτα δ' οὐκ ἀποδεξάμενος. V. c. V. §. 8. not. i.

Digitized by Google

testimonium [P]. Opponit vero? Imo Demetrium Euripidi repugnare dicit, et noverat, opinor, in hac causa uter valentior esset, poeta an geographus. Quid? si nostrorum poetarum aliquis fabulae argumentum ex vetere Germania repetat et ab illo heroico aevo, quod a nostra memoria non longius abest quam Minoa secula ab Euripidis aetate, num eum omnes geographorum et historicorum libros peragrasse oportet, ne quo aut temporum aut locorum errore labatur? aut si religionis christianae ad barbaros Venedos Aestiosve traductionem enarrare sibi proposuerit, num aliud quidquam sibi videndum putabit quam ne rebus notis, testatis, illustribus repugnet, parum sollicitus quid Svantewitus aliquis aut Crodo aut Radegastus apud singulos valuerit? Qua in re haud scio an veterum poetarum licentia multo major fuerit quam nostrorum, qui et ipsi his rebus usque a prima pueritia eruditi sunt, et censores habent eruditiores. At Creta ipsa Phrygiorum sacrorum plurima praebet argumenta. Cedo ista! Primum Pragmatici illi, qui deorum Cretensium res gestas e fastis Euemerianis enarrant, inter alia opinionis suae firmamenta etiam hoc promunt, Titanes in agro Gnosiorum habitasse *οὗπερ ἔτι καὶ νῦν δείκνυται θεμέλια Ῥέας οἰκόπεδα* Diod. V. 66. [PP]. De hoc omnes mihi con-

[P] Hoeck Kreta I. 283.

[PP] Eusebius Chron. L. Post. LVI. p. 59. Apud Cretam regnavit primus Cres indigena — quem ajunt unum Curetarum fuisse, a quibus Jupiter absconditus est et

Digitized by Google

censuros arbitror, si Cretenses antiquitus Cybelae sacra suscepissent, nugatores illos non exstructi a Titanibus templi rudera evanida sed aras publice dedicatas, delubra integra aliaque sacrorum monimenta fuisse prolaturos. Secundo Latii et Olontii in foedere jurando Curetum et Corybantum numina testificantur. Fateor, sed eo tempore, quo jam diu inveteraverat opinio Cretensibus plausibilis et gloriosa, Jovem in Idae aut Dictae quodam antro educatum esse. Sed hanc ipsam opinionem multo ante Hesiodum coepisse negat Vossius, nec quidquam contra dici potest, nisi quis suam antiquitatis conscientiam, suum de vetustis religionibus sensum argumenti instar valere velit aut eo confugiat, ut Graecos, quod aliquando crediderint, nunquam non credidisse affirmet. Verum hoc dictu absurdum foret. Potest ut Cretenses perdiu Jovem cantando et saltando coluerint antequam ulli eorum in mentem veniret quaerere quo loco ille natus sit. Et hoc stabilito non necesse est e vestigio fabulam illam de Curetum salutari ministerio inventam et saltationibus solemnibus accommodatam esse; quam fabulam Hesiodus quidem in copiosa narratione ne verbo quidem tangit. Quare nec Heynii judicium probo in Comm. de religionibus cum furore peractis p. 6. T. VIII. fuit apud Cretenses sacrum antiquum insigni religione coli solitum, quo symbolico ritu re-

nutritus. Hi Cnosson condidere et Cybeles matris templum.

Digitized by Google

rum origines reddebantur, Cronno natus ex se devorante et Jove nato etc. [q] neque illa, quae Hoeckius [r] multo pluribus verbis disserit in eandem sententiam. Etenim ex omnibus veterum testimoniis nihil amplius efficitur nisi antiquos Cretenses diebus sacris more quodam vernaculo tripudiasse armatos; quod idem fecerunt Salii Romani et Pyrrhichistae Laconici [s] et hodie factitant barbarorum et Christianorum plurimi; quos si quis aut rerum origines aut stellarum motus aut aliud quid his simile symbolice repraesentare dicat, non aberit quin rideatur. Quid igitur illa vetustae Graeciae ludicra mirari tantopere attinet, quorum neque auctores nec causas nec rationes scimus? Quia dictu sublimius est, inquiunt; sublimia sentiamus oportet! Nimirum de rebus sublimibus, ut sunt multa a Graecis et dicta et facta gloriose et ad aeternum humani ingenii decus comparata, quae omnibus justam venerandi et triumphandi causam praebeant. Haec ut quisque intentissimo studio perquisiverit dicendoque aequaverit, ita mihi maxima antiquitatis admiratione incensus videtur. Sed ad omnia minima momenta admirabundum subsistere et, si quis manum compleserit, mysteria conclamare et symbola, id vereor ne a fanatica superstitione parum absit.

[q] Laudatur haec Heynii commentatio a multis; mihi, is cui scripta videtur.

[r] Creta I. p. 237 sq.

[s] v. Manso Sparta I. 2. 175.

Digitized by Google

§. 4.

Curetes Euboenses, quos Strabo Aetolorum majores et fabulis exemtos dicit, fabularibus non prorsus intactos fuisse ostendit Apollodori narratio II. 1. 3. Epapho recens in lucem edito Junonem Curetes immisisse: *ἐν γενυῇ παρὰ τῷ Νείλῳ Ἔπαφον· τοῦτον δὲ Ἥρα διῶξαι Κουρήτων ἀφανῆ ποιῆσαι· οἱ δὲ ἠφάνισαν αὐτὸν καὶ Ζηνὸς αἰσθόμενος κτείνει Κούρητας.* unde miror neminem adhuc Curetes Aegyptios exsculpsisse. Euboicos autem hoc loco significari Curetes Junonis nomen indicat insidiarum molitricis, quae in eadem insula adolevisse dicitur [a] ubi Epaphum natum, Argum occisum esse constat. Primum enim Hesiodus Fr. XLVII. insulam prius Abantidem dictam mutata in vaccam Io nomen Euboeae accepisse prodidit; alii autem *ὅτι τῇ Ἰοῖ εἰς βοῦν μεταβληθείσῃ ἐκεῖσε πολλὰς βοτάνας ἡ γῆ ἐβλάστησε* Etym. M. s. *Εὔβοια*. Deinde Strabo X. 9. antrum quoddam Euboeae *Βοὸς αὐλὴ* vocatum refert, quod Io ibi Epaphum enixa esset, minime ignarus in omnibus terris specus ampliores *βοαύλια* (Bauli) et esse et nominari [b], insulam autem ipsam *Εὔβοιαν* et *ἀργιβόειον*, ob armentorum multitudinem et speciem v. Aelian. H. An. XII. 36. Arguram Euboeae locum Ste-

[a] Plutarch. Daedal. Fragm. III. 288. Macris Junonis nutrix Schol. Ven. Boeot. v. 42. quod perperam negat Spanheim. ad Call. H. Del. v. 30.

[b] *Βοῦρα — βοόστασις* Callim. H. Del. 102. Euboeam Lemni, Corcyrae, Argolidis (ubi Heraeum fuit) novit Strabo.

Digitized by Google

phanus memorat ὅπου δοκεῖ τὸν πανόπτην ὁ Ἑρμῆς φονεῦσαι· quod nomen urbis in Chalcidice sitae frequentius Ἀργυρᾶ et Ἀργουσα scribitur v. Maussac. ad Harp. s. v. ab eadem stirpe ductum unde Ἄργος, Ἀργισσα, Ἀργεια [c]. In eadem vero insulae regione tum illi Curetes habitarunt, qui post diuturna bella in Aetolians, ut fertur, secesserunt, tum etiam veterum Curetum, hujus nominis principum, sedes fuisse dicuntur, τοὺς Κουρῆτας Κρῆτας εἶναι, περιθέσθαι δ' ὅπλα χαλκᾶ πρώτους ἐν Εὐβοίᾳ, διὸ καὶ Χαλκιδέας αὐτοὺς κληθῆναι Strab. X. 202. Huic accedit Stephanus s. Ἄδηψος· Ἐπαφρόδιτος μαρτυρεῖ ἐκεῖ χαλκὸν πρῶτον εὑρεθῆναι· καὶ πρῶτοι χαλκὸν ἐκεῖ ἐνεδύσαντο οἱ Κούρητες οἱ μετὰ Διὸς ἐλθόντες, οὓς φύλακας τῆς νήσου καὶ τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἥρας κατέλιπεν [d]. Quemadmodum igitur Juno ad occidendum Zagreum Titanum opera usa est, ita quum Epaphum novercali persequeretur odio, nulli propiores erant ministri quam Curetes; neque dubito

[c] Ἀργούρας παρὰ Μενάνδρῳ Ἀργυρᾶς Schol. Demosth. Bav. p. 93. quod Menandri editores omittunt. cf. Dindorf. ad Herodian. Praef. p. XL.

[d] Ister Fragm. p. 77. arma in Teuchio Euboeae a Cyclopibus inventa dicit. Schol. Eur. Or. 953. Κύκλωπες θρᾳκικὸν ἔθνος ἀπὸ Κύκλωπος (v. supr. p. 209.) βασιλέως οὕτως ὠνομασμένοι· οὗτοι πολέμῳ ἐξανασταντες τῆς ἰδίας γῆς ἄλλοι ἄλλη ᾠκίσθησαν, οἱ πλείονες ἐν τῇ Κουρήτιδι, Euboeam significare videtur, ubi frequens Cyclopum nomen. Vulgo Aetolia ita vocatur v. Brunck. ad Apoll. IV. 1229. Chalcis Aetolica Κουρήτων ἱερὰ χθών Diodor. Exc. p. 9. Maj. Anthol. T. IV. Ep. CCX. Anton. Lib. c. 8. Hinc pendet Chronographorum commentum apud Syncellum p. 150. οἱ ἀπὸ Κουρητίας τῆς νῦν Ἀκαρνανίας Κουρῆται καὶ Κορύβαντες Κνωσὸν ᾤκησαν, οἱ τὴν ἐν ὅπλοις εὔρυθμον κίνησιν εὑρόντες, quod ex Africano refert Eusebius. Miror hoc levi testimonio Hefftertum uti Ueber die Götterdienste auf Rhodus p. 152. cuius librum saepius laudassem, si prius cognitum habuissem.

Digitized by Google

quin haec fabula ad illius exemplum composita sit. Nam Epaphum nonnulli eundem Dionysum esse crediderunt Plutarch. de Is. c. 37. et Io eandem Isin; hanc vero Lunam esse Liberi matrem. De hoc deo Eusebius Pr. Ev. III. 13. 120. *τίς ἡ τοῦτον γεννήσασα εἴτε Σελήνη τις λέγοιτο εἴτε Περσεφόνη*, ubi non probo Cuperi emendationem *Σεμέλη τις* in Numism. p. 255. Ulpianus in Mid. p. 174. *οἱ μὲν Πάνδια Διὸς ἑορτὴν ἐνόμισαν, οἱ δὲ Πανδῖαν τὴν σελήνην νομίζουσιν. Ἦγον οὖν καὶ τῆς Σελήνης ἑορτὴν μετὰ τὰ Διονύσια, ἐπειδὴ Διονύσου ἀδελφή· εἴπερ τὸν Διόνυσον καὶ Ἀπόλλωνα καὶ Ἥλιον καλοῦσιν. Ἔνιοι δὲ παῖδα Σελήνης τὸν Διόνυσον.* Diodorus vero III. 73. Dionysum secundum Jovis et Lunae filium regem Aegypti et teletarum inventorem; Cicero N. D. III. 23. quartum Dionysum iisdem parentibus natum dicit, cui sacra Orphica instituuntur, his verbis nomen teletarum interpretatus. Sed luculentissimum hujus confusionis, qua Epaphus et Bacchus permixti sunt, exemplum praebet Hyginus Fab. CL. Postquam Juno vidit Epapho ex pellice nato tantam regni potestatem esse, curat in venatu ut Epaphus necaretur Titanesque hortatur Jovem ut regno pellant, quae toto colore omnibusque lineamentis assimilata sunt fabulae Orphicae a Pragmaticis ad speciem factionis aulicae exornatae; quo facilius intelligitur cur sacra Orphica Lunae filio instituta dicantur, quae eadem Isis, Io, Proserpina perhibetur Osiridis Diony-

Digitized by Google

sique genitrix. Verum tamen hoc non eo spectat, ut Graecos his nominibus unum eundemque deum significasse putemus, tanquam idem Dionysus ejusdem Lunae et pater et frater et filius dici possit, quod sane iis dicendum est, qui, quae diversi scriptores alias aliter ariolati sunt, omnia ad systema Graecorum, quomodo ajunt, theologicum, referunt, idque universos ac singulos summa cum religione velut normam fidei in omni genere scribendi sequutos putant. Sed nobis, qui unumquemque Graecorum in fabulis fingendis et diffingendis summa libertate usum scimus, alii Dionysum cum Epapho composuisse, alii Proserpinae filium dixisse, alii Curetibus Jovis custodiam, alii hostilem in filios ejus animum tribuisse videntur [†]. Itaque nihil minus miramur quam quod Nonnus eosdem Euboenses Curetes, quibus Juno contra privignos suos usa dicitur, cum Corybantibus confundit et Dionysi tutores atque conservatores praedicat

Εὐβοέων δὲ φάλαγγας ἐκόσμεον ἀσπιδιῶται
παιδοκόμοι Κορύβαντες ἀεξομένου Διονύσου.

XIII. 135. quos septem [e] Soci et Combae filios a patre impio una cum matre ejectos [f] primum

[†] Similiter Panes (nisi Titanes fuere) Baccho insidiati dicuntur Paus. VII. 18. 3.

[e] Prymneus, Mimas, Acmon, Damneus, Ocythous, Idaeus, Melisseus; quae nomina partim a Gigantibus, Satyris, Dactylis traducta partim Idae monti et Melisseo vel Melissae Cretensi assimilata sunt. Melisseus denuo apparet inter Abantum duces L. 36. 274. Mimas commune montium et Gigantum nomen Hoeckius p. 206. mimum significare putat, quod vix concedi potest.

[f] De Combe Curetum matre, quae Chalcis cognominata est,

Digitized by Google

Gnossum, hinc Phrygiam, tum Marathonem Atticum devenisse, postremo, quum Cecrops Socum interemisset, ad pristinas reversos esse sedes

νόστιμον ἴχνος ἔκαμψαν ἐς ἱερὸν οὖδας Ἀβάντων
Κουρήτων προτέρων χθόνιον γένος, οἷς μέλος αὐλῶν,
οἷς βίος εὐκελάδων ξιφέων κτύπος — καὶ ἀσπιδόεσσα
χορεία.

Ab his autem Bacchum educatum esse hoc probabilius fingi poterat, quo illustrior erat Nysae Euboicae fama v. Soph. Thyest. Fr. VI. 649. Brunck. quôque certior fides divum infantem ad Aristaeum Euboeae regem translatum et a Macride in antro *διθύρῳ* educatum esse v. Apollon. Arg. IV. 1334. et Schol. Oppian. Cyn. IV. 237. sq. Nonn. XXI. 192.

§. 5.

Fuisse qui Curetes Aetolicos a Creta profectos putarent, Strabonis testimonio constat. Item Diodorus refert V. 60. quinque Curetes, eorum qui Jovem educassent posteros, cum magna multitudine Cretensium Chersonesum Cariae occupasse atque totam regionem in quinque divisisse partes, quarum nomina non adjicit sed a singulis Curetum ducta esse significat. Eorum quatuor

supra diximus p. 209. Schol. Vict. Il. Ξ. 291. *οἱ δὲ τὴν μητέρα τῶν Κορυβάντων Χαλκίδα φασί.* Ad Curetes Aetolicos hoc nomen transfert Ovidius Met. II. 583. adjacet his Pleuron in quo trepidantibus alis Ophias effugit natorum vulnera Combe; qui locus componendus homerico *αἰόλος ὄφις.*

Digitized by Google

enumerat Etym. M. p. 389. 35. *Εὔδωνος ποταμὸς τῆς ποτε μὲν Λίας τε καὶ Ἐρύμνης καὶ Λαρίσσης νῦν δὲ Τραλλέων καλουμένης τῆς Ἀσίας, ὅτι Λάβρανδος καὶ Πανάμορος καὶ Πάλαξος ἢ Σπάλαξος οἱ Κούρητες κατὰ χρησμὸν ἐπὶ τὴν Καρίαν ὁρμῶντες ἐπὶ ταῖς ὄχθαις αὐτοῦ κατεκοιμήθησαν.* ubi Cures Labrandus a vico Labradensi et fortasse Panhormus ab alio loco dictus reliquorum nominum ortum similem demonstrant. v. Gasp. Oderici Dissertatt. p. 3. In alia Cariae veteris parte prope Ortygiam Ephesiam Strabo XIV. (640.) 532. narrat montem Solmissum, ubi Curetes Junonem Latonae parturienti insidiantem strepitu armorum absterruisse dicantur — *πανήγυρις δ' ἐνταῦθα συντελεῖται· ἔθει δέ τινι οἱ νέοι φιλοκαλοῦσι μάλιστα περὶ τὰς ἐνταῦθα εὐωχίας λαμπρυνόμενοι· τότε δὲ καὶ τῶν Κουρήτων ἀρχεῖον συνάγει συμπόσια καί τινας μυστικὰς θυσίας ἐπιτελεῖ.* quae verba mirum ni cuique mysteria Curetica, de quibus ante dictum est, in animum revocent, Ephesum fortasse per colonos Cretenses translata. Verborum enim Strabonis is tenor est ut non nominis sed rerum similitudine a fabulosis Curetibus ad juvenum Ephesiorum dominia et ab his ad curiam Curetum traductus videatur. Verum de his rebus ne Strabo quidem plus quam conjecturam afferre poterat; quumque in omnibus fere urbibus collegia juventutis fuerint, sacris, ludis, epulis adstricta, quorum ipsum nomen (*κοῦροι*) et pompae saltuares doctis veterum Curetum memoriam afferrent, suspicari licebit,

Digitized by Google

hinc illam conjecturam natam, curiam autem Ephesiam nihil aliud quam ἀρχεῖον ἱερόν fuisse, simillimum Saliorum et Lupercorum sodalitatibus, quibuscum Curetes Ephesii coenas lautas et saliares, cerimoniasque mysticas communes habebant. — Haud procul Epheso urbs Magnessa erat a Magnete Caris filio et Magnetibus Cretensibus condita [ε], unde ad Magnesiam Macandriam deducimur indidem denominatam, cujus numis Curetes saltantes impressi sunt, et ad alteros Magnetes, qui vocantur ad Sipylum antiquissimae urbis Tantalidis in Sipylo sitae accolas. Hinc Smyrnaeis quoque, Matris magnae cultoribus (Spanhem. de Vesta c. I.) contribuit Aristides Monod. in Smyrn. T. I. 260. τὰ μὲν ἀρχαῖα (Smyrnae) Κουρήτων χοροὶ καὶ τροφαὶ καὶ γενέσεις θεῶν καὶ Πέλοπες διαβαίνοντες ἐνθένδε etc. quo saepius recurrit Προσφ. Σμύρν. p. 270. Διὸς γένεσιν καὶ χορείας Κουρήτων καὶ Ταντάλου καὶ Πέλοπος οἰκισμὸν τῆς πρώτης πόλεως ἐν τῷ Σιπύλῳ γενομένης. et T. I. 229. ἡ πρεσβυτάτη πόλις ἐν τῷ Σιπύλῳ κτίζεται· οὗ δὴ τὰς τῶν θεῶν εὐνὰς εἶναι λέγουσι καὶ τοὺς Κουρήτων χοροὺς περὶ τὴν τοῦ Διὸς μητέρα. quos silentio praetermittit Schol. Vict. ad Il. XXIV. 615. Ῥέα φοβηθεῖσα τὰς ἀπειλὰς Κρόνου σὺν ταῖς θυγατράσιν ᾤκησε Σίπυλον κρυφίως· καὶ ἱερὸν αὐτῷ (αὐτῶν vel αὐτῆς) ἐκεῖ. Haec quamvis cognitu non indigna sint, tamen quia non constat quo tempore hic cultus increbuerit, ra-

[ε] v. Schol. Apoll. I. 584.

Digitized by Google

tionibus prius initis atque subductis neque addunt quidquam neque demunt. Quod idem valet de ceteris locis. Pausanias III. 25. oppidi Pyrrhichi in Laconica siti nomen alios a Pyrrho Achillis filio, alios a deo Pyrrhicho, Curetum uno[h] impositum putare, nec deese, qui Silenum ita appellent[i], unde Satyrorum et Curetum affinitas elucet a Strabone strictim indicata. Idem IV. 33. Messenii, inquit, Jovem apud se educatum ajunt fontemque Clepsydram in acropoli hinc nomen accepisse, quod divinus infans Curetum furto Saturni insidiis subductus ibique ablutus sit; in urbe vero Messeniorum Curetum conseptum (μέγαρον) memorat c. 31. ἔνθα ζῶα τὰ πάντα ὁμοίως καθαγίζουσι. Postremo Arcades Jovem non in Creta sed apud se in loco Cretea dicto natum ferentes[k] Paus. VIII. 38. ministros ejus Curetes non exclusisse videntur. Certe ad Statii Theb. IV. 292. venit et Idaeis ululatibus aemulus Azan Scholiastes haec adnotat: Quoniam in

[h] Curetem Pyrrhichum nosse videtur Strabo X. 163. Alii Pyrrhichum Cretensem aut Laconem faciunt.

[i] Hunc ipsum fontis in foro scatentis datorem ferebant; et fortasse pluribus in foris putealia, cisternae et fontes v. Paus. IV. 31. 5. VII. 27. 2. Satyrorum simulacris ornati erant, sicut extra fora constat fuisse v. V. D. ad Bronzi di Ercol. T. II. p. 165. Gesner. de Silenis p. 35. Burmann. ad Petron. c. 26. qui non praetermittit Marsyae statuam in foris municipiorum positam, liberae civitatis signum, ut dicitur, nec dubitat Savignius in Comment. Acad. Berol. A. 1814. N. I. similiter ut in oppidis veteris Saxoniae, quum jus civitatis obtinuissent, comites pagorum praefecti statuis Rolandi in loco publico positis forum significabant v. Spangenberg. Beitr. z. Kunde d. deutsch. Rechtsalterthümer p. 13. Equidem plures fuisse causas arbitror cur signa satyrica in foris dedicarentur.

[k] Propter urbem Tegeam ὄρος τὸ Ἀλήσιον διὰ τὴν ἄλην καλούμενον τῆς Ῥέας Paus. VIII. 10. quae ἄλη Cereris πλάνῃ aequiparanda est.

Digitized by Google

illo monte ut Jupiter ita etiam mater deorum colitur, ideo Azan apud Arcades Curetes hoc nomen habent de monte Azania, unde vulgo in sacris deum magne dicitur Azan. Ita legitur in Edit. Domitii Calderini; Tiliobroga edidit: inde Azan apud Arcades Curetes hoc nomen habent de monte Azane, unde vulgo in sacris deae magnae dicitur Azan. Barthius nomen Curetes omittit, quod omnino retinendum; sed reliquorum correctio anceps est. Ceteris vero notabilior ille Pausaniae locus VIII. 37. ubi Despoenae templum et dearum signa super throno collocata enarrat et quaedam operis insignis parerga: *τὰ δὲ ἐς Κούρητας (οὗτοι γὰρ ὑπὸ τῶν ἀγαλμάτων πεποίηνται) καὶ τὰ ἐς Κορύβαντας ἐπειργασμένους ἐπὶ τοῦ βάθρου (ἑνὸς δὲ οἶδα ἀλλοῖον καὶ οὐ Κούρητος) τὰ ἐς τούτους παρίημι ἐπιστάμενος* [1]; unde apparet Curetes et Corybantes deabus magnis sociatos esse. Id autem infra, ubi sermo ad Cabiros redierit, viam nobis faciliorem concinnabit.

Cap. II.

De Corybantibus.

§. 1.

Quanquam Corybantum nomen multorum memoratione celebratur, tamen, si res censenda est,

[1] Verba interclusa *ἑνὸς δὲ* — Siebelisus leniter in alium intellectum

Digitized by Google

praeter nomen nihil fere constat. Ac ne invenitur quidem illud in vetustissimis graecarum literarum monimentis sed omnium, qui hodie noscuntur, primus Orpheus in Theogonia introduxit Proserpinae satellites, ut Proculus refert, ἡ τῶν Κορυβάντων τάξις συμπροβαίνουσα τῇ Κόρῃ καὶ φρουροῦσα αὐτὴν v. supr. p. 546. qui et nomen hinc ortum putat, vulgarem in hoc opinionem sequutus. Servius ad Aen. III. 111. aenea cymbala Corybantibus dedit Iasionis filiis, qui vagitum Jovis celaverunt, quos quidam Corybantas dictos putant ἀπὸ τῆς Κόρης, Corybas enim Proserpinâ, quae Κόρη dicitur, sine patre natus. Paullo aliter Etym. M. Κορύβαντες οἱ τὴν Κόρην καταβάντες ἀναγαγεῖν καὶ μὴ ὑποστρέψαντες, cujus fabulae fundamenta latent. Nobis credibilius videtur nomen Corybantum illic natum esse[†] ubi Corybantion et Corybissa fuit, in Troade, quae religionum Phrygiarum propria sedes; etymologiam tamen istam, utut falsam similemque illis, quibus vocabula Amanus, Atergatis, Adiabene explicantur, non sola soni similitudine sed quadam Liberae cum Corybantibus societate niti, ex aliis

deflectit γένους δὲ οὗτοι ἀλλοίου καὶ οἱ Κούρητες, alius sunt generis Corybantes atque Curetes. Sed ex aliis Pausaniae locis non apparet eum Corybantes a Curetibus diversos putasse et si Curetes et Corybantes, ut vulgo comprehendi solent, ita in illa basi conjuncti fuere, nihil intererat utro loco illud admoneret, quod vulgata lectio significat, unius eorum (Curetum vel Corybantum) figuram non esse Curetis vel Corybantis (sed alius ministri Cerealis, Jacchi aut Iasionis aut Anyti etc.)

[†] Quo tempore lingua hebraica omnium antiquissima credeba-

Digitized by Google

constat fabulis, quae latius patent quam ut etymi causa inventae videantur.

Theogoniae Orphicae adjungi vel adeo praeponi posset Epimenidis carmen *Κουρήτων καὶ Κορυβάντων γένεσις* inscriptum, si certus extaret auctor; sed Laertii illius nusquam tuta fides. Sequitur ergo Pherecydes, qui primus Corybantum numerum et sedem prodidit Fr. XXXI. 152. *ἐξ Ἀπόλλωνος καὶ Ῥυτίας Κορύβαντας ἐννέα· οἰκῆσαι δ' αὐτοὺς ἐν Σαμοθρᾴκῃ.* De patre consentiunt Apollodorus et Schol. Lyc. 77. Corybantes Apollinis et Thaliae Musae filios perhibentes, sed hujus genealogiae quae sit ratio, neuter explicat neque facile invenietur, nisi quod illi pernices et irrequieti saltatores a deo musico non alieni videntur. Haud minor dubitatio de Rhytia utrum Cretica nympha sit an Trojana; nam in Creta duae fuerunt urbes, unde nomen illud ductum videri potest, *Ῥειθύμνη* sive *Ῥιθυμνία* et *Ῥύτιον*, in Troade vero oppidum *Ῥοίτειον*, quod ipsum Rhytion vocatur. v. Tzschuck. ad Strab. XIII. 321. Dorvill. ad Charit. p. 251. et communem cum illo ortum habet a verbo *ῥεῖν*. Pro Cretica Corybantum origine afferri potest, quod Theologi ap. Cic. N. D. III. 23. quatuor Apollinum secundum numerant Corybantis filium in Creta natum, et Tzetzes ad Hes. Opp. v. 1. p. 25. Palaephatum *Ἀπόλλωνος τοῦ Κάρβαντος καὶ Θαλείας*, ubi facile Cyrbas agnosci-

tur, Corybantes et Cherubim idem valebant v. Gale ad Apollod. I. p. 7. Clericus ad Lucian. T. VI. 641.

Digitized by Google

tur consueto mythologis artificio e filio in patrem conversus. Sed quia locupletiorum auctorum sententiis Corybantum nomen a Creta secluditur, praeoptavimus illam Rhytiam sive Rhoetiam, de qua Servius ad Aen. III. 108. Rhoeteum promontorium Troadis, licet alii Retias legant propter Retiam Ritonis filiam, ubi Sithonis scribendum. Schol. Lyc. 583. Σιθῶνος (sic) ἢ Πρωτέως θυγάτηρ Ῥοιτεία, ἀφ' ἧς τὸ Ῥοίτειον. Schol. Apoll. I. 929. et Zonar. Lex. p. 1620. Ῥοίτειον ἐκλήθη ἀπὸ Ῥοιτείας θυγατρὸς Πρωτέως, quem ipsum Cabirorum avum edidit Pherecydes communem mythographorum consuetudinem sequutus, quibus familiarissimum est deorum ignotiorum majoribus, posteris cognatisque nomina imponere a proxima vicinia repetita, ut hac ipsa in causa vocabula Sithon, Rhoetea, Pallene, Torone, Phyllis, a locis propinquis translata sunt ad divinos Samothraciae et adjacentis orae incolas. Corybantes autem Samothraciam tenuisse post Pherecydem plures scripserunt; Lycophro v. 77. qui Saon sive Samum ἄστυ Κυρβάντων vocat, Dionysius Perieg. 524. qui Κορυβάντιον ἄστυ, rerum Creticarum scriptores [a] quos Strabo producit X. 204. ἔτι δὲ Κρόνου τινὲς τοὺς Κορύβαντας, ἄλλοι δὲ τοῦ Διὸς καὶ Καλλιόπης φασὶ τοὺς αὐτοὺς τοῖς Καβείροις ὄντας, ἀπελθεῖν δὲ τούτους εἰς Σαμοθράκην· quo loco et in tota

[a] Horum mentio proxime antecedit p. 202. ἐν τοῖς Κρητικοῖς λόγοις etc. et verbum ἀπελθεῖν indicium praebet certi cujusdam loci, unde abierint, quo Cretam significari puto.

Digitized by Google

Strabonis relatione molestiam nobis facessit vox ambigua οἱ αὐτοί, nam iidem dici possunt non solum qui ejusdem generis sunt sed etiam qui idem factitant, sicut Strabo ipse significat omnes qui alacrius velut divinitus mente mota in sacris tumultuarentur, Curetes, Cabiros, Corybantes dictos esse. Postremo Eustathius ad Dion. l. c. testatur in Samothracia Corybantum mysteria celebrari, quae Nonnus XIII. 402. Hecatae dicata dicit Zerynthiae, et Schol. Arist. Pac. 277. οἱ ἐν κινδύνοις γενόμενοι ἐπεκαλοῦντο τούτους τοὺς δαίμονας τοὺς ἐν Σαμοθράκῃ, τούς τε Κορίβαντας καὶ τὴν Ἑκάτην, καὶ ἠλευθεροῦντο, ἐξ οὗ καὶ διαβόητον ἦν τὸ Ζήρυνθον ἄντρον, ἔνθα ταύτῃ ὠργίαζον. cf. Suid. s. Σαμοθράκῃ. quare nonnulli, ut Strabo refert p. 205. Ἑκάτης προπόλους νομίζουσι τοὺς Κουρῆτας τοὺς αὐτοὺς τοῖς Κορύβασιν ὄντας. Cujusmodi autem haec mysteria fuerint, prorsus ignotum [b]. Eosdem Corybantes sed alia via Diodorus in Samothraciam introducit, sub auspiciis Rheae; primum L. III. 54. ubi Dionysii cyclographi fabulam insulsam refert, quomodo Amazones, gens Libyae potentissima, devictis Atlantiis et Gorgonibus atque subjugato universo fere terrarum orbe ad Asiae oram et objacentes insulas arma protulerint et ut regina earum Myrina Samothracen inhabitatam adhuc et incultam somni monitu matri deorum consecraverit; hisque ad-

[b] Nimis copiose ea exponit Wernsdorfius ad Priscian. Perieg. v. 547. neque satis caute Welckerus p. 268. quae Plato de Corybantibus dicit, ad Samothraciam refert; ille de sacris Phrygiis loquitur.

Digitized by Google

dit quae ab eodem Dionysio sumsisse videtur, reversis hinc Amazonibus deam filios suos Corybantes in hac insula collocasse, quorum quis pater fuerit in occulto tradi κατὰ τὴν τελετήν, eandemque mysteria instituisse quae etiamnunc Samothraciae perdurent. Alio vero loco V. 49. Corybantem narrat Iasionis et Cybelae cujusdam filiolum sacra matris deorum e Phrygia illuc transtulisse. Quae qui tradiderunt, homines certe levissimi, non dubitasse videntur, quin Samothracum sacra Corybantia deorum matri instituta sint; de quo plura alias, nunc, quod coepimus. Hi igitur Corybantes Samothraciae adjudicant sub gravissimo teste Pherecyde; Cretam eos repetit Euripides ut aetate ita auctoritate aliquanto posterior in Bacch. v. 124.

ὦ θαλάμευμα Κουρήτων
ζάθεοί τε Κρήτας
διογενέτορες ἔναυλοι,
ἔνθα τρικόρυθες ἄντροις [c]
βυρσότονον κύκλωμά
μοι Κορύβαντες εὗρον [d].

reliquaque de invento a Corybantibus tympano, quod Rheae munere acceperunt Satyri et ad sa-

[c] De hoc versu diximus ad Aj. p. 359. In Chrysostomi Or. LXII. 644. T. VI. ἐπωμίδα, ζώνην, περισκελῆ, πέταλον χρυσοῦν, τιάραν, τουτέστι κυρβασίαν, postremum vocabulum a Frontone ascitum est pro κορυβάντιον, approbante Petavio ad Epiphan. p. 333. Hoc sanissimum esse ostendunt exempla a me allata. In Gloss. Κίθαρις κορυφάντων πῖλος scribendum κορυβάντιον s. κορυφάντιον, πῖλος. Zonaras p. 1731. τιάρα κορυβάντιόν τι. Idem p. 1267. Κύρβεσις ἑορτή. quod Tittmannus corrigit τιάρα ὀρθή. Saliorum κυρβασίας memorat Dionysius.

[d] Ῥόπτρα Κορυβάντεια Phalaec. Ep. III. 421. Galli, quorum

Digitized by Google

cra Bacchica transtulerunt. Ad Euripidis partes Theophrastus se adjungit, qui pravo acumine Solonios Cyrbes nomen habere statuit *ἀπὸ τῶν Κρητικῶν Κορυβάντων· τῶν γὰρ Κορυβαντικῶν ἱερῶν οἷον ἀντίγραφα εἶναι* Schol. Arist. Avv. 1354. cf. Ruhnken. Hist. Graec. Oratt. p. 163. T. VIII. Et haec apud posteros praevaluit opinio Corybantes Cretenses esse. Lucianus Podagr. p. 3. T. X.

ἀνὰ Δίνδυμον Κυβήβης
Φρύγες ἔνθεον ὀλολυγὴν
ἀπαλῷ τελοῦσιν Ἄττει.
καὶ πρὸς μέλος κεραύλου
Φρυγίου κατ' οὔρεα Τμώλου
κῶμον βοῶσι Λυδοί.
παραπλῆγες δ' ἀμφὶ ῥόπτροις
κελαδοῦσι Κρητὶ ῥυθμῷ
νόμον εἴλιον Κορύβαντες.

Plotius p. 2625. dictus hic pes etiam Creticus, quoniam in insula Creta Corybantes ut vagitum Jovis celarent, sic sonuerunt. Sed manifestum est his temporibus nomina Corybantum, Curetum et Dactylorum tantumdem valuisse, nec mirum eorum sedes confundi quorum munera et officia distingui desita essent. Claudianus in Eutrop. II. 282. Cybelen Phrygiam Curetum et Corybantum thiasos spectantem inducit. Nonnus L. XIV. 25. *Κρήτηθεν ἀολλίζοντο — Δάκτυλοι Ἰδαῖοι γηγενέες Κορύβαντες,* quorum nomina recenset; Pyrrhichum, Idaeum,

proxima cum Corybantibus gentilitas, *πλάζονται ἅμα ῥόπτροις τε καὶ αὐλοῖς* Maneth. VI. 538. tympana Galli Juvenal. VIII. 76.

Digitized by Google

Cnosium, Cyrbantem, nec amplius nominatim meminit, sed Corybantum saepius; L. XXVIII. 276. *Δικταῖοι Κορύβαντες*, qui Indos trucidant *Κουρῆτι σιδήρῳ* XXIX. 215. 222. Melisseus eodem loco XXVIII. 309. 311. Cures et Corybas vocatur. Asterion, cui Europa nupsit, *ἄναξ Κορυβαντίδος ὕλης* vocatur II. 695. Eurymedonti Cabiro tribuit *Κορυβαντίδα φωνήν* XXX. 57. Universos uno ambitu complectitur Servius Georg. IV. 153. Jovem Curetibus, Corybantibus et Idaeis Dactylis dedit custodiendum. Curetes et Dactylos comprehendit Stephanus: *Κυλλήτιον ὄρος Κρήτης· Σκυλλαῖος γὰρ ὁ Ζεὺς αὐτοῦ τιμᾶται· ἔνθα φασὶν ἀποθέσθαι τοὺς Κουρῆτας μετὰ τῶν Σπαρτιατῶν τὸν Δία*, ubi Salmasius pro *Σπαρτιατῶν* aut *Κορυβάντων* scribendum putat aut *Βακτριανῶν*, quarum emendationum posterior nititur Strabonis verbis p. 202. *οἱ δ' ὑπὸ Τιτάνων Ῥέᾳ δοθῆναι προπόλους ἐνόπλους τοὺς Κορύβαντας ἐκ τῆς Βακτριανῆς ἀφιγμένους*, sed opus neutra. Etenim fama est Curetes vel Dactylos e sparso vel imbre vel pulvere natos esse, quorum illud significat Ovidius Met. IV. 282.

> Te quoque nunc adamas, quondam fidissime parvo,
> Celmi, Jovi largoque satos Curetas ab imbri.

hoc clare pronunciant Grammatici, quos infra appellabo, Dactylorum nomen a sparso per digitos pulvere unde extitissent, repetentes. Hinc Sparti dicuntur sive Spartiatae, sicut terrigenae Thebani. Gregorius Naz. Ep. CXXXIX. 865. *τοὺς Σπαρ-*

Digitized by Google

τιάτας ἡ λόγχη γνωρίζει. ὦμος δὲ Πελοπίδας[e] quo loco Wernsdorfius ad Himer. Or. VII. 547. Σπαρτοὺς corrigit; sed tralaticiam lectionem tuetur Zonaras p. 1281. haec ipsa verba afferens et multitudo exemplorum. Suidas s. Ἐπαμινώνδας hunc dicit clypeum gestasse dracone insignitum ὡς τοῦ γένους τῶν Σπαρτιατῶν ὄντα· ubi codd. aliquot Σπαρτῶν exhibent, sed illud immerito damnat Bochartus Can. P. II. L. I. c. 22. Apud Lactantium Inst. III. 4. 9. pereunt igitur universi et tanquam Spartiatae illi poetarum hic se invicem trucidant, haec est constans codd. scriptura in Sparti depravata; rarioris formae vestigium superest in Juliani Or. II. 81. C. (p. 151.) λόγχη λέγεται περὶ τὴν Βοιωτίαν τοῖς Σπαρτίοις (sic) ἐντυπωθῆναι· ubi margo Σπαρτιώταις. Nec dubitem, quin apud Firmic. de Err. Prof. p. 9. Rig. (p. 27. W.) Saturnus Creta fugiens in Italia a Spartanis absconditur[†], ubi audacter Jano patre substituunt, Sparti quidam significentur italici. Stepha-

[e] Dio Chr. Or. IV. 149. τοῖς ἐν Θήβαις Σπαρτοῖς ποτε λεγομένοις σημεῖον λέγεται εἶναι τοῦ γένους λόγχη τις ἐπὶ τοῦ σώματος. cf. Schol. Lyc. 132. Creon rex, quod ex draconteo genere omnes in corpore habebant insigne, agnoscit Hygin. Fab. LXXII. Σύμφυτα σημεῖα οἷον λόγχη, ἣν φοροῦσι γηγενεῖς ἢ ἀστέρες οἷον ἐν τῷ Θυέστῃ Καρκίνος Aristot. Poet. c. XVII. unde colligimus poetas Tragicos his genitivis notis sive ingenuis signis (v. Al. Toll. ad Appian. Syr. c. 56.) eadem ratione usos esse, qua Comicos crepundiis, ad Anagnorises. Lemma Epigr. XVII. cod. Vat. in Parall. p. 680. ἐν ἀρχῇ τοῦ δεκάτου πίνακος Εὔνοος γεγλυμμένος καὶ Θόας ἀναγνωριζόμενοι τῇ μητρὶ καὶ τὴν χρυσῆν δεικνύντες ἄμπελον, ὅπερ ἦν αὐτοῖς τοῦ γένους σύμβολον.

[†] Corybantum nomen Herodianus in Etym. M. a verbo κρύβειν repetit.

Digitized by Google

num quidem clarum est de Dactylis vel Corybantibus loqui, quorum nomina apud hujus aetatis scriptores indiscreta sunt. Ac similem quandam fabulam affert Schol. Plat. p. 51. Ruhnk. (p. 377. Bekk.) *τοὺς Κορύβαντάς τινες τοὺς αὐτοὺς τοῖς Κούρησιν εἶναί φασιν καὶ τῆς Ῥέας ὀπαδοὺς ἀπὸ τῶν τοῦ Διὸς δακρύων γεγενημένους, ὧν ἀριθμὸν οἱ μὲν ἐννέα οἱ δὲ δέκα λέγουσι.* quae eadem narrant Schol. ad Arist. Lys. 558. et Suid. s. *Κορύβαντες* sed omissis lacrymis et pro *ὀπαδοί* substituentes *παῖδες*. Sed haec breviter. Unum superest, quod longiore sermone indigeat. Strabo p. 202. refert quosdam opinari, Telchines eos qui cum Rhea Cretam venissent, Curetes esse vocatos, *Κορύβαντα* [f] *δὲ τούτων ἑταῖρον* [ff] *Ἱεραπύτνης ὄντα κτίστην παρὰ τοῖς Ῥοδίοις παρασχεῖν πρόφασιν τοῖς Πραισίοις ὥστε λέγειν ὡς εἶεν Κορύβαντες δαίμονές τινες Ἀθηνᾶς καὶ Ἡλίου παῖδες.* Primum verba *παρὰ τοῖς Ῥοδίοις — ὥστε λέγειν*, sine dubio hoc significant: praebuisse Praesiorum legatis ad Rhodios missis occasionem ut dicerent. Quum vero constet inter Praesios et Hierapytnios grave et internecinum bellum gestum esse, promtum est intelligere, illos legationem misisse ad Rhodiorum commune, vel auxilio petendo vel ne hostibus suis auxiliari vellent, vel ut conciliarent bellantes. Neque ignotum veteres oratores in ejusmodi causis nihil ambitiosius jactasse quam jus cognationis et commu-

[f] *Κύρβαντα* Codd. plures.
[ff] *Ἕτερον* emendant.

Digitized by Google

nium majorum necessitudines vel e fabulosa antiquitate repetitas. Apud Tacitum Ann. IV. 55. Ilienses legati ad senatum missi parentem urbis Romae Trojam referunt; Sardiani decretum Etruriae recitant, ut consanguinei aliaque haud procul fabulis vetera [g]. Jam meminisse libeat Hierapytnae, sive ut prius vocata est, Cyrbae nomen a conditore Cyrbante ductum esse, Curetum sodali; Praesios autem Eteocretum posteros Jovisque Idaei accolas a primis insulae incolis, Curetibus, originem traxisse; Rhodiorum denique majores fuisse Heliadas illos qui, ut Pindarus refert, patris admonitu Minervae recens natae sacra fecere omnium primi, quare hoc loco δαίμονες Ἀθηνᾶς dicuntur, ut supra p. 154. τούτους γάρ τινας δαίμονας ἢ προπόλους θεῶν τοὺς Κουρῆτάς φασιν. Horum igitur Heliadarum Rhodiorum si unus vel plures in Cretam transmigraverunt initaque cum Curetibus societate Cyrbam condiderunt, contra dici non poterat, quin Hierapytnii Praesiique et inter se et cum Rhodiis juris gentilicii vinculis devincti essent; idque ipsum Praesiorum legatos, quum bello undique premerentur, protulisse arbitror, ut alteros arma sibi inferre, alteros inferentibus indulgere puderet, quippe cognatos. De reliquo, quanta fuerit apud veteres veri inveniendi vel incuria vel inopia, hoc

[g] Ex Antiphontis Σαμοθρακικῷ λόγῳ Suidas s. v. haec affert legatorum Samothraciorum verba: οἱ τὴν ἀρχὴν οἰκήσαντες τὴν νῆσον ἦσαν Σάμιοι, ἐξ ὧν ἡμεῖς ἐγενόμεθα, quibus illi Atheniensibus cognationem suam approbare voluerunt; sed Strabo X. 97. οἱ Σάμιοι τοῦτ' ἐπλάσαντο δόξης χάριν.

Digitized by Google

uno argumento existimari potest, quod Strabo in rerum antiquissimarum expositione non verecundatus est referre, quid aliquando Praesiorum aliqui in concione jactaverint.

§. 2.

Huc provectis quaerere succurrit, quo causa deducta sit. Si numeres testimonia, multa sunt; si ponderes, aliud alio levius; testes ipsi, praeter Pherecydem, suspectissimi, poetae, declamatores, rerum Creticarum scriptores ἀεὶ ψεῦσται, plerique ignoti, summussi, inter se discordes, quorum quisque tribus verbis dictis nec quid nec quare abit, evadit, nosque cum Corybantibus suis in sicco destituit. Primum si patrem anquirimus, ecce pro uno quatuor se repraesentant, Saturnus, Jupiter, Apollo, Iasio; si matrem, item quatuor sunt competitrices, Cybele, Proserpina, Rhytia, Calliope; si patriam, modo Phrygia appellatur, modo Creta, modo Samothracia, modo Rhodus, nec desunt qui ad Colchos nos ablegent, et ad Bactrianos. En amplissimum campum, in quo exsultare possit divinatio! Interim ne in re tristi jocari videamur, quasdam lucidiores hujus causae partes tractare adoriamur. Ac primum quidem si Pherecydis, antiquissimi auctoris, testimonio standum est, Corybantes Apollinis filios munere illo Jovem custodiendi exsolvi oportet; quo facto de Creta et Jovis cunabulis in Phrygiam transmigrabunt non paedagogorum opera functuri ne-

Digitized by Google

que ut manducum Saturnum arceant, sed ut Magnae matris satellites et armigeri. Idque non meo periculo affirmo sed, ut in jure dicitur, testibus superstitibus praesentibus. Strabo l. c. *οἱ δ' οὐ τοὺς Κουρῆτας ἀλλὰ τοὺς Κορύβαντας Φρύγας.* et eodem modo Lucianus. Demetrius autem non dicit quidem eadem sed, quae dicit, eadem valent: *Κουρῆτας καὶ Κορύβαντας εἶναι τοὺς αὐτοὺς οἱ περὶ τὰς τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἁγιστείας πρὸς ἐνόπλιον ὄρχησιν ἠίθεοι καὶ κόροι τυγχάνουσι παρειλημμένοι.* Illam enim deorum matrem a Cretensibus coli negat, Euripidemque contrarium affirmantem *μυθολογεῖν μᾶλλον ἢ ἱστορεῖν.* Atque haec testimonia confirmantur rationibus pluribus. Primum quod Corybantes si, ut Pherecydes significat, Jovem non educarunt, omnino nullam habent cum hoc deo necessitudinem neque in fabulis aut sacris Graecorum conjuncte cum hoc deo aut coluntur aut praedicantur, sed in turpibus Phrygum religionibus secundum Sabazium et Attin primas agunt partes. Julianus narrat Or. V. 167. Attinis clandestina cum nympha commercia a leone Cybelae patefacta esse impulsu Corybantis, quem ipse Solem interpretatur: *Κορύβας ὁ μέγας ἥλιος ὁ σύνθρονος τῇ Μητρὶ καὶ συνδημιουργῶν αὐτῇ τὰ πάντα πείθει τὸν λέοντα μηνυτὴν γενέσθαι.* et p. 168. *δορυφοροῦσι τὸν Ἄττιν παρὰ τῆς Μητρὸς δοθέντες οἱ Κορύβαντες αἱ τρεῖς ἀρχικαὶ*[h] *τῶν μετὰ θεοὺς κρεισσόνων γενῶν ὑπο-*

[h] Idem Curetum numerus, *τρ·ὰς Κουρητὶς* Nicomach. Phot. p. 239. et Sibylla L. III. 347. *Ῥέη τέκεν ἄρσενα παῖδα τὸχ ταχέως*

Digitized by Google

στάσεις. Pausanias autem VI. 25. memorat statuam hastatam in Eleorum foro positam: τοῦτο τὸ ἄγαλμα ἐλέγετο εἶναι Ποσειδῶνος, ἔχειν δὲ τὸ ἀρχαῖον ἐπὶ Σαμικῷ τῷ ἐν τῇ Τριφυλίᾳ τιμάς. μετακομισθὲν δὲ ἐς τὴν Ἦλιν τιμῆς μὲν καὶ ἐς πλέον ἔτι ἦκει· Σατράπην δὲ καὶ οὐ Ποσειδῶνα ὄνομα αὐτῷ τίθενται, κατὰ τὴν Πατρέων προσοίκησιν τὸ ὄνομα τοῦ Σατράπου διδαχθέντες· Κορύβαντος δὲ ἐπίκλησις ὁ Σατράπης ἐστί. Hoc quod de Patrensibus dicit, referendum est ad Dymaeos illis ab Augusto contributos, ut Pausanias docet c. 37. Αὔγουστος δὲ προσένειμεν αὐτὴν (Dymen) Πατρεῦσιν. Dymaei autem templum matris Dindymenae et Attinis habebant c. 17.[1] a piratis fortasse conditum quos Pompejus M. huc deduxerat Strab. X. 314. Plut. V. Pomp. c. 28. Ac ne quis deorum mysticorum cultum huic hominum generi alienum putet, Plutarchus ipse docet hos sanguinarios praedones tum alias ἀποῤῥήτους θυσίας tum etiam Mithriaca sacra concelebrasse c. 24. Per hos igitur illud Cyrbantis nomen quod Pausanias nuper increbuisse ostendit ad Eleos translatum suspicor. Deinde Lucianus Deor. Dial. XII. 37. ἡ μὲν Ῥέα ἐπολολύζουσα ἐπὶ τῷ Ἄττῃ, οἱ Κορύβαντες δὲ ὁ μὲν αὐτῶν τέμνεται ξίφει τὸν πῆχυν, ὁ δὲ ἀνεὶς τὴν κόμην ἴεται μεμηνὼς διὰ τῶν

διέπεμψε λαθριδίην γε τρέφεσθαι ἐς Φρυγίην τρεῖς ἄνδρας ἐνοίκους Κρῆτας ἑλοῦσα. Porphyrius ap. Euseb. L. III. 11. p. 114. τῶν καιρῶν σύμβολα οἱ Κούρητες τὸν Κρόνον βουκολοῦντες ὅτι διὰ τῶν καιρῶν ὁ χρόνος περιοδεύει, item tres anni tempestates significare videtur.

[1] Etymologici testimonium, quod Siebelisius affert T. III. 155. ad Dionysum Orphicum pertinet non ad Attin.

Digitized by Google

ὀρῶν, ὁ δ'. ἐπιβομβεῖ τῷ τυμπάνῳ etc. Atque haec fanatica exsultatio, quae certissimum praebet barbari ritus indicium, propria est et peculiaris Corybantum nota. Plutarchus Amator. XVI. 30. T. XII. ἐνθουσιασμοῦ τὸ μὲν μαντικὸν ἐξ Ἀπόλλωνος ἐπιπνοίας, τὸ δὲ βακχεῖον ἐκ Διονύσου καὶ Κυρβάντεσι χορεύσατε (Fragm. Inc. LXXI. 390.) multique alii a Ruhnkenio allegati ad Tim. p. 160. usque ad Zonaram p. 1232. Κορύβαντες ἔθνος βακχικὸν καὶ μανικόν. Nec inepte Reiskius ad Anthol. p. 12. multus de his Gallis et Corybantibus sermo — quod genus insani cultus extinctum non fuit in gentibus Asiaticis sed conservavit sese tempore Christianismi — late effusum per omne Turcicum imperium, quod hodie Dervischi, nepotes veterum Corybantum persultant[k]. Sicut dea, cui apparebant Corybantes, lymphare mentes et lymphatas rite invocata sedare credebatur, ita ipsi daemones fanatici et divini furoris instinctores in sacris lustralibus praecipuas habebant partes, unde verbum κορυβαντίζειν Graeci interpretantur τὰ τῶν Κορυβάντων ποιεῖν μυστήρια ἐπὶ καθαρμῷ τῆς μανίας (Schol. Vesp. 115.) et Κορυβαντισμοὺς — καθαρμούς (Hesych.) et haec mysteria cum Magnae

[k] Heliod. IV. 17. Ἀσσύριόν τινα νόμον ἐσκίρτων — στροφὴν ὁλοσώματον ὥςπερ οἱ κάτοχοι δινεύοντες. Bartholomaeus Edess. in Le Moyn. Varr. Sacr. p. 339. οἱ φοράκιδες ὀρχοῦνται ἀσκεπεῖς κούτουλοι καὶ ὀρχοῦνται καὶ καταπίπτουσιν ἐν ταλαμένει καὶ ἀφρίζουσι, quae Ducangius parum explicat. κοτυλιστής in Julian. Misop. p. 94. A. mimum significare videtur. De fanaticis cf. Brisson. Antiqq. Select. L. II. c. 13. Huschke ad Tibull. II. 5. 66.

Digitized by Google

matris initiis copulant ut Dionys. de Demosth. XXII. 1022. *οἱ τὰ Μητρῷα καὶ τὰ Κορυβαντικὰ τελούμενοι — τῶν δαιμόνων πνεύματι κινούμενοι τὰς πολλὰς καὶ ποικίλας λαμβάνουσι φαντασίας·* Hesychius *Κορύβας ἱερεὺς τῆς Ῥέας.* Martial. I. 17. madidi sunt lecta Lyaei et Cybeles picto stat Corybante tholus. Denique Corybantum nomen ad temulentos comissatores transfert Posidippus Athen. IX. 377. B. *κορύβαντες, αὐλοὶ, παννυχίδες, ἀναστροφή.* Quorum omnium nihil convenit in Salios Cretenses, quibus neque fanatica corporis jactatio, neque furiales instinctus neque furentium per sacra piacularia sedatio adscribitur neque omnino cum Corybantibus quidquam commune est praeter genus saltandi divinius et concitatius pulsu pedum, motu armorum varie distinctum. Idque satis argumenti est genere pares, specie dissimiles fuisse; neque id fefellit veteres magistros. Schol. Rom. ad Soph. Aj. 694. *τῶν ὀρχήσεων ἡ μὲν Βερεκυντιακὴ λέγεται, ἡ δὲ Κρητικὴ ἡ καὶ πυῤῥίχη. Νύσιαι οὖν αἱ Βερεκυντιακαὶ, τῆς γὰρ Νυσίας ἡ Βερέκυντος, Κνωσία δὲ ἡ Κρητική.* minus recte Scholiastarum alter *ἐν τῇ Κνωσσῷ αἱ Κορυβαντικαὶ ἐπεκράτησαν ἀπὸ τῶν Κορυβάντων τοῦ Διός·* nam Corybantica saltatio eadem est Bacchica Phrygiaque, ut Plutarchi locus docet paullo ante allatus et qui sequitur p. 31. *τὰ Βακχικὰ καὶ Κορυβαντικὰ σκιρτήματα, τὸν ῥυθμὸν μεταβάλλοντες ἐκ τροχαίου καὶ τὸ μέλος ἐκ Φρυγίου, πραΰνουσι.* Lucian. de Salt. c. 79. p. 167. *ἡ Βακχικὴ ὄρχησις ἐν Ἰωνίᾳ μάλι-*

Digitized by Google

στα καὶ ἐν Πόντῳ σπουδαζομένη οὕτω κεχείρωται τοὺς ἀνθρώπους ὥστε κάθηνται δι' ἡμέρας Τιτᾶνας καὶ Κορύβαντας καὶ Σατύρους καὶ βουκόλους ὁρῶντες, hoc est Attines, ut arbitror, sive Attas[l]. His igitur testimoniis tam multis tamque constantibus satis confirmatum videtur, Corybantum et nomen et cultum ad sacra Phrygia pertinere, plurimumque interesse inter hunc barbarum *Κορυβαντιασμόν* et Graecorum Cretensium *Κουρητισμόν* discriminis, quamvis Corybantes et Curetes a poetis et mythographis propter generalem similitudinem saepe confusi sint. Illorum nullum extat in Creta satis certum documentum; nam quod Minois secundi mater Ida Corybantis filia dicitur Diod. IV. 60. quodque Hierae Pydnae nomen antiquius Cyrba[m] a Cyrbante conditore repetitur et Cyrbantes ipsi foederis testes advocantur in tabula Cretensi, ceteraque hujus generis testimonia certe non tantum valent ut domesticos Phrygum, Lydorumque ritus ad Cretenses transfundamus antiquos; nec, si horum eruditi posteri ludicrum vernaculum subtilius interpretati sunt, nobis necesse est priscos illos et agrestes sacrorum lusores eodem pede metiri. Cetera quae de Corybantibus prodita sunt digna relatu aptissimo quoque loco inseram, haud tamen ultra, quam qua cum mysteriis Samothraciis cohaereant[n].

[l] vid. supr. L. II. p. 631.

[m] v. Le Quien Oriens Christ. T. II. p. 267.

[n] Plutarch. de Fluv. XIII. 453. Scamandrum Corybantis et Demodicae filium dicit. Arcadius p. 121. *Κορυβαντεῖον ναος τῶν*

Digitized by Google

Cap. III.

De Idaeis Dactylis.

§. 1.

Suidae testimonio nobis innotuit carminis Hesiodei inscriptio *περὶ Ἰδαίων Δακτύλων*, Cretensium an Phrygiorum, haud facile dictu; nam totum amissum est. Sed eodem auctore Plinius Dactylos Cretae infert VII. 57. aes conflare et temperare Aristoteles Lydum Scythen monstrasse, Theophrastus Delam Phrygem putat, aerariam fabricam alii Chalybas, alii Cyclopas; ferrum Hesiodus in Creta eos qui vocati sunt Idaei Dactyli. nisi ille, quos Hesiodus ambiguo nomine Idaeos vocaverat, suo arbitrio Idae Creticae assignavit ut notiori. Sed aliam Hesiodi sententiam Clemens affert Strom. I. 362. (307.) *Κέλμις καὶ Δαμναμενεὺς οἱ τῶν Ἰδαίων Δακτύλων πρῶτοι ἐν Κύπρῳ τὸν σίδηρον εὗρον. Ἄλλος δὲ Ἰδαῖος* [a] *εὗρε χαλκοῦ κρᾶσιν, ὡς δὲ Ἡσίοδος, Σκύθης*, excusabili discrepantia, quoniam Hesiodo

Κορυβάντων. Hesychius: *Κόρμα ἡ τοῦ κόρματος καὶ κορυβαντίας αἰτία.* Haec et similia, quae partim intelligi non possunt partim ad ceterorum intellectum nihil conferunt, sciens praetereo. Nec Servii ratio habenda ad Aen. III. 111. alii Corybantes ab aere appellatos quod apud Cyprum mons sit aeris ferax, quem Cyprii Corium vocant.

[a] Eusebius Praep. Ev. X. 6. 475. *Τέλμις καὶ Δαμναμενεὺς οἱ τῶν Ἰουδαίων Δάκτυλοι πρῶτοι — Δέλας δὲ Ἰδαῖος*, id est Phryx, ut Theophrasti verba docent. Illi Judaei Dactyli apparent etiam ap. Zenob. IV. 80. et antrum Jovis Judaeum Etym. Leid. ap. Lennep.

Digitized by Google

plura a diversis auctoribus subjecta sunt carmina. Is quidem qui Theogoniam condidit, ubi Jovem in Creta natum et altum multis versibus narrat, educatores ejus Dactylos silentio praetermittit velut ignotos. Et perspicue eos Phrygiae vindicat Phoronidis scriptor Schol. Ap. I. 1126.

Ἔνθα γόητες
Ἰδαῖοι Φρύγες ἄνδρες ὀρέστεροι οἰκί' ἔναιον.
Κέλμις Δαμναμενεύς τε μέγας καὶ ὑπέρβιος Ἄκμων,
εὐπάλαμοι θεράποντες ὀρείης Ἀδρηστείης,
οἳ πρῶτοι τέχνην πολυμήτιος Ἡφαίστοιο
εὗρον ἐν οὐρείῃσι νάπαις, ἰόεντα σίδηρον,
εἰς πῦρ τ' ἤνεγκαν καὶ ἀριπρεπὲς ἔργον ἔτευξαν[b].

nec minus clare Sophocles, ut Strabo ait, αὐτοὺς Φρύγας καλεῖ ἐν Κωφοῖς Σατύροις Fragm. p. 629. Brunck. Sed Cretae patrocinari videtur Stesimbrotus in Schol. Ap. l. c. ὅτι νύμφη τις Οἰαξίδος γῆς δραξαμένη τοὺς Ἰδαίους Δακτύλους ἐποίησε, παρὰ Στησιμβρότου εἴληφε, καὶ ὅτι διὰ τὸ ῥυῆναι αὐτοὺς διὰ τῶν χειρῶν Δάκτυλοι ἐκλήθησαν. Verum hinc velut examen quoddam suspicionum et dubitationum erumpit, quarum nulla satis explicari potest. Primum Scholiographus ille Apollonii versus

Δάκτυλοι Ἰδαῖοι Κρηταιέες, οὕς ποτε νύμφη
Ἀγχιάλη Δικταῖον ἀνὰ σπέος ἀμφοτέρῃσι
δραξαμένη γαίης Οἰαξίδος ἐβλάστησε.

Animm. ad Coluth. I. p. 65. Sed error antiquior est. Tacitus Hist. V. 4. septimum diem Judaeis religiosum esse docet, principia religionis tradentibus Idaeis, quos cum Saturno pulsos et conditores gentis accepimus.

[b] Hoeckius Cret. T. I. 55. hoc auctore affirmat antiquissimos Cretae incolas a Phrygia immigrasse; cujus rei nulla est in illis versibus significatio.

Digitized by Google

ita interpretatur, Dactylos e jactu pulveris Oaxii ab Anchiale sparsi extitisse. Sed id longe aliter accepit Varro Poet. Min. T. V. p. 3. p. 1412.

> Quos magno Anchiale partus adducta dolore
> et geminis capiens tellurem Oaxida palmis
> edidit in Creta.

Dactylos consueto modo in lucem editos esse significans ut et alter interpretum *δραξαμένη φησὶν, ἐπειδὴ ἔθος ταῖς κυούσαις τῶν παρακειμένων λαμβάνεσθαι.* Deinde Etym. M. p. 465. 30. Stesimbroto aliam tribuit sententiam *Ἰδαῖοι ἐκλήθησαν οἱ Δάκτυλοι ὅτι ἡ κόνις ἣν ἔῤῥιψαν*[c] *ἐξ Ἴδης ἦν. Στησίμβροτος δὲ ἐν τῷ περὶ τελετῶν Διὸς καὶ Ἴδης νύμφης αὐτοὺς λέγει.* unde satis patet illum remoto miraculo Dactylos ex Jovis et Idae congressu natos voluisse. Sed huic rationi adversantur rursus quae Grammaticus nulla interposita copula addit: *φησὶν ὅτι Ζεὺς ἐκέλευσε τὰς ἰδίας τροφοὺς λαβεῖν κόνιν καὶ ῥῖψαι εἰς τοὐπίσω·* ubi quum appareat inter verba *λέγει* et *φησί* excidisse aliquid, nova suboritur controversia, utrum conjunctio *καί* an nomen auctoris a Stesimbroto diversi evanuerit; quorum utrumcunque placuerit, difficultate haud carebit. Si prius, incommodum videtur, Jovis filios dici qui ab eo non progeniti sed jussu ejus e terra ipsa exorti sunt; si posterius, incredibiliter erravit Scholiasta, quum Apollonium hoc quod de pulvere divinitus animato, ut ipse quidem interpretatur, exponit, a

[c] Aut intelligendum *αἱ Νύμφαι* aut scribendum *ἔῤῥιψεν.*

Digitized by Google

Stesimbroto mutuatum esse traderet, qui longe aliam originem ac ne matris quidem nomen idem prodidit. Adeo caduca sunt fundamenta a quibus tota haec nostra disputatio proficiscitur. Interim si ex pluribus molestiis capessenda est levissima, Stesimbroto illam ortus fabulosi, unde Dactylorum nomen natum credidit, opinionem relinquam, Apollonium autem repetivisse quidem illud a digitis sed alia ratione, quam declarat Diomedes Gramm. L. III. 474. Putsch. dactylicum rhythmum ab Idaeis Dactylis nomen habere affirmans, quos Curetes sive Corybantes poetae appellabant. Hi namque in insula Creta Jovem custodiendo, ne vagitu se parvulus proderet, clypeolis aeneis inter se concurrentes, tinnitu aeris illi, rhythmica etiam pedis dactylici compositione celavere vocem infantis. Sed nativitatis eorum causam vetusta fabulositas docet hanc fuisse. Ajunt Opem in Idam montem insulae Cretae fugiendo delatam manus suas imposuisse [d] memorato monti et sic infantem ipsum edidisse, et ex manuum impressione emersisse Curetas sive Corybantas, quos a montis nomine et a qualitate facti Idaeos Dactylos appellarunt, per omnia Apollonio consentiens, nisi quod hic Anchialen nescio quam partum enixuram manus humo infixisse fabulatur, ille Rheam; quod

[d] Impressisse Putschius edidit.

Digitized by Google

suscepit Nonnus XIV. 25. *Δάκτυλοι Ἰδαῖοι — γηγενέες Κορύβαντες — ὧν ποτε Ῥείη ἐκ χθονὸς αὐτοτέλεστον ἀνεβλάστησε γενέθλην.* et Schol. ad Hephaest. p. 158. *ὁ δάκτυλος ἀπὸ τῶν Δακτύλων, οὓς ἐπιλαβομένη τῆς γῆς ἀνῆκεν ἡ Ῥέα, οὓς καὶ Κουρῆτας ἐκάλεσαν — οἱ δέκα ὄντες τὸν Κρόνον ἠπάτων*[e]. Idque Sophoclem quoque, qui Dactylos Phrygiae asseruit, ratum habuisse ex eo sciri potest, quod matrem eorum Rheam prodidit, nisi Zenobius fallit IV. 80. *Κέλμις εἷς τῶν Ἰδαίων Δακτύλων τὴν μητέρα Ῥέαν ὑβρίσας καὶ μὴ ὑποδεξάμενος* (sic) *ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν εὐμενῶς ἐν τῇ Ἴδῃ· ἀφ' οὗ ὁ στερεώτατος ἐγένετο σίδηρος. Μέμνηται τῆς ἱστορίας Σοφοκλῆς ἐν Σατύροις·* quodque ipsos quinque mares totidemque feminas induxit, illos, ut arbitror, dextrae, hos sinistrae manus vel pressu vel jactu ortos, sicut Artemidorus docet I. 42. dextra mares, laeva feminas portendi, neque aliud significasse videntur Logographi, qui quamvis aucto Dactylorum numero, tamen dextros et sinistros distinguere non destiterunt: *Φερεκύδης τοὺς μὲν δεξιοὺς εἴκοσί φησιν εἶναι, τοὺς δὲ εὐωνύμους τριάκοντα δύο· ἀριστεροὶ μὲν, ὥς φησι Φερεκύδης, οἱ γόητες αὐτῶν, δεξιοὶ δὲ οἱ ἀναλύοντες, ὥς φησιν Ἑλλάνικος* Schol.

[e] Ob formae quandam similitudinem paeonia nomen accepisse videtur *Πεντέβορος* et *Ἰδαῖοι Δάκτυλοι* Dioscor. L. III. 157. p. 190. a. Poeta De viribus herbb. v. 147. *ἣν ποτε πεντέβορον κλήζουσι Ῥέης πολιῆται κύμβαλα δὲ Φρυγίης μητρὸς μακάρων βασιλίσσης, Κρηταέες δὲ — Γλάβρηνον* (*κουρήτων* emend. Fabr.) *κλήζουσι φερώνυμον ἀθανάτου γῆς.* Pollux II. 156. *τοὺς Ἰδαίους Δακτύλους κεκλῆσθαι λέγουσιν οἱ μὲν κατὰ τὸν ἀριθμὸν ὅτι πέντε, οἱ δὲ κατὰ τὸ τῇ Ῥέᾳ ὑπουργεῖν, ὅτι καὶ οἱ τῆς χειρὸς δάκτυλοι τεχνῖταί τε καὶ πάντων ἐργάται.*

Digitized by Google

Ap. l. c. quorum etsi numeri discrepant, tamen omnes Dactylorum et nomen et ortum a digitis repetivisse consentaneum est.

§. 2.

Antiquiores igitur scriptores, si Hesiodi praetermittimus testimonium anceps et controversum, Dactylos natu Phryges fuisse consentiunt[ee] sed secessionem facit Apollonius, Titiam et Cyllenum, quos Argonautae in Mysiae quadam ora unâ cum matre Dindymene precibus et sacrificiis invocant, omnium Dactylorum Creta oriundorum nobilissimos praedicans et potentissimos

> οἳ μοῦνοι πολλῶν μοιραγέται ἠδὲ πάρεδροι
> μητέρος Ἰδαίης κεκλήαται ὅσσοι ἔασι
> Δάκτυλοι Ἰδαῖοι Κρηταιέες —

idque tum alii posteriorum subsequuti suut, tum etiam Chronici Parii structor Ep. XI. *Μίνως* [*ὁ πρῶτος*] *ἐβασίλευσε καὶ Κυδωνίαν ᾤκισε καὶ σίδηρος εὑρέθη ἐν τῇ Ἴδῃ εὑρόντων τῶν Ἰδαίων Δακτύλων Κέλμιος* [*καὶ Δαμναμενέως*]. Quae res nobis Ephori verba in memoriam refert *τοὺς Ἰδαίους Δακτύλους γενέσθαι μὲν κατὰ τὴν Ἴδην τὴν ἐν Φρυγίᾳ, διαβῆναι δὲ μετὰ Μίνωος εἰς τὴν Εὐρώπην* Diod. V. 64. quae, nisi mendum subest, eo consilio dicta videntur ut diversae auctorum de Creta et de Phrygia sententiae in concordiam

[ee] Levissimum Plutarchi testimonium De Fluv. c. XIII. praetermitto.

Digitized by Google

redigantur. Sed eo loco codices plures pro *Μίνωος Μύγδονος* praebent, nec disconvenit Midae nomen, sacrorum Cybelae, ut dicitur, constitutoris Ammian. Marc. XXII. 9. De artibus autem Dactylorum atque inventis nulla auctorum dissensio est; *πάντες σίδηρον εἰργάσθαι ὑπὸ τούτων ἐν Ἴδῃ πρῶτόν φασι, πάντες δε γόητας ὑπειλήφεσαν καὶ περὶ τὴν μητέρα τῶν θεῶν καὶ ἐν Φρυγίᾳ κατῳκηκότας, Φρυγίαν τὴν Τρφάδα καλοῦντες* X. p. 214. quorum prius confirmat Diodorus XVII. 7. hos primos Idae Troicae accolas fuisse tradens a matre deorum ferri fabricandi arte instructos, Sophocles vero apud Strabonem (213.) non hoc solum sed etiam *ἄλλα πολλὰ τῶν εἰς τὸν βίον χρησίμων* ab iis inventa esse. Hinc fortasse fluxit quod Plutarchus refert de Mus. V. 214. (654.) *Ἀλέξανδρος ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν περὶ Φρυγίας κρούματα Ὄλυμπον ἔφη πρῶτον εἰς τοὺς Ἕλληνας κομίσαι, ἔτι δὲ καὶ τοὺς Ἰδαίους Δακτύλους.* Solinus c. XI. studium musicum inventum quum Idaei Dactyli modulos crepitu ac tinnitu aeris deprehensos in versificum ordinem transtulissent, quae transscripsit Isidorus Origg. L. XIV. c. 6. His consentiens Schol. Townl. ad Il. XXII. 391. eorum, qui bello inclaruerunt Trojano, duos musicae artis peritissimos fuisse dicit, Achillem et Paridem, *ὧν ὁ μὲν ὑπὸ Χείρωνος τοῦ καὶ Ὀρφέα παιδεύσαντος, ὁ δὲ ἐν Ἴδῃ τραφεὶς, οὗ διέτριψαν οἱ Ἰδαῖοι Δάκτυλοι μουσικώτατοι γεγονότες, ὧν ἕνα Κρινόεντα φασίν, ὃς πρῶτος Μούσαις ἔθυσεν, οὗ ἀπόγονος*

Digitized by Google

Τέρπανδρος ὁ Λαρισσαῖος. Tertium erat artium magicarum studium, cujus ratio minus promta sed testes certissimi sunt, Hellanicus et Pherecydes, qui Dactylorum alios veneficos esse, alios veneficia solvere consentiunt [f] nec ignobilis auctor Plutarchus V. Num. XV. *μυθολογοῦσιν εἰς τὸν Ἀβεντῖνον λόφον φοιτᾷν δύο δαίμονας, Πῖκον καὶ Φαῦνον, οὓς τὰ μὲν ἄλλα Σατύρων ἄν τις ἢ Τιτάνων γένει προεικάσειε, δυνάμει δὲ φαρμάκων καὶ δεινότητι τῆς περὶ τὰ θεῖα γοητείας λέγονται ταὐτὰ τοῖς Ἰδαίοις Δακτύλοις σοφιζόμενοι.* Neque ob aliud literarum Ephesiarum inventores praedicantur. Clemens Strom. I. 360. *τινὲς τῶν Ἰδαίων Δακτύλων σοφούς τινας πρώτους γενέσθαι λέγουσιν, εἰς οὓς ἥ τε τῶν Ἐφεσίων λεγομένων γραμμάτων καὶ ἡ κατὰ μουσικὴν εὕρεσις ῥυθμῶν ἀναφέρεται δι' ἣν αἰτίαν οἱ παρὰ τοῖς μουσικοῖς δάκτυλοι τὴν προσηγορίαν εἰλήφασι· Φρύγες δὲ ἦσαν οἱ Ἰδαῖοι Δάκτυλοι.* In numero vocum Ephesiarum quas Hesychius profert, unum est nomen *Δαμναμενεύς*, quod ille *ἥλιος* interpretatur, sed idem uni Dactylorum tribuitur, neque incredibile videtur, ceterorum quoque vocabula literis illis, quas alii aliter referunt, adscripta fuisse [g]. Par certe utrisque vis ad mala propulsanda. Namque Magi, ut Plutarchus dicit, Symp. VII. 5. *τοὺς δαιμονιζομένους κελεύουσι τὰ Ἐφέσια γράμματα πρὸς αὐτοὺς λέγειν καὶ κατονομάζειν.* idemque De Prof. Virt. sent. p. 266. T. VII. illorum nominibus pro-

[f] De significatione verbi *ἀναλύειν* supra dictum p. 644.
[g] Vid. Epimetr. I.

Digitized by Google

nunciandis instans periculum averti posse memorat: οἱ ἐκμεμαθηκότες τὰ τῶν Ἰδαίων ὀνόματα Δακτύλων χρῶνται πρὸς τοὺς φόβους αὐτοῖς ὡς ἀλεξικάκοις ἀτρέμα καταλέγοντες ἕκαστον, vel potius hanc imperitorum opinionem esse, magnorum autem virorum nomina et exempla eam vim habere ut, si in tempore animo recursent, temeritatem a lapsu contineant; quam egregiam sententiam admodum praepostere accepit Antoninus Comm. XI. 26. ἐν τοῖς τῶν Ἐφεσίων γράμμασι παράγγελμα ἔκειτο συνεχῶς ὑπομιμνήσκεσθαι τῶν παλαιῶν τινος τῶν ἀρετῇ χρησαμένων [h]. Sed pergamus ad reliqua. Diodorus de Cretensium originibus haec tradit ἀκολούθως τοῖς ἐνδοξοτάτοις τῶν τὰς Κρητικὰς πράξεις συνταξαμένων V. 64. primos Idae accolas fuisse Idaeos Dactylos numero centum, vel, ut aliis visum, pares digitis, ὑπάρξαντας — τήν τε τοῦ πυρὸς χρῆσιν καὶ τὴν τοῦ χαλκοῦ καὶ σιδήρου φύσιν ἐξευρεῖν, δόξαντας δὲ μεγάλων ἀγαθῶν ἀρχηγοὺς γεγενῆσθαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων τιμῶν τυχεῖν ἀθανάτων. Sed his Dactylorum inventis praevalet Matris magnae assectatio, quod commune omnium fundamentum est.

§. 3.

Per totam fere Asiae oram, quacunque deae magnae sacra pertinent, Dactylorum nomina di-

[h] Gatakerus, unde haec sumta sint, nescius, ἐν τοῖς τῶν Ἐπικουρείων emendat.

Digitized by Google

vulgata sunt. Titiam, quem Apollonius iis adnumerat, Callistratus in libro de Heraclea Pontica heroem indigetem aut Jovis aut Mariandyni filium perhibet ap. Schol. Apoll. I. 1126. II. 783. a quo discrepat Schol. Aesch. Pers. 933. Eust. ad Dion. 787. *Καλλίστρατος Τιτυοῦ* (sic) *παῖδας εἶναί φησι δύο, Ἰριόλαν καὶ Μαριανδυνόν, τὸν δὲ Μαριανδυνὸν αὐξῆσαι τὴν θρηνητικὴν αὐλῳδίαν καὶ διδάξαι ταύτην Ὕαγνιν τὸν Μαρσύου πατέρα.* Ex his non apparet quidem Titian illis in locis Dactylorum familiae adscriptum fuisse sed quod filius ejus Hyagnin erudivisse dicitur, fabularum Bithynarum et Phrygiarum commercia declarat; eoque accedit Proculi testimonium Paraphr. Tetr. II. 97. de Bithyniae et adjacentium terrarum incolis generatim haec tradentis: *σέβουσι μὲν ὡς ἐπὶ πολὺ τὴν Ἀφροδίτην ὡς θεῶν μητέρα διαφόροις αὐτὴν καὶ ἐγχωρίοις ὀνόμασιν ὀνομάζοντες, ὁμοίως καὶ τὸν τοῦ Ἄρεως, καλοῦντες αὐτὸν Ἄδωνιν καὶ ἄλλοις τισὶν ὀνόμασι, καί τινας δὲ τελετὰς μετ' ὀδυρμῶν ἐκτελοῦσιν αὐτοῖς* [†], et Arriani locus supra allatus: *ἀνιόντες εἰς τὰ ἄκρα τῶν ὀρῶν Βιθυνοὶ ἐκάλουν πάπαν τὸν Δία καὶ Ἄττιν τὸν αὐτόν.* Nec temere est, quod Lucianus tradit, Bithynos Martem a Priapo uno Titanum vel Idaeorum Dactylorum saltandi arte eruditum dicere De salt. XXI. 135. T. V. De vicina Troade

[†] Bendin quoque a Bithynis cultam esse colligi potest ex nomine mensis Bithyniaci *Βενδιαῖος* in Matthaei Gloss. Min. T. I. 86. alius *Μητρῷος* vocatur, alius *Περιεπεῖος* s. *Πριεπαῖος*, alius *Διονύσιος*.

Digitized by Google

quoniam praefati sumus, Ephesum transgredimur, ubi literae magicae a Dactylis inventae dicuntur. Sed haec paucorum opinio est nec vetustae cujusdam religionis fidem facit, quia fieri potest, ut ex communi, quae de illis increbuit, artium magicarum fama conjectum sit. Neque firmius adminiculum praebet Etym. M. *Κηρύκειον ὄνομα λόφου τῆς Ἐφέσου, ἐν ᾧ ἀνῆλθεν ὁ Ἡρακλῆς κατὰ βούλησιν τῶν θεῶν καὶ ἐκήρυξε τὴν γέννησιν τῆς Ἀρτέμιδος*, quo loco Muellerus De Dorib. T. I. 389. illum Herculem significari putat, qui inter Idaeos Dactylos numeratur; sed manifesto pro *Ἡρακλῆς* scribendum est *Ἑρμῆς*, ut in Theognosti Excerpto legitur Anecd. Bekk. p. 1389. Superest in hoc terrarum tractu Miletus, cujus auspiciis, ut Strabo refert, condita est Heraclea Megarensium colonia. Menander autem prodidit *τοὺς Μιλησίους, ὅταν θύωσι τῇ Ῥέᾳ προθύειν Τιτίᾳ καὶ Κυλλήνῳ*[i], quos Apollonius inter Dactylos principatum obtinere dicit, Menandrum sequutus, ut Scholiastae scribunt; unde non fit clarum, utrum is Titian et Cyllenum a Milesiis in Dactylorum numerum relatos an hoc solum tradiderit ab iis communiter cum Rhea cultos esse. Phrygia ipsa, quatenus nobis patet, nullum hujus consortionis vestigium ostendit, neque in sacris Phrygiis, quae Graeci et deinceps Romani aut publice sibi aut privatim adoptarunt, ulla Dactylorum memoria; denique causae nihil est, cur eos omni-

[i] Schol. Ap. I. 1126. quae e libro de mysteriis sumta putat Hemsterhusius ad Plut. 846.

Digitized by Google

bus locis, quibus Rheae sacra viguere, innotuisse putemus. Haec postquam semel ex incunabulis suis aut famae aura aut colonorum commerciis ad alienigenas transmigraverunt, procul dubio domesticis cujusque urbis religionibus ita accommodata sunt ut aliquid sui et nativi coloris amitterent, peregrini asciscerent. Quam mutationem maxime consentaneum est ad eas pertinuisse peregrini ritus partes, quae ad summam rei minus necessariae nec principales viderentur. Itaque satellites deae ejusdem aliis locis alii habiti et nominati sunt, Dactyli, Curetes, Corybantes, et si qua praeterea fuere deorum aut heroum indigetum vocabula, substituta illis, quibus deae comites et paredri in antiquis ejus sedibus nuncupati essent. Ad haec illud quoque occurrat, multa ubique fuisse loca sacra et religiosa, quae quibus diis heroibusve dedicata essent, nemo amplius sciret pridem obscurata conditorum memoria; item multorum nominum divinorum religionem ex antiquitate retentam, notitiam autem, quo quodque pertineret obliteratam esse. Hinc ingens ad fingendum materia, sive qui gentis suae origines inserendis divinis auctoribus augustiores facere sive domesticorum deorum educatores, hospites, amasios comminisci vellent; quo genere fabulandi garrula et loquax antiquitas immortaliter gavisa est. Quod ut ad rem praesentem traducam, dubitari potest, utrum Titias ille Mariandynorum heros, a principio Dactylis adjunctus an a Graecis, qui Bithyniam occupaverunt, in

Digitized by Google

hunc ordinem relatus fuerit. Neque poetae suspicione carent, Geographiae, ut Strabo queritur, vehementer ignari aut incuriosi, qui in enarrando nationum longinquarum situ et victu satis habuerunt communes notitias et quae ab omnibus eodem modo tradita essent sequi, neque unquam veriti sunt affingere aliquid vulgatis aut detrahere aut ex uno loco transferre in alium. Sed plurimum sine dubio valuit gentium ambitio nihil aeque affectantium, quam ut deorum aliquem apud se aut natum aut educatum aut maritatum esse vincerent, et ad conciliandam sibi fidem antra Idaea, Olympos, Ortygias, Creteas, Tritones atque Oceanos domesticos ementientium [k].

§. 4.

Pausanias V. 7. narrat Eleos Olympiorum primam institutionem ad Idaeos referre Dactylos, quinque fratres e Creta ad custodiendum Jovem a Rhea arcessitos, Herculem, Paeonaeum, Epimedem, Iasum et Idan sive, ut alii vocabant, Acesidan c. 14. quos eosdem Curetes vocari. Decem post Deucalionem lustris Herculis illius posterum Clymenum e Cydonia Elidem venisse VI. 21. aramque Herculi παραστάτῃ ceterisque erexisse Curetibus, expulsum postea ab Aethlio VIII. 31. Haec fuit Eleorum narratio graecâ vanitate conficta, qui quum Jovis natales suae vindicassent

[k] Montem Berecynthum, quem Diodorus Cretae infert, fictitium esse probabiliter disputat Hoeckius T. I. 280.

Digitized by Google

patriae antrumque quoddam Idaeum denominassent, non facile omittere potuerunt Jovis bajulos et custodes Curetes sive Dactylos. Nomina illa Acesidas, Paeonaeus, Iasus, aut solide ficta sunt aut traducta a semideis vel heroibus beneficis et auxiliaribus, quo in genere Hercules principem locum obtinuit commune cum Dioscuris nomen Ἀλεξίκακος et Παραστάτης sortitus, Thebanus videlicet, non Idaeus v. C. V. §. 9. De Hercule Idaeo primus mentionem fecit Onomacritus. Pausanias enim VIII. 31. Megalopoli dearum magnarum, hoc est Cereris et Proserpinae, fanum memorans et illi appositam statuam Herculis cubitalem, haec addit memoratu perdigna: τοῦτον τὸν Ἡρακλῆν εἶναι τῶν Ἰδαίων καλουμένων Δακτύλων Ὀνομάκριτός φησιν ἐν τοῖς ἔπεσιν. Hinc Hoeckius colligit statuam hanc vetustissimam fuisse T. I. p. 344. Quomodo vero Onomacritus de signo Megalopolitano loqui aut ullum obscuri Semonis signum ita accurate describere potuit, ut septingentis annis post recognosceretur? Imo Pausanias hoc dicit: statua illa repraesentat Herculem Idaeum, Cereris assessorem, in Onomacriti carminibus celebratum. Idemque L. IX. 19. templum Cereris Mycalesiae ab Hercule Idaeo velut aedituo quotidie claudi et recludi narrat. Postremo IX. 27. templum Herculis Thespiense, quod incolae ipsi semideo Thebano conditum putabant, multo sibi antiquius et ejusdem Herculis Idaei videri ait, cujus sacra etiam Tyrios et ab his Erythraeos accepta habere. Nec desunt qui no-

Digitized by Google

tum proverbium ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς huc referant, et Dio apud Photium similiter alterum οὐδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύο hinc natum putat, quod Hercules Idaeus καταδείξας Ὀλύμπια πρὸς δύο διαπυκτεύσας ἠττήθη, sed fides sequuta non est; nam prius plerique de Theseo aut Milone aut Tithormo pastore interpretantur v. Schott. ad Prov. Suid. II. 13. et alterum de Thebani herois repulsa Schol. Plat. p. 380. Bekk. ac ne Nonnus quidem X. 376. Herculem Olympiae cum Jove ipso luctatum referens [1] Idaeum significare videtur sed Thebanum, quem publica fama agonis Olympici auctorem ferebat. De illo si antiqui Elei Pindari aequales ea praedicassent, quae Pausanias ab antiquariis accepit, nullo prorsus modo ille disertissimus Olympionicarum praeco instituti laudem audiente cuncta Graecia in Thebanum transferre potuisset Herculem. Itaque, sicut omnis fama et fabula eundo crescit, primum antrum Idaeum Eleorum percrebruit, postmodo additi inquilini Curetes sive Dactyli, et Cretenses quidem non Phrygii, quia jam dudum superaverat opinio, Jovem in Creta natum esse. Cur autem Hercules huic numero additus sit, explicatu non difficile videtur. Meminisse modo libeat Dactylis illis magnam artis magicae scientiam tribui — ἐπιτηδεῦσαι ἐπῳδὰς Diodorus dicit — et hunc eo ipso uti ad probandam Herculis Thebani et Idaei

[1] Παλαίμων ὁ Ἡρακλῆς διὰ τὸ παλαῖσαι Διὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ Schol. Lyc. 262. cf. Sturz. ad Pherec. p. 146. Forsitan idem est Hercules καταβολεύς, quem invocabant certaturi Schol. Pind. Ol. III. 1.

Digitized by Google

Olympiorum conditoris diversitatem: *τῷ πολλὰς τῶν γυναικῶν ἔτι καὶ νῦν λαμβάνειν ἐπῳδὰς ἀπὸ τούτου τοῦ θεοῦ καὶ περιάμματα ποιεῖν ὡς γεγονότος αὐτοῦ γόητος — ἃ δὴ πλεῖστον κεχωρίσθαι τῆς Ἡρακλέους συνηθείας τοῦ γεγονότος ἐξ Ἀλκμήνης.* Verum haec opinio de multis veterum et novitiorum heroum tenuit, eos somniis et oraculis aegrotantes adjuvare, omnibusque auxilii sui copiam facere. Athenagoras c. XXVI. *ἡ μὲν Τρωὰς Νερυλλίνου εἰκόνας ἔχει, τὸ δὲ Πάριον Ἀλεξάνδρου καὶ Πρωτέως· οἱ μὲν ἄλλοι ἀνδριάντες τοῦ Νερυλλίνου κόσμημά εἰσι δημόσιον· εἷς δὲ αὐτῶν καὶ χρηματίζειν καὶ ἰᾶσθαι νοσοῦντας νομίζεται, καὶ θύουσιν αὐτῷ καὶ χρυσῷ περιαλείφουσι* [m] *καὶ στεφανοῦσι τὸν ἀνδριάντα οἱ Τρωαδεῖς· ὁ δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ αὐτὸς λέγεται χρηματίζειν.* Athenis non procul a Dipylo statua erat Herois medici, quem Toxarin vulgo vocabant, detrita temporis diuturnitate et humi abjecta: *ἀλλ' ἔστεπταί γε ἀεὶ καί φασι πυρεταίνοντάς τινας ἤδη πεπαῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ* Lucian. Scyth. §. 2. 147. T. IV. idemque narrat Alexandri adulatores Hephaestioni mortuo sacrificasse *ὡς παρέδρῳ καὶ ἀλεξικάκῳ θεῷ*, ejusque *ὀνείρατα, ἐπιφανείας καὶ ἰάματα* ementitos esse de Calumn. §. 17. p. 47. T. 8. Et Alexandri ipsius nomen vultumque numis inscriptum superstitiosos proebiorum loco circumgestasse Trebellius Pollio et

[m] Persius II. 56. de ejusmodi statuis fatidicis: Fratres inter ahenos, somnia pituita qui purgatissima mittunt, praecipui sunto *sitque illis aurea barba.*

Digitized by Google

divus Chrysostomus docent, quorum testimonia Wesselingius ad confutandam Diodori opinionem attulit [n]. Herculis autem numen constat invocasse omnes quibus celeri auxilio opus foret: ὅπερ ἐφ' Ἡρακλέους γενέσθαι φασὶ τοὺς ὅπου δὴ γῆς ἢ θαλάττης πάσχοντας κακῶς, ἐκεῖνον καλεῖν καὶ τοὔνομα πρὸς ἐπικουρίαν ἐπαρκεῖν Liban. Epitaph. Julian. T. I. 584. Hesychius: Ἥρα καλόν. [o] τὸν Ἡρακλέα εἰς βοήθειαν ἐκάλουν γενομένης βίας, unde ducta est satyrae Varronianae inscriptio Hercules, tuam fidem! eundemque deum Aristides ait communiter cum Matre magna et Dioscuris coli, quod naufragio periclitantes liberet Or. in Aesc. p. 32. nec minus haec testantur cognomina Ἀλεξίκακος, Ἀποτρόπαιος, Σωτήρ, Defensor, Somnialis, miraculaque curationum et praedictionum divinarum [p]. Itaque etiam mulierculae ab Hercule periapta et medicinas petebant, non quo eum artibus magicis pollere crederent sed quia consentaneum videbatur heroem invictissimum et beneficentissimum, quem vulgo quasi exemplar virtutis et roboris suspicerent [q], etiam nunc omnibus adversus morbos aliasque

[n] Cf. V. D. in Observ. Amstel. Nov. T. I. p. 10.

[o] Cod. Marc. Ἡρακλᾶν ὡς καλὸν τὸν Ἡρακλέα λίθον.

[p] v. Salmas. Solin. p. 351. Ev. Otto de Diis vial. p. 126. Olear. ad Philostr. V. Ap. VIII. 7. 340. Sprengel. Hist. Med. T. I. p. 174. Aristid. Or. IV. 34. ἐν Μεσσήνῃ νόσων τε ἁπασῶν ἔκλυέται καὶ τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ κινδύνων.

[q] Τὸν μὲν Ἡρακλέα σύμβολον εἶναι δυνάμεως, τὸν δὲ Ἑρμῆν πλούτου Cosmas Indicopl. II. 141. Ἡρακλέα τὴν δύναμιν τῆς φύσεως Jamblich. V. P. c. 155. p. 131. παρὰ τοῖς φυσικοῖς ὁ Ἡρακλῆς σύνεσις καὶ ἀλκὴ λαμβάνεται Schol. Apoll. I. 865. Quod Malela Herculem τελεστήν id est Magum fuisse dicit, aliorsum spectat. v. Cap. VI.

Digitized by Google

noxas praesentissimum fore auxiliatorem. Quod argumentum satis est, Diodorum Herculis Thebani religionem perperam transtulisse ad Idaeum, qui multo post illum innotuisse videtur. Nam ne de Onomacrito quidem res explorata est, utrum is diserte Herculem Cretensem an indefinite Herculem commemoraverit Cereris assessorem. Herodotus duo duntaxat Hercules novit, Thebanum et Tyrium; contra quem maxima disputationis contentione pugnat Plutarchus, unum solum Herculem vetustis poetis cognitum fuisse affirmans: *ἕνα τοῦτον ἴσασι πάντες Ἡρακλέα τὸν Βοιώτιον.* De Malign. c. XIV. Id vero ab homine rerum literarumque antiquarum impense docto dici non potuisset, si Herculis Idaei et ceterorum Dactylorum religio antiquissimis temporibus per colonos Cretenses Olympiam translata et in hoc celeberrimo Graeciae literatae emporio monimentis publicis ad posteritatis memoriam consecrata fuisset. Imo Herodotus hunc Dactylicum Herculem sibi notum esse negat; namque Tyrium suum, quem primus, ut ipse gloriatur, ab Heroe distinxit II. 44. deorum Olympiorum unum esse statuit, illum vero Idaeum quicunque memoraverunt, Dactylis adjunxerunt, quos nemo unquam coelestibus diis aggregavit. Praeter ceteros, quos jam produximus, Cicero N. D. III. 16. sex Hercules fuisse refert, quorum Tertius est ex Idaeis Dactylis, cui inferias afferunt, ubi non magis Coi quam Cretes inseri oportet, neque omnino ullo supplemento opus est, quo-

Digitized by Google

niam hoc cui inferias afferunt satis est ad distinctionem Dactyli illius heroibus adnumerati et ceterorum, qui divinos honores consequuti sunt. Si vero ille Idaeus Hercules, ut Elei narrant, e numero Dactylorum fuit et pariter cum his in Creta natus, quid Phoronidis scriptori et Sophocli fiet, qui Dactylos omnino non Cretae assignant sed Phrygiae? num placebit colonias comminisci et migrationes de Phrygia in Cretam, de Creta in Elin, immemoratas illas et immemorabiles? Adeo frustrabitur sese qui istam de quinque Dactylis fabulam Olympicam, cujus nullus ante Strabonem [r] et Pausaniam auctor extat, neque facilis cum fama communi conciliatio, perfacilis autem explicatio est, sola Periegetarum et Diodori auctoritate ad summam antiquitatem transferre conetur. Aut fallor aut fundamentum totius cantilenae erat ara Olympiae Herculi constituta *Παραστάτῃ* id est auxiliatori [s]. Et huic additi quatuor ignoti heroes ibidem arae honorem adepti, quorum nomina

[r] L. VIII. 134. *ἐᾶσαι δεῖ τὰ παλαιὰ περὶ τῆς θέσεως τοῦ ἀγῶνος, τῶν μὲν ἕνα τῶν Ἰδαίων Δακτύλων Ἡρακλέα λεγόντων ἀρχηγέτην τούτων, τῶν δὲ τὸν Ἀλκμήνης, ὃν καὶ ἀγωνίσασθαι πρῶτον· τὰ γὰρ τοιαῦτα πολλαχῶς λέγεται καὶ οὐ πάνυ πιστεύεται.* Idem L. X. 213. ubi de Dactylis Phrygiis loquitur, nominat Celmin, Damnameneum, Acmonem et Herculem, quem solum recepere Elei, ceteris domesticos substituerunt heroes, antri Pseudo-idaei accolas, eademque opera totam Atlantidum familiam et ipsius Dardani natales sibi arrogare ausi sunt Strab. VIII. 85. Quod si nemo credere dignatur neque Samothracia mysteria ex Elide repetit, cur illis Dactylis Eleis fides adjungitur perinde commenticiis?

[s] Inscriptio Sponiana ap. Arnald. de Diis paredr. p. 190. Libero Patri Adstatori et Conservatori. Soteris Elei nomine prolixe nos donat Eusebius Chron. Lib. Post. CXXXVII. Hercules cognomento Desanaus in Phoenice clarus habetur. Unde et ad nostram usque memoriam a Cappadocibus et Eliensibus (sic) Desanaus adhuc dicitur. Sed lectio ambigua v. Selden. de Diis Syr. I. 6. 187. Desanaus ignotus.

Digitized by Google

morborum depulsores Herculis similes indicant, ceterum nulla traditur cum Dactylis aut Curetibus similitudo. Nam quod Hoeckius putat Iasum eundem Iasionem esse Cereris amasiunculum, sola nititur nominis similitudine ad persuadendum minime idonea; certe Iasion ille nunquam Dactylis adscriptus neque inter ludorum Olympicorum conditores numeratus aut alioqui cum Hercule compositus est. Ubi gentium Hercules sub nomine Dactyli Idaei inferias, ut Cicero scribit, acceperit, inventu difficile est; suspicioni quidem proximi Elei fabulae a majoribus fictae comprobatores impigri, sed certis indiciis argui nequeunt. Nequaquam vero committi debet, ut, ubicunque veterum scriptorum aliquis Herculem Idaeum odoratus est, ibi Idaeos Dactylos gregatim cultos esse dicamus, quod ut moneam movet me Hoeckii disputatio mirabilis: Als Cultuswesen erscheinen sie auf Samothrake; auf Thasos, Kos, bey den Erythraeern und an andern verband man gleichfalls höhere Ansichten mit ihnen T. I. p. 326. Herculem Idaeum eundem esse quem Erythraei et Tyrii colant, Pausaniae opinatio est, quae quanti in censum referenda sit, facile pro se quisque existimabit; theologi Ciceroniani, quibus in hisce rebus non minor fides, diversum faciunt; Coi Dorienses quin Alcmenae filium coluerint, nulli veterum in mentem venit dubitare; nec Thaso quisquam Idaeum inseruit. Unde igitur colligi potest his omnibus in locis Dactylo-

Digitized by Google

rum religiones vignisse et eas quidem, ut vir doctus asseverat, augustiores? Equidem ne Samothraciae quidem concedendas arbitror spreta Pragmaticorum fabula, quam Diodorus sequitur V. 64. Dactylos primos Cretae incolas quos alii decem fuisse tradant, alii centum, artibus magicis et mysteriis operam dedisse *καὶ περὶ Σαμοθράκην διατρίψαντας οὐ μετρίως ἐν τούτοις ἐκπλήττειν τοὺς ἐγχωρίους*, eorumque discipulum Orpheum teletas instituisse et mysteria [s]. Hoc ejusmodi est, ut si aliunde confirmatum fuerit, Dactylos Samothraciam attigisse, saltem probabiliter fictum videri possit; pro testimonio nullo modo valere potest. Neque illi ignoti auctores, qui Cabiros, Dactylos, Corybantes, Curetes *τοὺς αὐτούς* fuisse dictitant Strab. p. 157. his omnibus unam patriam assignant Samothraciam sed antiquissimos deorum cultores genere sacrificandi festivo et tumultuoso inter se convenisse docent. Alia est Nigidii ratio. Arnobius III. c. 41. Possumus de Laribus summatim aliquid dicere quos arbitratur vulgus vicorum atque itinerum deos esse ex eo quod Grae-

[s] Hunc locum Freretius T. XXIII. p. 33. et Hoeckius nimis cupide Ephoro assignant, cujus paullo ante affertur sententia, Minoem cum Dactylis in Europam transmisisse; quae sequuntur, historicorum Creticorum inventa sunt, hominum, ut Heynius judicat, valde ineptorum, quos Diodorus si ullo judicii acumine usus fuisset sequi non debuisset; non enim mythos antiquos aut famam veterem exponunt sed Sophistarum commenta qui rerum origines Cretensibus assignare vitaeque instituta, inventa, artes ad Dactylos, Curetes Titanes referrent, simulque alteram hypothesin adhiberent, qua e mortalibus dii facti esse ferebantur" De fontt. Diodori p. LXXVI.

Digitized by Google

ci appellant lauras. In diversis Nigidius scriptis modo tectorum domuumque custodes modo Curetas illos, qui Jovis vagitum occultasse perhibentur, modo Digitos Samothracios, quos quinque indicant[t]. Cui jam olim apposuimus Diomedem Lares Curetibus aequiparantem, ad quos ipsos Dactylorum nomina transfert L. III. 474. hos (Curetas) quidam tres putant, qui Lares esse creduntur, Damnameneus, Acmon, Celmon[u] dicti ἀπὸ τῶν κορυθῶν id est a formosis oculis vel a cono galeae. Illa vero sunt Dactylorum vocabula in Phoronide tradita et fortasse a docto editore hinc reposita pro iis, quae Ed. Veneta p. XLVII. et Coloniensis A. 1506. p. 114. exhibent Damimamentinus, Asteus, Pyrrhichus, mixtis Curetibus atque Dactylis. His porro adjunximus Grammaticorum testimonia, primum Hygini Fab. CXXXIX. Amalthea pueri (Jovis) nutrix impuberes convocavit eisque clypeola et hastas dedit et jussit eos crepare; qui graece Curetes sunt appellati, aliis Corybantes dicuntur, his[w]

[t] Nihil huc pertinet Solini locus obscurus c. II. 13. Praeneste condita a Caeculo, quem juxta ignes fortuitos invenerunt Digitorum sorores, ubi Scaliger divorum viorum emendat, Salmasius primum Digitorum proponit, deinde vero, quia hi non simpliciter ita vocantur sed aut Idaei aut Samothracii, praefert Igidiorum (οἰκιδίων). Cf. Otto de diis vial. p. 101.

[u] Edit. Colon. A. 1533. Celmus, ut ap. Ovid. Celme Munck. ad Hyg. F. 139. monstruose Σαλαμίνιος Strab. p. 213.

[w] Sic pro hi recte emendavit Wouwerus ad Minuc. Oct. p. 201.

Digitized by Google

autem Lares appellantur. Lutatius ad Theb. IV. 784. Curetes latine Lares familiares appellantur. Hesychius *Λάρεις, λάραβες, τοὺς Κυρίτας Ῥωμαῖοι οὕτως.* Colloquia Graecol. MS. [y]. ap. Salmasium Solin. p. 84. *Ζεὺς ἐπεὶ ἐκράτησε τὰν οὐρανὸν Κούρησί τε καὶ Κορύβασι τιμὰν ἔδωκεν ἵνα θεοὶ κατοικίδιοι λέγωνται.* Glossae Gr. Lat. Indigetes, *ἡμίθεοι Κούρητες.* Postremo in medium attuli Arnobii testimonium L. III. c. 40. Nigidius in libro sexto et decimo [z] exponit disciplinas Etruscas sequens genera esse Penatium quatuor et esse Idaeos ex his alios, alios Neptuni, inferorum tertios, mortalium hominum quartos, ubi Idaei significare videntur genios Joviales sive coelestes, ceteri Lares permarinos, terrestres, infernos. Haec manifestum faciunt non solum Dactylorum, Curetum, et Corybantum discrimen sublatum [a] sed etiam hos tanquam deos minusculos Romanorum geniis domesticis, Penatibus atque Laribus, compositos esse. Quapropter illi Digiti Samothracii multo potius generum vicinorum confusionem quam Dactylorum cultum Samothracium testari possunt,

[x] Haec an postea edita sint, ignoro; Familiarium Colloquiorum formulae graece editae Antverp. 1547. harum rerum nihil continent.

[y] Cf. Rutgers. Varr. Lectt. p. 284. et 289.

[z] Etym. M. p. 246. *λέγονται Δάκτυλοι καὶ οἱ Κορύβαντες ὡς δείκτυλοι ἢ διὰ τὸ διδάξαι δακτύλους* (scr. διδακτύλους). Schol. Arat. v. 33. *Κούρητες καὶ Κορύβαντες καὶ Ἰδαῖοι Δάκτυλοι οἱ αὐτοί εἰσιν.*

Digitized by Google

cujus nemo illorum, qui de insulae hujus sacris scripserunt, mentionem habuit.

§. 5.

Postremo huc reponam quae olim scripsi in Diss. de M. B. quum Pragmaticorum in interpretandis mythis rationem adumbrarem: „Quin „Pythagoram hac doctrina imbutum fuisse nar„rant; Porphyrius fabulatur Zoratae alumnum, „Delphis quum esset, Apollinis monimento ele„gidarion inscripsisse hac quidem sententia ut „eum Sileni filium proderet [a] a Pythone inter„emtum, tum a Triopa defletum, postremo in „tripode conditum — *Κρήτης δὲ ἐπιβὰς τοῖς Μορ„γου μύσταις προσῆει ἑνὸς τῶν Ἰδαίων Δακτύλων, „ὑφ' ὧν καὶ ἐκαθάρθη τῇ κεραυνίᾳ λίθῳ — εἰς „δὲ τὸ Ἰδαῖον ἄντρον καταβὰς καθήγισε τῷ Διΐ, „τόν τε στορνύμενον αὐτῷ κατ' ἔτος θρόνον „ἐθεάσατο, ἐπίγραμμά τ' ἐνεχάραξεν ἐπὶ τῷ τάφῳ „οὗ ἡ ἀρχὴ Ὧδε θανὼν κεῖται Ζὰν ὃν Δία κα„λήσκουσι* V. P. c. XVII. Huc dubito an illud „a Diodoro relatum pertineat: Cretenses affir„mare solere, quae apud alios recondita habean„tur mysteria, haec apud se palam et ante ocu„los omnium esse, quibus illa non adnodum ve-

[a] Aristoteles ap. Clem. Coh. p. 24. plures Apollines memorat et quartum Arcadem Sileni filium; quod Gesnerus in Comm. de Sileno p. 17. cum Porphyrii narratione componit. Morgi illius mystae ex eadem officina exiisse videntur, unde Mochi prophetae, quos idem Pythagoras adiit Jambl. c. XIV. 56.

Digitized by Google

„tus de Jovis sepulcro narratio significari videtur.“ Quis controversiam facere audeat an haec fabula sit nove et improbe ficta? Nec tamen ita fictam et falsam credo, ut sunt vanae somnii species sed sic, ut quandam veritatis umbram relinquat. Etenim gliscit nescio quae fama de sacris Cretensium seclusis et de sodalitate quadam Curetum mystica v. C. I. §. 3., quibus illi Morgi mystae persimiles et eodem solo enati videntur. Ulterius progredi conjectando non libet. Sed instat alia quaestio. Dio Chrys. II. 225. *ὁ Ἀριστοτέλης ἐπιστέλλων γέγραφε (τοῖς Σταγειρίταις) ὡς τοῖς πράγμασιν ἀπειρηκώς. Φησὶ γὰρ, αἴρειν τοὺς Ἰδαίους Δακτύλους κἀμὲ νομίζετε καὶ εἴ τινές εἰσιν ἕτεροι. Καὶ γὰρ δὴ πλεῖον ἴσχυσεν ἡ τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων κακοδαιμονία τῆς τοῦ Ἀριστοτέλους σπουδῆς.* Schneiderus in Lex. s. *δάκτυλος* hoc proverbium de iis, quae effici non possunt, celebratum esse judicat. Longe aliter Wyttenbachius ad Plut. De Sent. Prof. virt. p. 605. Aristotelis verba interpretatur: dicit enim se tentare loco movere Idaeos Dactylos; id est, homines agrestes et montanos suis sedibus deditos. Quorum neutrum mihi verum, prius tamen veri similius videtur. Digitum tollere Romani usurpant de iis, qui, ut Aristoteles, *τοῖς πράγμασιν ἀπειρήκασι* seseque victos fatentur v. Gesn. Thes. s. v. et similiter Graeci. Anecd. Bekk. p. 357. 30. *αἶρε δάκτυλον· τίθεται ἐπὶ τῶν ἀπαγορευόντων ἐν τῇ ἀγωνίᾳ.* Aristoteles autem

Digitized by Google

Digitos Idaeos et si qui alii sint tollere se dicit, ambigue ludens sicut ille Crobyli comedo Athen. I. 5. F.

Ἐγὼ δὲ πρὸς τὰ θερμὰ ταῦθ' ὑπερβολῇ
τοὺς δακτύλους δήπουθεν Ἰδαίους ἔχω,
καὶ τὸν λάρυγγ' ἥδιστα πυριῶ τεμαχίοις.

Notum est veteres convivas ad cibos apprehendendos manibus usos esse et paullo ante Athenaeus helluonem quendam memorat *τὴν χεῖρα συνεθίζειν πρὸς τὰ θερμά.* Itaque ille quoque se digitos munitissimos habere gloriatur, quos Suidas vere interpretatur *ψυχρούς* i. e. caloris patientes, eosque *Ἰδαίους* vocat *παρὰ τὸ προσδοκώμενον* et fortasse ad significandum *στερρούς*. Dactylorum in numero refertur Celmis quidam, de quo Plutarchus Prov. Alex. XI. 588. *Κέλμις ἐν σιδήρῳ ἐπὶ τῶν σφόδρα ἑαυτοῖς πιστευσάντων, ὡς ἰσχυροὶ καὶ δυσχείρωτοι πεφύκασι. Κέλμις γὰρ τις ἐν Ἴδῃ στερρότατον σίδηρον ἐργαζόμενος.* Sed de his satis.

Cap. IV.

De Telchinibus.

§. 1.

Telchines, quanquam nullis priorum similes sed prorsus sui generis fuisse videntur, tamen quia a Strabone in hanc quaestionem implicati atque adeo ab Aglaosthene, nisi errat Germanici

Digitized by Google

Scholiastes [a] Curetibus intermixti sunt, hoc loco praeteriri non debent. Nomen Telchinum primus eorum qui extant in medium promsit Stesichorus loco a Suchfortio praetermisso [b] ἡ παροιμία τοὺς φθονεροὺς καὶ ψογεροὺς Τελχῖνας καλεῖ. Στησίχορος δὲ, φασὶ, τὰς κῆρας καὶ τὰς σκοτώσεις τελχῖνας καλεῖ, incertum qua significatione, substantiva an adjectiva, ut νόος τελχίς Nonn. VIII. 108. δεξιὰ τελχίς Liban. Monod. in Daphn. T. III. 334. Chrysost. Or. in Bab. T. II. p. 169. eoque modo Stesichorum κῆρες τελχῖνες dixisse credam, ut vulgo μοῖρα vel ἄδης βάσκανος v. Jacobs. ad Erinn. Ep. III. p. 189. T. 6. Pro substantivo testimonium exhibet Etym. M. Τελχίν καὶ ἡ εἰς θάνατον καταφορά, τελχινώδης ὁ τραχηλιώδης [c], τελχιταίνει, ἀντερίζει, σκληροτραχηλεῖ· quibus Schneiderus aeque obscuras Hesychii et Photii glossas componit omissa Stephani nota λέγονται καὶ τελχῖνες θηλυκῶς αἱ ὑπὸ πληγῆς εἰς

[a] Ad v. 25. p. 40. Aglaosthenes in Naxiacis carminibus Cynosuram dicit fuisse Jovis nutricem unam ex Idaeis nymphis, a qua in Cretae oppido Histoe Nicostratus constituit portus et circa eum locum Cynosuram fuisse cum Telchiniis, qui dicuntur Curetes Idaei. Telchinum tamen nulla mentio apud Eratosthenem c. II. et Hyginum Astron. II. 2. ubi Scholiastae verba, quae incorrecta repetunt Meursius Cret. c. XI. et Hoeckius T. I. 434. probabiliter emendavit Munckerus.

[b] Eustath. p. 772. quem locum nuper addidit Kleinius Fragm. p. 130.

[c] Significari videtur cervicosus, quo nomine Ambrosius utitur v. Nolten. Lex. Antib. p. 459. rigida et obstipa cervix homines abstrusos, pervicaces et subdolos denotare creditur. Pollux II. 135. βυσαίχην ὁ τοὺς ὤμους ἀνέλκων τὸν δὲ αὐχένα συνέλκων, ὃν ἐπίβουλον Ἀριστοτέλης φυσιογνωμονεῖ. cui simile trachalas irrisorem declarat. v. Wernsdorf. Daphn. Constant. p. 294. Adjectivo illo utitur Gregor. Palam. Decl. Corp. c. Anim. p. 17. ἐμοὶ τὸ πρόσωπον συνέπεσε τηκεδόνι τελχινώδει.

Digitized by Google

θάνατον καταφοραί: unde apparet Etymologum non casum letalem (ἡ κατὰ κρημνῶν καταφορά Hermes Pim. c. IX. §. 3.) sed ictum mortiferum assignificasse; quorum utrumque cum scotomate conjunctum est, posterius vergit in similitudinem verborum σκοτωνία et σκοτώνειν, quibus novitia Graecitas cladem et caedem significat. Secundus a Stesichoro locus concedi potest ignoto auctori, de quo Athenaeus VIII. 282. F. ὁ τὴν Τελχινιακὴν ἱστορίαν συνθεὶς εἴτ' Ἐπιμενίδης ἐστὶν ὁ Κρὴς ἢ Τηλεκλείδης εἴτ' ἄλλος τις ἱερούς φησιν εἶναι ἰχθύας θελφῖνας καὶ πομπίλους· ἔστι δ' ὁ πομπίλος ζῶον ἐρωτικὸν ὡς ἂν καὶ αὐτὸς γεγονὼς ἐκ τοῦ Οὐρανίου αἵματος ἅμα τῇ Ἀφροδίτῃ. Teleclidae comico haec temere tribui jam Meinekius monuit Scenn. Quaest. I. p. 30. ne ab Epimenide illo vetere scripta putemus obstat scribendi genus et nominis ἱστορία usus novitius. Nihilo notior nobis ille Ἐνομίδης ὁ τὰ θεῖα γράψας[d], quem Etym. M. docet Telchinum nomen a verbo θέλγω[e] derivatum putasse. Neque omnino ante Alexandrinos poetas fabulae hujus notitia traditur; qui ut omnes antiquitatis loculos excusserunt, ita etiam Telchinum memoriam fere intermortuam restaurarunt. Ac primum quidem Simmias Rhodius eos e mari progeneratos esse dixit ap. Cle-

[d] Ἐνομήδης Cod. Paris. Bekkeri v. not. p. 891. Ἐνομίδης Etym. Gud. Ἐννομίδης corrigit Welckerus de Trilog. Aesch. p. 187. quasi referret pro ignoto auctoris nomine aeque ignotum substituere; Epimenides aliquis de Rhodo scripsit.

[e] Similiter Θρᾳκία et Τραχεῶτις, Θέλπουσα et Τέλφουσα v. Schellenberg. ad Antim. p. 62. ἀκάνθια, ἀχάντια Eustath. 468. 32. aliaque supra allata hujus antistoechiae exempla.

Digitized by Google

ment. Strom. V. 674. ἐμασιγνήτων καὶ Τελχίνων ἔφυ ἡ ἁλυκὴ ζάψ. ubi Bochartus Ἄμμας Ἰγνήτων reponit, commode usus testimoniis Hesychii Ἴγνητες οἱ μετὰ τοὺς Τελχῖνας ἐποικήσαντες τὴν Ῥόδον. et Stephani Γνής ἔθνος οἰκῆσαν τὴν Ῥόδον, λέγεται δὲ καὶ Ἴγνητες [f] neque a sententia poetae multum aberrasse videtur, sed verba ad versus speciem redigere frustra conatus est. Tum Callimachus H. in Del. 31. Neptuni tridentem ab iis fabricatum esse dixit, sicut alii ap. Eustath. ad Dion. 504. harpen Saturni; novitio utrique commento; nam antiquitas fabricandis deorum armis Cyclopes praefecit, primum Caeligenas, post Siculos.

§. 2.

Sed hi omnes nos incertos dimitterent nisi in vacuas partes succederent alii rerum Rhodiarum scriptores. Zeno Polybii aequalis, cujus verba Diodorus refert V. 55. narrat Telchines recens mari editos Rhodum puram adhuc ab humano cultu, sedem ac domicilium elegisse; ad eosque delatum a matre Rhea Neptunum [†], ut adolevisset, Haliam sibi Telchinum sororem connubio junxisse; hinc sex filios prognatos et filiam Rho-

[f] Arcadius De accent. p. 126. γνής ὁ Ῥόδιος.

[†] Addit Caphiram nympham muneris sociam, quae haud dubie Camira dicta est ab urbe. Cabiri in Rhodo nulli sunt, neque ulla Cabirorum cum Telchinibus cognatio, praeter quod Bruiningius narrat in Act. Societ. Traject. T. III. p. 356. Telchines sacra Cabiraea administrasse.

Digitized by Google

den, unde insulae nomen. Illos vero non solum multas res ad vitae cultum necessarias invenisse sed etiam prima deorum simulacra confecisse tantamque fuisse apud eos rerum reconditarum scientiam ut tempestates concitare, imbres nivesque effundere, seque in quas vellent formas vertere crederentur. Neptuni autem filios violato Veneris numine in insaniam incidisse multisque facinoribus perpetratis a patre sub terra abditos esse, postea προσηφους δαίμονας nuncupatos a situ loci, ni fallor, ut Ἄρτεμις Προσηφα Euboeae Plutarch. Themist. VIII. 455. pariterque Haliam, quum se ob natorum flagitia in mare praecipitasset, a posteris honores divinos et Leucotheae nomen accepisse. Neque Telchines ipsos diutius circa ea loca moratos sed instantem insulae inundationem praesentientes alios alio dilapsos, Lycum in eam regionem, quae ab ejus nomine Lycia appellata est. Rhodum autem, postquam rursus e fluctibus emersit, vastam a cultoribus Heliadae occupavere. Quota pars hujus narratiunculae ex antiquis Rhodi monimentis derivata sit, haud cito quis decernat, sed vetus fuisse in hac insula et domesticum Telchinum nomen deorum Telchiniorum vocabula testantur Diodori relationi inserta, quae certe ab antiquariis ficta non sunt: παρὰ Λινδίοις Ἀπόλλωνα Τελχίνιον προσαγορευθῆναι, παρὰ δὲ Ἰαλυσίοις Ἥραν καὶ Νύμφας Τελχινίας, παρὰ δὲ Καμιρεῦσιν Ἥραν Τελχινίαν. Cetera mythologorum cathedrariorum commentis similiora videntur quam gentium indoctarum fabulis libero

Digitized by Google

animi motu conceptis. Patet enim ut exemplo a Jovis infantia sumto Neptunus infans in insulam longinquam translatus curaeque Telchinum traditus sit, quibus e proximo addita soror Halia Leucotheae imitatrix[g]. Nec majore astutia opus fuit ad comminiscendam Lyci Telchinis profectionem in Lyciam, ubi Apollinis Lycii templum super Xanthi ripis condidisse dicitur, quippe jam prius tradito, Latonam a lupis ad fluvium Xanthum deductam esse[h]. Quo accedebat quod Panyasis tradidit, Lyciae gentis auctorem Tremilum Ogygi filiam Praxidicam in matrimonio habuisse[i] Steph. s. *Τρεμίλη*. Una enim Praxidicarum Thelxinea vocabatur Suid. neque incredibile videtur, hujus quoque nominis similitudine Zenonem vel qui-

[g] Haliam nympham Homerus inter Nereides numerat et, si verum vidit Valckenarius ad Ammon. p. 165. Hesiodus etiam. *Λευκοθέα* commune dearum aquatilium nomen est v. Etym. M. s. v. unde Leucotheae fons Sami Plin. V. 37. *Ἰναχία ἑορτὴ Λευκοθέας* in Creta Hesych. ab Inacho Oceanidum fratre.

[h] Nicander et Menecrates apud Antonin. c. 35. Latonae autem errores non Homero solum sed etiam Hesiodo ignoti, qui Latonam ante Junonem Jovi nupsisse refert. v. Matthiae ad H. H. Prolegg. p. 20.

[i] Plutarch. Def. Orac. XXI. 335. *Σολύμους πυνθάνομαι τοὺς Λυκίων προσοίκους ἐν τοῖς μάλιστα τιμᾶν τὸν Κρόνον· ἐπεὶ δ' ἀποκτείνας τοὺς ἄρχοντας (ἀρχηγέτας* Theodoretus) *αὐτῶν Ἄρσαλον καὶ Δρύον Τροσώβιον ἔφυγε, ἐκεῖνον μόνον ἀμεληθῆναι, τοὺς δὲ περὶ Ἄρσαλον σκληροὺς θεοὺς προσαγορεύεσθαι καὶ τὰς κατάρας ἐπὶ τούτων ποιεῖσθαι δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ Λυκίους.* ubi *Κρόνος* certe ineptum atque haud scio an cum *Κράγος* commutandum. Stephanus: *Κράγος ὄρος Λυκίας ἀπὸ Κράγου τοῦ Τρεμίλου καὶ Πραξιδίκης νύμφης· ἐνταῦθα δ' εἶναι καὶ τὰ τῶν ἀγρίων ἄντρα· ἀπαθανατισθῆναι γάρ φασι τοὺς περὶ τὸν Κράγον.* Pro *Τροσώβιον* Eusebius *Τόσιβιν*, quo fortasse pertinet Suidae glossa *Τόσιβις θεός*, Theodoretus Therapp. III. 316. T. IV. *Τόσαβις*. ambo pro *σκληροὶ θεοί*, qui iidem *ἄγριοι* dicti juris jurandi vindices, praebent *σκιδροί* eadem significatione praeditum v. Salmas. ad Pall. p. 297. Reines. Varr. Lect. I. 5. Schaefer. ad Long. p. 364. Lycios Ogygios et Boeotiam Ogygiam ab Ogyge Termerae filio nomen habere tradit Stephanus s. v.

Digitized by Google

cunque istius fabulae auctor, ad Telchinas Rhodios traductum esse, quorum in numero ferebatur Lycus. Hujus autem cum Lyciis commercia non prius coepisse arbitror quam Rhodii in hac regione pedem posuissent urbesque aliquot condidissent, ignota certe Herodoto, qui Tremilarum gentem a Lyco, Pandionis filio, transnominatam putat. v. Staver. ad Lactant. L. VI. F. 4. Observ. Misc. Amstel. T. VIII. 66. neque Pindaro audita, qui in carmine ad Rhodios scripto insulam diu in fundo abditam, simul atque in lucem emersisset, Soli cessam in eaque primos mortalium et natos et locatos esse cecinit Heliadas, operum artificiosorum fabrica inclitos tantaque sollertia a Minerva instructos ut statuas in viis inambulantes haud aliter ac si viverent perfecisse dicerentur Ol. VII. 93. [k]

§. 3.

Testes nostri, quos usque adhuc interrogavimus, omnes inter se consentiunt, Telchines natu Rhodios fuisse cumque Curetibus, Dactylis, Co-

[k] Suave est videre quemadmodum Mythologorum patriarcha Aldus Manutius hanc fabulam enucleet in Tractatu de Statuis Amadutii Anecdotis Litt. inserto Vol. II. 266. Hujusmodi spiritibus daemoniacis intus inclusis motae creduntur statuae Telchinorum producentes pluvias, tonitrua, ventos et alios affectus; pariter statua Daedali, Promethaei et columba Archytae etc. Miror cur omiserit Juaneli Automaton Valenciae per vias olim ambulare solitum v. Fiorillo Gesch. der Mahlerei p. 110. D. Similes Heliadarum statuas praedicat Pindarus ἔργα ζωοῖσιν ἐρπόντεσσί θ' ὁμοῖα κέλευθοι φέρον. quod ne quis ut fide majus pro mendacio ducat, provide addit δαέντι δὲ καὶ σοφία μείζων ἄδολος τελέθει, quibus verbis magica et praestigiosa Telchinum

Digitized by Google

rybantibus nihil commune habuisse praeter sapientiae famam, omnibus, quorum nomen ex ultimis antiquitatis tenebris refulgeret, adhaerescere solitam. Sed his illos angustiis educit Strabo, Rhodios, ut videtur, scriptores sequutus p. 202. *οἱ δὲ Τελχίνων ἐν Ῥόδῳ ἐννέα ὄντων τοὺς Ῥέᾳ συνακολουθήσαντας εἰς Κρήτην καὶ τὸν Δία κουροτροφήσαντας Κουρῆτας ὀνομασθῆναι* etc. qua ratione omnes illi deorum educatores et comissatores in unam concluduntur familiam Rhodo oriundam. Straboni subjungam, ut ejusdem aetatis, Ovidium et Nicolaum Damascenum. Ille in Met. VII. 365. memorat

> Phoebeamque Rhodon et Ialysios Telchinas,
> quorum oculos ipso vitiantes omnia visu
> Jupiter exosus fraternis subdidit undis.

ubi novum accidit quod de causa supplicii Lactantius narrat in Argum. Fab. X. Telchinas Jupiter propter odium conjugis suae Junonis subjecit mari. Nicolaus vero ap. Stob. Serm. XXXVIII. 225. Fragm. Orell. p. 146. latius exspatiatur: *Τελχῖνες ἄνθρωποι ὀνομαζόμενοι τὸ ἀνέκαθεν Κρῆτες, οἰκήσαντες δὲ καὶ ἐν Κύπρῳ μετανασταάντες δ' εἰς Ῥόδον καὶ πρῶτοι τὴν νῆσον κατασχόντες βάσκανοί τε σφόδρα ἦσαν καὶ φθονεροί. Τεχνῖται δὲ ὄντες καὶ τὰ τῶν προτέρων* (sic) *ἔργα μιμησάμενοι Ἀθηνᾶς Τελχινίας*

phantasmata tacite denotari neque veteres interpretes suspicati sunt neque ratio suadet. De Rhodiorum artificum operibus Eustathius ad Dion. 505. *οἱ τεχνῖται ἀλύσεσι ἐδέσμουν αὐτὰ μὴ καὶ λάθοιεν τάχα κινηθέντα μεταστῆναί που ἀλλαχοῦ.*

Digitized by Google

ἄγαλμα πρῶτοι ἱδρύσαντο, ὥσπερ εἴ τις λέγοι Ἀθηνᾶς βασκάνου. De ortu Telchinum Cretensi paullo ante Strabonis attulimus testimonium; idemque alio loco XIV. 654. eos narrat ex Creta primum in Cyprum, hinc in Rhodum venisse; Pausanias vero IX. 19. nullos nisi Cyprios nosse videtur Telchines: Ἀθηνᾶς ἐν Τευμησσῷ Τελχινίας ἐστὶν ἱερὸν, ἄγαλμα οὐκ ἔχον· ἐς δὲ τὴν ἐπίκλησιν αὐτῆς ἔστιν εἰκάζειν ὡς τῶν ἐν Κύπρῳ ποτὲ οἰκησάντων Τελχίνων ἀφικομένη μοῖρα ἐς Βοιωτοὺς ἱερὸν ἱδρύσατο Ἀθηνᾶς Τελχινίας. cognomen deae multo rectius interpretans quam Damascenus ille; nam si Minerva βάσκανος significaretur, τελχίς dicenda erat non Τελχινία, quod aeque ineptum est ac si quis deam asperam Τραχινίαν vocare vellet [l]. Unde autem tum dea Teumessia, tum Apollo, Juno et Nymphae apud Rhodios hoc cognomen acceperint dicere non habeo, nisi ab antiquis cultoribus remansit [m]. Ceterum Boeotiorum Telchinum nulla ad nos pervenit memoria; nam quod Scaliger scribit ad Euseb. p. 22. veteres fabulatores, qui Actaeonis canes in Telchines conversos fuisse nugati sunt, meminerunt eos in Boeotia fuisse, vereor ne parum firmum sit argumentum, quum de Actaeonis canibus unus Eustathius testis sit p. 771. 59. οἱ μὲν θαλάσσης παῖδας τοὺς Θελγῖνας εἶναι, οἱ δὲ ἐκ τῶν τοῦ Ἀκταίονος κυ-

[l] Vid. Epimetr. II.

[m] Thelxinea soror Alalcomeniae, quae Minervae nutrix perhibetur. Θελξίνεια Juno Athenis culta, ut Hesychius refert.

Digitized by Google

νῶν μεταμορφωθῆναι εἰς ἀνθρώπους. cujus loci vir summus obscure meminisse videtur; neque in nominibus canum illorum quae Aeschylus [a], Ovidius Met. III. 205. et Hyginus referunt, ulla est cum Telchinibus similitudo. Tempestivum videtur huic loco Plutarchum et Statium inserere, qui Telchinum mentionem in transcursu fecerunt; ille Virt. doc. poss. c. II. 387. οὐδὲ περὶ προσῳδίας ἔχει τις εἰπεῖν στάσιν ἐν πόλει γινομένην πότερον Τελχῖνας ἀναγνωστέον. unde patet de nominis origine et scriptura jam olim disceptatum esse. Statius autem Silv. IV. 6. 47.

> Tale nec Idaeis quidquam Telchines in antris
> nec solidus Brontes nec qui polit arma deorum
> Lemnius, exigua potuisset ludere massa.

quae Telchines Cretenses eosdemque aeris fabricatores nobis ante oculos ponunt. Et L. II. Theb. 274. Harmoniae monile

> Cyclopes notique operum Telchines amica
> certatim juvere manu.

§. 4.

Copiosior his omnibus Nonnus, qui in secunda parte catalogi inter ceteros Liberi commilitones omnibus terrae marisque oris excitos, Telchines quoque sub signa mittit currus Neptunii rectores L. XIV. 36.

[a] Fragm. CCCLIV. κόραξ, ἅρπυια, χάρων, λυκίτας. Alcaenam solam nominat Schol. Ven. XXII. 29.

Digitized by Google

Καὶ φθονερὸι Τελχῖνες ἐπήλυδες ἐς μόθον Ἰνδῶν
ἐκ βυθίου κενεῶνος ἀολλίζοντο θαλάσσης.
ἦλθε Λύκος καὶ Κέλμις ἐφέσπετο Δαμναμενῆι,
Τληπολέμου μετὰ γαῖαν ἀλιπλανέες μετανάσται [o]
δαίμονες ὑγρονόμοι μανιώδεες, οὓς πάρος αὐτοὺς [p]
πατρῴης ἀέκοντας ἀποτμήξαντες ἀρούρης,
Θρῆνάξ σὺν Μακαρῆι καὶ ἀγλαὸς ἦλασεν Ἄυγης
υἱέες Ἠελίοιο· διωκόμενοι δὲ τιθήνης
χερσὶ βαρυζήλοισιν ἀρυόμενοι Στυγὸς ὕδωρ
ἄσπορον εὐκάρποιο Ῥόδου ποίησαν ἀλωήν,
ὕδασι Ταρταρίοισι περιῤῥαίνοντες ἀρούρας.

Ex tribus illis Lycus jam prius innotuit; Celmis et Damnameneus ab aliis inter Dactylos Idaeos referuntur. Telchines autem, quum Heliadis cedere cogerentur, virus acerbitatis in agros segetesque effudisse, terraeque, quam vi virium tueri nequissent, Stygiae aquae adspergine late vastitatem intulisse, ab uno Nonno perspicue traditum; sed magnam olim hujus rei famam fuisse, ex obscuris aliorum indiciis intelligitur. Zenobius Cent. V. 41. p. 131. *οἶδα Σίμωνα καὶ Σίμων ἐμέ. Τελχίνων φύσει βασκάνων ὄντων· καὶ γὰρ τῷ τῆς στυγὸς ὕδατι τὴν γῆν καταῤῥέοντες ἀρνὸν ἐποίουν.* scr. *καταῤῥαίνοντες ἄκαρπον ἐποίουν·* sicut apud Strabonem XIV. 601. *ἐκαλεῖτο ἡ Ῥόδος πρότερον*

[o] Eodem modo *μετ' Αἴγυπτον* relicta Aegypto Chrysost. ad Dan. p. 191. *μετὰ Θράκην* postquam e Thracia fugerant Babr. Fab. CXLIX. quod Tyrwhittus perperam sollicitat. *Ἀλκμαίων τὰς ἐκβολὰς τοῦ Ἀχελῴου ᾤκησε μετὰ τὴν μητέρα*, post matris caedem Philostr. V. Apoll. VII. 25, 305. post moenia Trojae Horat. A. p. 141. cf. Coteler. ad Chrysost. l. c. Wernsdorf. ad Himer. Ecl. II. p. 41. Boissonad. ad Heroicc. p. 429.

[p] *Ὑγρονόμοι* emendavi pro mendoso *ἀγρονόμοι*. Filios Neptuni nominat L. XXVII. v. 106. Scelmin *ἀπόσπορον Ἐννοσιγαίου* L. XXXVII. 164.

Digitized by Google

Τελχινίς ἀπὸ τῶν οἰκησάντων Τελχίναν τὴν νῆσον, οὓς οἱ μὲν βασκάνους φασὶ καὶ γόητας θείῳ καταῤῥαίνοντας τὸ τῆς στυγὸς ὕδωρ [q] *ζώων τε καὶ φυτῶν ὀλέθρου χάριν. οἱ δὲ τέχναις διαφέροντας τοὐναντίον ὑπὸ τῶν ἀντιτέχνων βασκανθῆναι καὶ τῆς δυσφημίας τυχεῖν ταύτης*, reposita est pro *καταῤῥέοντας*. Suidas s. *Θέλγει. Καὶ Τελχῖνες Θελγῖνές τινές εἰσι· τὰ γὰρ θάλλοντά, φασι, βασκαίνοντες τοῖς ὕδασι τῆς φύσεως αὖα ἐποίουν, ἕως φυτῶν βασκαίνοντες*. quae Kuesterus intelligi posse negat. Si pro *φύσεως* scripseris *στυγός*, nihil erit quod non intelligas [r]. Idem Telchinum facinus ab Herennio narrari videtur de Diff. p. 157. *ἁλίσπαρτον ἢ ἅλσι κατεσπαρμένη χώρα, ὥς τινες τῶν παλαιῶν πεποιήκασι· δυσμενῶς γὰρ πρὸς τοὺς Ἕλληνας διακείμενοι τὰς χώρας αὐτῶν ἅλσι κατέσπειρον εἰς τὸ μηκέτι δύνασθαι φέρειν καρπούς*[s]. Quod ne iis, qui ad agros opimandos et laetandos nihil sale feracius esse sciant, miraculo sit, monendum est veteres, quia, ut Plinius ait XXXI. (7.) 39. omnis locus in quo reperitur sal sterilis est [t], soli inculti vastitatem salis sparsione significasse; cujus moris no-

[q] Interpres: sulfure admixtam stygis aquam instillarent aquam. Sed hoc non dicitur a Strabone. Num pro *θείῳ* scripsit *ληίων*?

[r] Eadem medicina adhibenda Etym. Gud. p. 257. qui hanc narrationem Enomidae tribuere videtur. [Junium hanc emendationem praecepisse Welckerus significat p. 187.].

[s] Etym. Gud. p. 85. addit *ὅθεν ὁ βίος τοὺς ἠκισμένως δεινῶς καὶ δυσθεραπεύτως ἔχοντας ἁλισπάρτους καλεῖ*. Brevius Anecd. Bekk. p. 383.

[t] v. Altmann. Melet. Philol. p. 48.

Digitized by Google

bile exemplum est urbs Sichem a Valckenario memorata ad Herenn. l. c. repetitum illud a Friderico Barbarossa in expugnato Mediolano. v. Naucler. Chron. Vol. II. 845. Calvis. Opp. Chron. p. 770. B. Proinde arbitror eos qui Telchinum factum miraculo eximere studerent, pro aqua Stygia haud cuivis parabili salem substituisse, quo gens fera ab Hellenibus (nam hos significat Herennius, non gentiles Sichemitas, ut Valckenario visum) pulsa agros steriles reddidisset vel, ut steriles fierent, imprecata esset. De Telchinibus autem ut haec potissimum accipiam inducit me quod Ammonius eadem tradens: ἁλίσπαρτον τὴν ἁλὶ ἐσπαρμένην χώραν, addit ὡς τινῶν φθονερῶν τοῦτο ποιούντων, quod nomen οἱ φθονεροί proprie adhaesit Telchinibus. Multa inde conjectandi et opinandi copia, si quis operae ducat, ut victi pulsique ab advenis in silvarum montiumque deserta se receperint; ut hinc in latrocinium versi furtivis excursionibus ad repetendas, quas possent, poenas progressi expulsores suos varie vexaverint modo agros perpopulando modo incaute vagantes opprimendo, tantumque sui timorem excitaverint, ut majoribus quam humanis viribus, utique ad nocendum, instructi crederentur, multa ut fit, affingente fama, formae mutabilitatem et cetera terriculamenta. Haec igitur si quis conjiciat in causa fuisse, cur Telchines et herbarum fascinandarum omnisque veneficii potentes et alienae felicitatis insidiatores dicerentur [v] et porro addat eandem

[v] Nicet. Ann. V. 88. D. φεῦ πραγμάτων ἀναγκαίας ἐπιπλο-

Digitized by Google

etiam veterum Finniae et Lapponiae incolarum et sortem et famam fuisse, is sciat de his rebus nullam tam scitam conjecturam esse quae intelligentibus pro vera probari, nullam tam absurdam quae argumentis apodicticis refelli possit.

§. 5.

Restant Grammatici et Chronographi, quorum aetas illis inferior, auctoritas par est, quoniam aditum ad eosdem habuerunt fontes. Hesychius: *Μύλας εἷς τῶν Τελχίνων ὃς τὰ ἐν Καμείρῳ Μυλαντίων ἱερὰ ἱδρύσατο·* cui apposititissima est Stephani nota: *Μυλαντία ἄκρα ἐν Καμίρῳ τῆς Ῥόδου· Μυλάντιοι θεοὶ ἐπιμύλιοι, ἀπὸ Μύλαντος ἀμφότερα, τοῦ καὶ πρώτου εὑρόντος τὴν τοῦ μύλου χρῆσιν,* quod alii Myleti Lelegis filio acceptum ferunt Paus. III. 20. Plura de his dici non possunt. Idem Ethnographus Atabyrum Rhodi a Telchine Atabyrio denominatum, Sicyonem vero olim nomen Telchiniam habuisse refert — *διὰ τὸ τοὺς ἀδομένους Τελχῖνας καὶ σφόδρα οἰκῆσαι.* Eustathius addit p. 291. 29. quod

κῆς καὶ φθονεροῦ Τελχῖνος καὶ ἐπιβούλου. Idem XIV. 5. 370. *τίνες ἀλάστορες, φθονεροὶ καὶ ἀμείλικτοι δαίμονες, ἀνάρσιοι καὶ ἀτιμώδεις Τελχῖνες,* quo epitheto *μανιώδεις* Nonnus quoque utitur. Niceph. Greg. Hist. VIII. 12. 222. C. *τοὺς τῆς βασκανίας Τελχῖνας ἀπωσάμενος.* et L. XX. 4. 615. C. *Ἐριννύες κακοδαίμονες καὶ πομπεῖαι Τελχίνων θίασος* cf. IV. 3. 52. VII. 12. 222. Libanius Decl. T. IV. 611. *ἐκεῖνον τὸν γάμον Τελχῖνες ἔζευξαν, Ἐριννύες ἐπήξαντο τὴν παστάδα.* Similiter Gregorius Naz. Or. III. 96. D. Simplic. in Ausc. VIII. 251. a. Pachymer. Hist. IV. 170. Tzetz. Exeg. p. 15. Themistii, Synesii, Alciphronis locos contulerunt alii v. Jacobs. ad Anth. T. IX. p. 177. unde patet his seculis frequentissimum fuisse hujus nominis usum, antea nullum.

Digitized by Google

pluribus declarat Eusebius in Chron. L. H. N. CCLXX. Telchines et Caryatae adversus Phoronem et Parrhasios instituunt bellum et N. CCLXXXVI. Telchines victi Rhodum condiderunt. quae exscripsit Syncellus p. 149. Orosius vero I. c. 7. ante annos conditae urbis MLXX. Telchines et Carpathii [a] pervicax proelium adversus Phoroneum et Parapasios gesserunt — iidemque Telchines et Carpathii post paullo victi Rhodum insulam possessionem ceperunt [b]. Sicyonii ipsi, ut Pausanias dicit II. 5. Telchinem regem Apidis avumque Thelxionis prodiderunt; e diverso Argivorum rex Apis Phoronei filius a civibus suis Thelxione et Telchine interemtus dicitur Apollod. II. 1. 1. quorum omnium commune fundamentum fuit nomen Telchis in priscis utriusque urbis monimentis obscure insignitum, quod alii regis antiquissimi, alii gentis longe peregrinatae fuisse conjectarent. Golgum quidem Cypriam a Sicyoniis conditam esse Stephanus affirmat [†]. Rhodum Argivi occuparunt; unde intelligitur quo modo Telchinum nomen longius longiusque serpere potuerit; quod si non temere prorsus

[a] Caryatas adversus Carpathios enixe defendit Scaliger; diversitatem lectionum indicat Schurzfleisch Notit. Bibl. Vinar. p. 117. et 126. Pro Caryatis, quos latino nomine Carseolanos appellare possumus, Clavierius Hist. d. prem. temps p. 20. Curetes substituit probante Raoul-Rochette Hist. de l'Etabl. T. I. 156. Petit-Radel in Mem. de l'instit. T. II. p. 23. Cares malle videtur.

[b] Carpasios ab urbe Cypri, vel Carnasios a Carnasio Messeniaco intelligi putat Havercampius; quadrat neutrum.

[†] Telchines ipsos Golgi conditores fuisse Raoul-Rochette sumit audacter, ut assolet, De Colon. C. II. 397.

Digitized by Google

et ex vano fictum est, certe alicubi ortum esse debet. Nec mihi incredibile visum quod auctores tradunt, gentem quandam perveterem fuisse hoc nomine dictam; sed totam Sicyoniam totamque Rhodum a numeroso quodam Telchinum populo obsessam esse nunquam mihi in mentem venit dicere, ut omnino non videam quid Welckerus pugnet, contradictionem in adjecto et quasi σιδηρόξυλον esse dicens, si quis de gente venificorum loquatur — der Begriff eines Zaubervolks schliesst etwas widersprechendes in sich p. 189. Veteres quidem aliter senserunt. Herodotus II. 33. peregrinatores Nasamones deserta Libyae penetrasse narrat — καὶ ἐς οὓς οὗτοι ἀπίκοντο ἀνθρώπους, γόητας εἶναι πάντας. Idem IV. 105. κινδυνεύουσι οὗτοι οἱ ἄνθρωποι γόητες εἶναι. Neque aliâ famâ fuit Thibiorum genus Ponticum Plutarch. Symp. V. 1. 224. quos ἔθνος βασκανικόν vocat Stephanus [c]. Quin Plinius VII. 2. familias quasdam esse refert laudando effascinantium atque haud scio an hodieque vivant hujus generis venefici, qui immensis laudibus per ephemérides sparsis amicos suos ita effascinent ut postremo sibi omnia scire omnisque erroris expertes esse videantur. De cetero, si qua fuit gens Telchinia, non necesse est ei primitus quum noscceretur artium magicarum infamiam adhaesisse sed fieri potest ut haec orta sit ex fabulis, qui-

[c] Addit καὶ τὰ σώματα αὐτῶν εἰς θάλασσαν οὐ καταδύονσι, quod sagarum Inquisitores certissimum habuerunt pacti diabolici indicium.

Digitized by Google

bus poetae genus diu extinctum involvissent. Hoc loco subvenit obscura historia a Schol. Apoll. I. 1141. et Etym. p. 111. 46. adumbrata: Ἀνταία ἡ Ῥέα παρὰ τὴν ἄντην, ὅτι τοῖς Τελχῖσιν ἐναντία ἐγένετο. Id etsi a nullo alio veterum scriptorum declaratum est, quid molientibus Rhea obstiterit, tamen si ceteram hujus deae in propugnandis filiis et nepotibus solertiam et adversus inimicos vigilantiam intuemur, non aliorsum videtur referri posse quam ad insidias uni alumnorum structas; unde probabilis existit conjectura, Telchines, quos Diodorus Neptunum educasse tradit, ab aliis historiae fabularis enarratoribus ea indutos esse persona, quam in Epaphi Bacchique fabulis Titanes et Curetes sustinere videmus. Jam quum, ut alias Jovis concubinas ita Latonam etiam ejusque progeniem Junonis odiis exagitatam constet, haud sane veri absimile est, Telchinum manum struendarum insidiarum ministram fuisse. Hos enim ab Apolline interemtos esse aperte tradit Servius ad Aen. IV. 377. et quidem in lupi formam converso; nempe ad explicandum Apollinis Lycii nomen, cui alii e contrario, ut sunt mythographorum commenta, sacrum a Lyco Telchine constitutum esse voluerunt. Et in eam sententiam Lactantii quoque verba accipi possunt Telchines Jupiter propter odium Junonis subjecit mari, hoc est, quia odii ministris usa erat Telchinibus. Sed potest fieri ut ipsa eorum insidiis petita et Rheae praesidio protecta fuerit. De Baccho prorsus nihil constat; nam quod

Digitized by Google

Himerius rem sua memoria gestam nominibus fictis enarrans hunc a Telchinibus discerptum tradit, non ad vivum resecari oportet; Bacchi nomine amicorum aliquem significat, Telchinum vero homines τελχινώδεις, ut supra dixi L. II. p. 569. amici sui calumniatores, nequaquam inscius verum Bacchum a Titanibus occisum esse, quod omnibus erat notissimum sed allegoriae minus aptum. Neque sequemur, si quis, quia Telchis Apidem interfecisse dicitur, Apis vero nonnullis idem videtur Epaphus, Epaphi autem nomine quidam Dionysum significari credunt, his longis ambagibus eo nos deducere conetur, ut hunc deum a Telchinibus trucidatum esse intelligamus. Nam haec argumentandi ratio, qua permixtae diversissimorum scriptorum conjecturae in unum quasi cinnum confunduntur, non minus perversa est quam si quis vagas dissonasque historicorum de Masca ferrea suspiciones ita conciliet, ut ab omnibus unum dicat denotari hominem, diversis nominibus praeditum.

§. 6.

Agmen claudunt Johannes Tzetzes et Eustathius, quorum ille in capite περὶ ἀλαστόρων καὶ παλαμναίων Chil. VII. 123. haec exponit versibus suavidicis:

Τελχῖνες ἦσαν δή τινες τῶν φθονερῶν δαιμόνων,
Ἀνταῖος, Μεγαλήσιος, Ὄρμενός τε καὶ Λύκος,
καὶ δὴ Νικών τε καὶ Μιμὼν καὶ ἕτεροι σὺν τούτοις.
οὗτοι στυγὸς τῷ ὕδατι ῥαίνοντες γῆν ἠκάρπουν.

Digitized by Google

Nico (*Νίκων*) et Simo (sic enim scribendum) novitii veteratores sunt, ut Proverbiorum collatores docent, Telchinum similes, non Telchines; unde caetera nomina sublegerit homo inepte doctus, praeter unum Lyci, mihi non succurrit. Eustathius p. 771. 50. alienis, quae a Strabone mutuatus est, de proprio addit hoc: Telchines amphibios dici e daemonum et hominum, piscium et serpentum naturis mixtos, oculis caesiis, superciliis nigris, apodes et manibus curtis tantummodo ad natandum instructos, quales homines marini pingi solent[d] eorumque nomina fuisse Chryson, Argyron, Chalcon, ab inventis accepta metallis. Verum locupletiores auctores Telchines metalla invenisse nesciunt; deorum statuas fabricasse narrant[e], moti sine dubio antiquorum signorum, quae Telchinia vocarentur, memoria. Atque haec Telchiniorum sacrorum fama monumentis vetustissimis testata nobis in causa fuisse videtur cur Strabo Telchines cum Corybantibus, Curetibus, Cabiris Dactylisque copularet, tanquam priscos deorum cultores, cetera dissimiles. Namque illius sacrificalis *ἐνθουσιασμοῦ*, quem omnibus communem fuisse ponit, in Telchinibus omnino nulla apparet significatio, neque is convenit deorum ingenio, quos hi aut educasse aut statuis honorasse di-

[d] Puellae aquaticae formam accurate delineatam exhibet Th. Bartholinus Cent. Anat. II. 118.

[e] Welckerus Telchines a flatura aeris sive ferri nominatos putat p. 186. quam significationem verbum *θέλγειν* non habet omnino; neque constare puto illa Telchinum opera aerea fuerint an lignea an fictilia.

Digitized by Google

cuntur. Ea igitur Strabonis conjectura est, hanc juvenilem exsultationem antiquissimo cuique sacrorum generi maxime congruere rati. Hoc autem demto omnis fere Telchinum et ceterorum similitudo evanescit. Illi enim violenta morte peremti [f] nec in consortium deorum, quos vivi coluerunt, admissi nihil praeter dubiam nominis sui famam reliquerunt; nulla iis ara exstructa est, nullus in precibus votisque honor habitus; quae ratio sine controversia plus valet quam ignotorum hominum auctoritas, qui Telchinum nonnullos in Curetum nomen transivisse affirmant. Neque inventa illa et artes, quibus vitam rudem inopemque instruxisse perhibentur, in argumentum communis ortus duci debent, quippe ficta ab historicis et philosophis [ff] prima hominum rudimenta et artium in quaque terra originem tradere affectantium, persuasione falsa superesse quandam illius temporis, quo homines esse coeperunt, memoriam et posse adhuc, quis tum fuerit rerum status, ratiocinando inveniri. Itaque decreverunt humanitatis omnisque civilis cultus fundamenta non a vulgo silvestri sed a fortissimis quibusdam et sapientissimis posita esse viris, hoc est a regibus et a sacerdotibus; hos fruges, vestitum, tecta, armorum praesidia et morborum remedia invenisse, eosdemque et deorum religiones et ho-

[f] Ovidio et Servio consentit Eustathius l. c. *κατομβρηθέντες ὑπὸ τοῦ Διὸς ἢ κατατοξευθέντες ὑπὸ Ἀπόλλωνος ὤλοντο.* similiter Phlegyae, Acrothoitae aliaeque gentes diis inimicae perierunt.

[ff] Conf. Senecae Epist. XC.

Digitized by Google

minum jura sanxisse. Quod quum satis probabiliter disputatum videretur, non dubitarunt illi primos harum rerum auctores in quaque gente nominatim prodere, eos videlicet, quibus ipsis nihil antiquius nossent. Eoque factum ut quocunque eatur, eadem recurrat fabula de Inacho, Cecrope, Phoroneo, Pelasgo, deque Curetibus, Dactylis et Idaeis, quorum singulis sua propria reddiderunt inventa, illis ut plurimum civilia, his, quae deorum cultoribus convenire viderentur [g] artem incantandi et medendi, futuri praescientiam, sacrorum cerimonias festaque ludicra inter symphonias peracta; seorsum autem Dactylis artis aerariae fabricam, quia Idae incendium aeris venas aperuisse creditum [h], Curetibus artem sagittariam et venationem, quia haec erant domestica Cretensium ornamenta; et sic cetera constituerunt ut mens conciperet fieri oportuisse. Nec tamen haec mendax antiquitatis adumbratio nativas diversorum generum notas penitus obliteravit. Nam neque Cabiri unquam aut Jovem educasse aut Cretam incoluisse dicuntur; neque Telchines attigisse Samothraciam. Dactyli Idaei cum his artium magicarum scientiam, cum Curetibus musicae facultatem communem habent, hactenus utrisque dispares, quod neque illorum infamiam par-

[g] Lactantius I. 21, 41. hanc totam opinionem Sallustius respuit, voluitque ingeniose interpretari cur altores Jovis dicantur Curetes fuisse, et sic ait, quia principes intelligendi divini fuerunt, vetustatem altores Jovis celebravisse.

[h] v. Beckmann. ad Aristot. Mirabb. LXXXVIII. et eruditam Hoeckii disputationem Cret. T. I. 288.

Digitized by Google

ticipant, neque his solertiae fabrilis laudem communicant. Sed ab omnibus longissime discrepant Telchines, qui natura et specie immites ferique neque unquam geniis adscripti beneficiis ob nullam aliam causam inter familias hieraticas numerari potuerunt, quam quia eorum deorum, qui ab ipsis Telchinii denominati sunt, sacra et cerimonias instituisse crederentur.

Cap. V.

De Cabiris.

§. 1.

Quoniam in referendis veterum sententiis temporum ordinem conservare constituimus, primum Arctino testimonium deferamus, quem ad partes vocavit Welckerus. Etenim Dionysius Antt. I. 68. de Penatibus Romanis disserens e Troja, ut putat, advectis, negat se rem in occulto habitam curiosius scrutaturum esse sed ea quae Callistratus, Satyrus aliique multi et omnium vetustissimus Arctinus tradiderint, sine cujusquam offensione exponi posse. Eos autem haec narrare (λέγουσι δὲ ὧδε): Chrysen Pallantis filiam Dardano quum nuberet dotis loco attulisse Palladia et τὰ ἱερὰ τῶν μεγάλων θεῶν[*] eaque sacra a Dardano in Samothraciam translata esse, unde quum in

[*] Pausanias VII. 19. narrat Dardanum a Jove Liberi Patris imagunculam accepisse cista inclusam, postea ad Patreenses delatam.

Digitized by Google

Asiam trajecturus esset, reliquisse remanentibus magnorum deorum sigilla, exempla autem eorum fabricatum secum una cum Palladiis in Dardaniam transportasse, eaque posthac Trojae in acropoli esse condita et asservata donec Palladiorum unum Diomedes et Ulixes furto auferrent, alterum Aeneas cum deorum magnorum simulacris in Italiam deveheret. Postquam hunc narrationem deduxit Archaeologus, continuo infert quasi dissentientis Arctini testimonium: *Ἀρκτῖνος δέ φησιν ὑπὸ Διὸς δοθῆναι Παλλάδιον ἓν καὶ εἶναι τοῦτο ἐν Ἰλίῳ ἕως ἡ πόλις ἡλίσκετο ἐν ἀβάτῳ κεκρυμμένον, εἰκόνα δ' ἐκείνου κατεσκευασμένην ἐν φανερῷ τεθῆναι καὶ αὐτὴν Ἀχαιοὺς ἐπιβουλεύσαντας λαβεῖν.* unde patet eum Palladium non a Chryse Pallantis filia sed a Jove Dardano traditum putasse. His relatis Dionysius causam perorat: *τὰ μὲν οὖν εἰς Ἰταλίαν ὑπ' Αἰνείου κομισθέντα ἱερὰ τοῖς εἰρημένοις ἀνδράσι πειθόμενος γράφω τῶν τε μεγάλων θεῶν εἰκόνας εἶναι, οὓς Σαμόθρακες Ἑλλήνων μάλιστα ὀργιάζουσι, καὶ τὸ μεμυθευμένον Παλλάδιον ὅ φασι τὰς ἱερὰς φυλάττειν παρθένους.* Ex hoc igitur loco Welckerus efficere molitur, Arctinum de mysteriis Samothraciis disseruisse et, quibusnam deorum ea consecrata sint, testatum fecisse[a] quod e Dionysii verbis nullo modo colligi potest. Primum omnia illa, quae hic percurrit inde a primi divini muneris

[a] — — durch den Auszug aus Arktinos, nach welchem die älteste Geheimweihe dem Paar der grossen Götter galt; neben denen noch Pallas verehrt ward." Die Aeschyl. Trilog. p. 236.

Digitized by Google

auctore usque ad Tiberinae coloniae deductionem, ab Arctino, Callistrato, Satyro aliisque multis eodem modo enarrata esse parum veri simile est; neque id credidit Niebuhrius[b]. Itaque, nisi arbitria de quoque agere velimus, Arctino tantum modo asseri oportet, quantum praestari potest; hoc autem Palladiorum commemoratione absolvitur priori Iliopersidis libro inserta, neque plus hinc refert Johannes Magister Canabutius in Commentario epistolari in Dionysii locum de insula Samothrace et diis Troicis, cujus summarium exhibet Nesselius in Catal. Bibl. Vind. P. V. N. CXVII. p. 164. sq. Hinc pauca capita excerpam, quae haud vulgarem viri eruditionem ostendant C. XLIII. *περὶ Ἄτλαντος τοῦ βασιλέως.* C. XLVI. *γενεαλογία τοῦ Δαρδάνου.* c. L. *ὅτι ὁ Δάρδανος ἐξελθὼν ἀπὸ τῆς Ἀρκαδίας κατήντησεν εἰς τὴν Σαμοθράκην* c. LIV. *περὶ τοῦ θανάτου Ἰάσου ὑπὸ κεραυνοῦ.* c. LVII. *ὅπως ἐμερίσθησαν Δάρδανος καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἴδαῖος, καὶ ὅτι ὁ Ἴδαῖος κατῴκησεν εἰς τὰ ὄρη τῆς Φρυγίας*[c] c. LXII. *περὶ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν* c. LXXXIV. *ὅτι ὁ Δάρδανος ἔκτισε ναὸν εἰς τὴν Σαμοθράκην καὶ ἔθηκε τοὺς θεοὺς καὶ τὰ Παλλάδια — ὅπως ἐξῆλθεν ἀπὸ τῆς Σαμοθράκης καὶ κατέλιπεν ἐκεῖ τὸν Σάμωνα*[d] quae manifestum faciunt Canabu-

[b] Röm. Gesch. T. I. 186.

[c] Haec a Dionysio I. 61. accepit; Idaea Dardani filia Phineo nupsit v. Heyn. ad Apoll. p. 336.

[d] His interponuntur plura de Vestae, Minervae et Martis templis aliaque cum his rebus minus conjuncta, quae tamen aliquando edi velim: *περὶ Νυμφῶν καὶ ὅτι γένη δαιμόνων εἰσί, ἃ καλοῦσι βαρ-*

Digitized by Google

zam nostrum pleraque quae ad hanc fabulam pertinent, cognita habuisse, sive is Callistrati *κεχωρισμένην ἱστορίαν περὶ Σαμοθράκης* legit, quam c. LXXXI. commemorat, sive, quod probabilius, mythographos recentiores. Ad postremum C. XC. inscriptum est *τί γράφει ὁ ποιητὴς Ἀρκτῖνος περὶ τοῦ κλαπέντος Παλλαδίου ὑπὸ Διομήδους καὶ Ὀδυσσέως* etc. unde apparet etiam hunc doctum Dionysii interpretem Arctino nihil amplius quam quod verbis expressum est, assignandum putasse; de Chryse, de Pallante, constitutisque in Samothracia sacris Pheneaticis illum loquutum esse prorsus nulla ratio est cur statuamus. Neque enim Palladii et deorum Samothraciorum ea fuit necessitudo, ut, qui illius meminisset, hos praetermittere non potuerit, sed potius pars major scriptorum, qui de Palladio narrant, non longe illud e Samothracia repetunt sed coelo super Ilion delapsum tradunt, et ex altera parte qui Samothracia mysteria exponunt, nullam usquam Minervae mentionem faciunt. Xenophon, qui in hac causa ab Arctino secundus est numerandus, Aenean dicit *σῶσαι τοὺς πατρῴους καὶ μητρῴους θεούς* Cyneg. I. 15. quibus nominibus Vestam et Palladium significari Weiskius opinatur falso, sunt

βαρίζοντες Νεραγίδας· quae vulgo vocantur *Ναγάριδες*. tum *περὶ ναυτῶν καὶ τοῦ ἀστέρος τῆς Τραμουντάνας*. quod nomen quoniam adhuc in hominum ore viget, addam Schol. Eur. Or. 1626. *τὸ τῆς Ἑλένης ἄστρον, ἣν ἰδιωτικῶς φασι Τραμουντάναν, ἀεὶ πᾶσιν ὁρᾶται· τοῦτο δὲ καὶ ναῦται ὁρῶντες ἴσασιν ἃ δεῖ*. Hinc Tramontanam perdere dicuntur, qui cursu excidunt. De Canabutii codice et argumento Fabricius Bibl. T. IV. p. 393. ait Lambecium et Kollarium longe accuratius disseruisse, quorum libros adire non potui.

Digitized by Google

enim iidem quos Cleocritus obtestatur Hell. II. 4. 21. *πρὸς θεῶν πατρῴων καὶ μητρῴων καὶ ξυγγενείας καὶ κηδεστίας*, hoc est, sacra domestica a majoribus utrinque accepta; nam mulieres quoque epicleroe quum nuberent, sacra paterna mariti in domum inferebant [†]. Itaque existimandum est, hoc, quod Welckerus Arctino assertum pergit, a scriptoribus profectum esse posterioribus, qui deos magnos seu Penates Romanos ab ultima mysteriorum Samothraciorum stirpe repetere gestirent et potissimum a rerum Samothraciarum scriptoribus Callistrato, Polemone [††], Idomeneo [*], qui omnes seculo Ptolemaeorum vixerunt. Plutarchus in V. Camill. c. XX. *οἱ τὰ Σαμοθρᾴκια μυθολογοῦντες Δάρδανον μὲν εἰς Τροίαν ἐξενεγκάμενον τὸ Παλ-*

[†] Apud Sophoclem in Tereo Fr. VII. 654. mulier queritur:

ὅταν δ' ἐς ἥβην ἐξικώμεθ' εὐφρονες,
ὠθούμεθ' ἔξω καὶ διεμπολούμεθα
θεῶν πατρῴων τῶν τε φυσάντων ἄπο.

filiae enim enubunt e sacris familiaribus et gentiliciis,

τὸ δ' ἄρσεν ἔστηκ' ἐν δόμοις ἀεὶ γένος
θεῶν πατρῴων καὶ τάφων τιμάορον.

Eurip. Dan. Fragm. VII. Hoc in commune valet, exceptis epidicis; nam sacra heredem sequuntur. De matrona Cea narrat Valerius Max. II. 6, 8. cohortata ad concordiam suos distributo eis patrimonio et cultu suo sacrisque domesticis majori filiae traditis, poculum, in quo venenum temperatum erat, arripuit, cujus loci interpretes vehementer falluntur uniones et ejusmodi pretiosa sacra domestica dici existimantes. Itaque nulla paullo antiquior familia erat quae non haberet suos *μητρῴους θεούς* ab una majorum illata. Xenophon igitur Aenean non publicos Trojanorum Penates sed suos domesticos deos avexisse credidit.

[††] Hujus librum *περὶ Σαμοθρᾴκης* memorat Athenaeus. Ex eo sumta videntur quae Festus affert s. Salios: Polemon ait Arcada quendam fuisse Salium, quem Aeneas e Mantinea in Italiam deduxerit, qui juvenes Italicos *ἐνόπλιον* saltationem docuerit.

[*] Suidas *Ἰδομενεὺς ἔγραψεν ἱστορίαν τῶν κατὰ Σαμοθρᾴκην.* Is in Troicis narravit de Electra et Harmonia Schol. Apoll. I. 916.

Digitized by Google

λάδιον καθιερῶσαι κτίσάντα τὴν πόλιν, Αἰνείαν δὲ ἐκκλέψαντα διασῶσαι μέχρι τῆς ἐν Ἰταλίᾳ κατοικήσεως. Et ad eam rem illa quoque de magnorum deorum ectypis inventa est fabula, ut et Samothracibus suum relinqueretur proprium decus neque Romanis deesset quo gloriari possent[**]. Sed ad romanos deos iterum, ubi locus deposcet, revertet oratio.

§. 2.

Nominis Cabirorum primum indicium praebet Aeschyli fabula, in qua deos Lemnios cum Argonautis comiter conversantes largumque vini proventum gratiose minitantes induxit, ut Plutarchus refert Symp. II. Quaest. I. 7. εἴ τις ἀνθοσμίαν δρέψας αἰτιῷτο τοὺς Αἰσχύλου Καβείρους, λέγων ὄξους σπανίζειν δῶμα ποιήσαντας, ὥσπερ αὐτοὶ παίζοντες ἠπείλησαν. Ex hoc loco, quem Wyttenbachius parum dextre accepit, Aeschyli editores senarium exsculpserunt iambicum, ignari haec Cabirorum verba continuata et iisdem numeris inclusa esse cum illis quae Pollux affert VI. 23. καὶ Αἰσχύλος μηδὲ κρώσσους μήτ' οἰνηροὺς μήθ' ὑδατηροὺς λιπεῖν (λείψειν vel λείψομεν) ἀφνεοῖσι δόμοισι, ex Cabiris,

[**] Similem fabulam narrat Servius Aen. III. 15. cum omni hereditate majorum diviserant etiam deos Penates Dardanus et Jasius, quorum alter Phrygiam habuit occupatam. Hinc Clemens Protr. p. 8. deprecatur mysteriorum conditores εἴτε Δάρδανος ὁ Μητρὸς τῶν θεῶν καταδείξας τὰ μυστήρια, εἴτε Ἑτείων ὁ τὰ Σαμοθρᾴκων ὄργια καὶ τελετὰς ὑποστησάμενος.

Digitized by Google

ut apparet ex Anecd. Bekk. p. 115. *ὑδρηροὺς πίθους καὶ οἰνηροὺς Αἰσχύλος Καείραις.* Cabiri igitur tantam vindemiae ubertatem fore spondent, ut ne gutta quidem aceti relinquatur nullique cadi seriaeve recipiendo musto suppeditent. Qua imagine poeta lyricus ap. Plut. de Pyth. Oracc. XXIX. 296. uberrimum lactis proventum adumbravit: *προβάτων ἐκ πάντων κελάρυξεν, ὡς ἀπὸ κρηνάων φέρτατον ὕδωρ, θήλεον γάλα, τοὶ δ' ἐνεπίμπλων ἐσσύμενοι πίθους· ἀσκὸς οὔτε τις ἀμφορεὺς ἐλίνυε δόμοις, πέλλαι τε ξύλινοι (τε) πίθοι πλᾶσθεν ἅπαντες* [e] et ad idem exemplum Tibullus II. 5. 56. dolia tum magni deficiuntque lacus. Illa autem Cabirorum pollicitatio suspicionem afferret iis aliquam cum Libero Patre muneris necessitudinem intercedere, si quod aliud extaret hujus affinitatis documentum; sed neque Thoantis e Libero ortus [f] neque quod hic deus apud Ciceronem Cabiro patre natus dicitur, idemque a nonnullis Cabirorum in numero relatus est, ad probandum videtur satis, potiusque ita existimandum, Cabiros hospitibus vinosis (ut erant heroes) id gratificatos esse quod illis exoptatissimum, sibi domesticum esset, vinum Lemnium, neque fidei absonum, hos indigetes genios tum omnium rerum, quae ad incolarum salutem

[e] Toupius Emendd. T. IV. 325. *πέλλαι ξύλιναι* corrigit, quia *πίθοι* de opere figlino dicatur, ut Salmasius docet ad Vopisc. p. 492.

[f] Welckerus l. c. p. 315. Macarem Dionyso Brisaeo in insula Lemno sacrum condidisse dicit, memoriae vitio; nam haec ad Lesbum pertinent.

Digitized by Google

spectarent, tum etiam vinetorum uberandorum potestatem habuisse. Cerealium munerum curam ad eos delegat Myrsilus ap. Dionys. I. 23. quum Pelasgos narrat annonae difficultate laborantes Jovi, Apollini et Cabiris decumas vovisse, quod nescio an conveniat cum his quae a Schol. Pind. Ol. XIII. 74. relata sunt: *Μήδεια ἐν Κορίνθῳ κατῴκει καὶ ἔπαυσε τοὺς Κορινθίους λιμῷ κατεχομένους θύσασα Δήμητρι καὶ νύμφαις Λημνίαις*[ε] quo nomine nymphas Cabirias denotari crediderim, quas Acusilaus nominat, neque impetrare a me possum ut in Orph. Arg. 24.

Δήμητρός τε πλάνην καὶ Φερσεφόνης μέγα πένθος,
θεσμοφόρον θ' ὅσίην ἠδ' ἀγλαὰ δῶρα Καβείρων

aliud quid quam frugum semina significari putem, nedum ut Gutberletho c. XIV. aliisque assentiar, intelligenda esse peremti a fratribus Corybantis genitalia, quae a Thesmophoriis alienissima, epitheto *ἀγλαά* indignissima neque cuiquam donata sunt.

§. 3.

De ortu et progenie Cabirorum Acusilaus et Pherecydes nos perdocent, antiquiorum soli; quorum effata Strabo in longa illa de Curetibus, Dactylis, Idaeisque digressione ita implicuit ut quid quisque eorum dixerit aut vix aut nullo modo intelligi possit: *Ἀκουσίλαος ἐκ Καβειροῦς καὶ Ἡφαί-*

[ε] Variat paullulum Schol. Eur. Med. v. 11. *λιμώττοντας αὐτοὺς ἐπῳδαῖς τισιν ἰάσατο.* nisi propter hoc verbum *λοιμώττοντας* scribendum.

Digitized by Google

στου Κάμιλλον λέγει, τοῦ δὲ τρεῖς Καβείρους, ὧν Νύμφας Καβειρίδας. Φερεκύδης δ' ἐξ Ἀπόλλωνος καὶ Ῥυτίας Κορύβαντας ἐννέα· οἰκῆσαι δ' αὐτοὺς ἐν Σαμοθράκῃ· ἐκ δὲ Καβείρης (sic) τῆς Πρωτέως καὶ Ἡφαίστου Καβείρους τρεῖς καὶ Νύμφας τρεῖς Καβειρίδας[h]. Ἑκατέροις δ' ἱερὰ γίγνεσθαι· μάλιστα μὲν οὖν ἐν Λήμνῳ καὶ Ἴμβρῳ τοὺς Καβείρους τιμᾶσθαι συμβέβηκεν, ἀλλὰ καὶ ἐν Τροίᾳ κατὰ πόλεις· τὰ δ' ὀνόματα αὐτῶν ἐστι μυστικά. Ἡρόδοτος δὲ καὶ ἐν Μέμφει λέγει τῶν Καβείρων ἱερὰ καθάπερ καὶ τοῦ Ἡφαίστου. Ἔστι δ' ἀοίκητα τὰ χωρία τῆς τῶν δαιμόνων τούτων τιμῆς, τό τε Κορυβάντιον τὸ ἐν τῇ Ἀμαξιτίᾳ καὶ ἡ Κορύβισσα p. 209. quorum postremam partem ad Corybantes pertinere nomina ipsa *Κορυβάντιον* et *Κορύβισσα* declarant, sive illos librarii transiluerunt, quorum plura in hoc toto loco apparent negligentiae vestigia[i], sive Strabo ipse cum Cabirorum nomine comprehendit. Hujus autem cum primo in orationem rectam ingressu ducum, quos sequutus est, signa evanescunt nec quid veteres historici prodiderint, accurate dignoscitur. A Vulcano et Proteo cur repetatur Cabirorum genus

[h] Hic igitur nymphas illas Cabirorum sorores dicit, Acusilaus filias. Pro *Καβείρης* aut *Καβειροῦς* scribendum aut, quod minus placet, *Καβείρας*.

[i] P. 204. verba ἄλλοι δὲ τοῦ Διὸς καὶ Καλλιόπης desunt in codd. Paris. Ex alio loco *Σελ.* 268. 14. excidisse ea quae Stephanus affert, Coraius adnotat *Σημ.* p. 219. atque haud scio an quae idem Stephanus s. *Καβειρία* promit *Εἰσὶ δὲ καὶ Νύμφαι Καβειρίδες ἀπὸ Καβειροῦς τῆς Πρωτέως καὶ Ἀγχινόης, ἀφ' ἧς καὶ Ἡφαίστου Καδμῖλος*, apud Strabonem legerit. Nomen mendosum Ἀχιρόη, quo Sithonis mater, Protei vel Nili filia insignitur Schol. Lyc. 583. eodem pertinere videtur.

Digitized by Google

causa aperta est, quoniam alter in Lemno officinam habuit, alter vicinam Pallenen accoluit; antiquis autem Genealogis usitatissimum fuit deorum ignobiliorum heroumque parentes, affines, posteros a proximis denominare locis. Summa vero omnium, quae Aeschylus et Logographi nunciant, huc redit, Cabiros aut Protei aut Vulcani filios incertum an nepotes certe in iisdem locis geniorum municipalium ritu cultos longeque infra magnorum deorum dignitatem constitutos fuisse, quod ostendit eorum ortus humilis et cum Argonautis ludicra conversatio. Denique si antiqui illi scriptores Cabirorum nomine, ut Welckero videtur, duo augustissima numina significassent, non potuisset Strabo iterum iterumque Curetes, Dactylos, Corybantes et Cabiros componere tanquam sacrorum divinorum administros (*τοὺς προπόλους καὶ χορευτὰς καὶ θεραπευτὰς τῶν ἱερῶν ἐκάλουν Καβείρους καὶ Κορύβαντας καὶ Τιτύρους* p. 187.) eamque opinionem non sibi singularem sed multis communem esse profitetur: *τῶν μὲν τοὺς αὐτοὺς ἀποφαινόντων, τῶν δὲ συγγενεῖς ἀλλήλων, ὡς δὴ* [k] *ἅπαντας ἐνθουσιαστικούς τινας (ὄντας) καὶ βακχικοὺς καὶ ἐνοπλίῳ κινήσει μετὰ θορύβου καὶ ψόφου κυμβάλων καὶ τυμπάνων ἐκπλήττοντας, ὥστε καὶ τὰ ἱερὰ τρόπον τινὰ κοινοποιεῖσθαι ταὐτά τε καὶ τὰ τῶν Σαμοθρᾳκῶν καὶ τὰ ἐν Λήμνῳ καὶ ἄλλα πλείω διὰ τὸ τοὺς προπόλους λέγεσθαι*

[k] Libri omnes *ὡς δέ*, quod in *ὥστε* mutarunt parum attenti infinitivum deesse qui illud *ὥστε* sequatur; nam verbum *κοινοποιεῖσθαι* tantummodo cum nomine *ἱερά* conjungi potest.

Digitized by Google

τοὺς αὐτούς p. 151. His testimoniis utor ad duas res; primum ut appareat vetustissimos auctores Cabiris neque nomen magnorum deorum neque majestatem tribuisse, deinde ad refellendam eorum opinionem, qui Cabiros Lemnios a Samothraciis prorsus diversos fuisse statuerunt; cujus distinctionis apud nostros auctores nulla fuit suspicio ac ne conjecturâ quidem probabile est vicinarum insularum incolas congeneres sub iisdem nominibus diversa coluisse numina. Id nunc praetermitto alio aptiore loco ex integro resumturus.

§. 4.

Herodoti duo sunt loci, qui ad hanc quaestionem pertinent, unus L. III. 37. ubi Cabiros Memphi cultos Vulcani filios perhiberi prodit convenienter Pherecydi, eorumque simulacra Pataecis Phoenicum navalibus simillima esse, hoc est cubitalia. Quum vero idem II. 50. Dioscuros Aegyptiis notos fuisse neget, planissime patet, hos deos illis temporibus nondum in unius numinis naturam coaluisse. Altero loco II. 51. quum docuisset Hermarum phallicorum usum Athenienses a Pelasgis accepisse, addit hoc in paucis memoratu dignum: ὅστις τὰ Καβείρων ὄργια μεμύηται οἶδε τὸ λέγω. Τὴν γὰρ Σαμοθρηίκην οἴκεον πρότερον Πελασγοὶ καὶ παρὰ τούτων Σαμοθρήικες τὰ ὄργια παραλαμβάνουσι· οἱ δὲ Πελασγοὶ ἱρόν τινα λόγον περὶ αὐτοῦ (Ἑρμοῦ) ἔλεξαν, τὰ ἐν τοῖσι ἐν

Digitized by Google

Σαμοθρηίκῃ μυστηρίοισι δεδήλωται. unde primum Mercurii cum Cabiriacis mysteriis implicatio patescit, mox clarius emersura. Ille autem *ἱερὸς λόγος*, ad Hermarum mutoniatorum interpretationem inventus idem esse videtur, quem Cicero attingit N. D. III. 22. Mercurius unus Coelo patre Die matre natus, cujus obscenius excitata natura dicitur, quod adspectu Proserpinae commotus sit; de quo plura collegit Burmannus ad Propert. II. 2. 11.

Mercurio et sanctis fertur Boebeidis undis
virgineum Brimo composuisse femur.

ubi quum codd. Bobeidos exhibeant, fors tulit ut Critici non Bolbes sed Boebes[l] nomen praeferrent, ad rem utique aptius. Vix enim dubitari potest quin Brimus vocabulo dea demonstretur Pheraea Boebeidi vicina eademque ab Atheniensibus, Sicyoniis et Argivis culta, quam alii Proserpinam interpretantur, alii Hecaten aut Dianam. v. Spanhem. ad Call. H. in Dian. 259.[m]. Utriusque autem deae sive potius ejus numinis, quod utrique simillimum habebatur, religionem his locis, ubi Cabirorum sacra constituta erant,

[l] Pro Phoebes Ovid. Met. VII. 231. reponunt Boebes, quod idem fortasse nomen est sed Macedonicum ut *Βλίππος*, *Βοεβνίκη*. *Φοιβαία λίμνη* ad templum Dianae Saroniae Paus. II. 34. De hoc deorum inferorum commercio plures fabulae vulgatae; cum Daera, quam eandem Proserpinam putant, Mercurius Cerycem progenuit, quo Zoega de Obelisc. p. 219. nescio quas lunae defectiones significari conjicit; cum Hecate tres filias Schol. Lyc. 680. cum Larunda Lares Ovid. Fast. II. 613.

[m] Mulierem taediferam in numis Pheraeorum Eckhelius Doctr. T. II. 147. Cererem esse putat, quae in vicino Pheris Dotio consecratum a Pelasgis lucum habuit.

Digitized by Google

invaluisse reperimus. Dianam Lemniam commemorat Galenus De medic. simpl. L. IX. 2. 246. T. XIII. Chart. ἥν τινες σφραγῖδα Λημνίαν ὀνομάζουσι διὰ τὴν ἐπιβαλλομένην αὐτῇ σφραγῖδα τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὰν· ταύτην γὰρ γῆν ἡ ἱέρεια λαμβάνουσα μετά τινος ἐπιχωρίου τιμῆς οὐ ζώων θυομένων ἀλλὰ πυρῶν καὶ κριθῶν ἀντιδιδομένων τῷ χωρίῳ κομίζει εἰς τὴν πόλιν [n]. Notius est Dianae simulacrum, quod Tyrrheni Brauronе raptum in Lemnum abduxerunt Plutarch. Virt. Mul. c. IX. Quaest. Gr. c. XXI. Stephanus Λῆμνος — ἀπὸ τῆς μεγάλης λεγομένης θεοῦ ἣν Λῆμνόν φασι[o]· ταύτῃ δὲ καὶ παρθένους ἔθυον· ᾠκίσθη δὲ πρῶτον ὑπὸ Θρᾳκῶν, οἳ Σίντιες ἐκαλοῦντο· οἱ δ' αὐτοὶ οὗτοι καὶ Σαπαῖοι, quos nonnulli a Saiis Sami conditoribus nihil diversos crediderunt. Stephano jam olim adjunxi Ovidii testimonium Fast. I. 389. exta canum vidi Triviae libare Sapaeos et quicunque tuas, accolit, Haeme, nives, Hesychiique glossam Μεγάλη θεὸς Ἀριστοφάνης ἔφη τὴν Βένδιν· Θρᾳκία γὰρ ἡ θεός, quibus Photius addit, quod imprimis notabile, fabulae Aristophaneae nomen ἐν Λημνίαις. Hujus fabulae superest Fragm. XII. τὴν κρατίστην δαίμον' ἧς νῦν θερμός ἐσθ' ὁ βωμός, quod de dea Lemnia dictum videtur, et Fr. XV. ὅτι αἱ ἀρκτευόμεναι παρθένοι ἄρκτοι καλοῦνται. idque ipsum Brauroniam Dia-

[n] Schol. Venet. II. 723. narrat Vulcani sacerdotes Lemnios τοὺς ὀφιοδήκτους sanare.

[o] Num ex Λᾶ Μᾶ i. e. μεγάλη μήτηρ contractum putavit? Certe non verecundius Etym. M. et Gud. Λῆμνος pro λάϋπνος dictum volunt.

Digitized by Google

nam nobis in memoriam redigit, quae olim virginum sanguine placata dicitur. Sed ad Hecaten animum revocat Alcon Cabirus Lemnius ap. Nonnum L. XXX. 45. Ἑκάτης θιασώδεα πυρσὸν ἑλίσσων, quam deam idem poeta Samothraciae inserit L. IV. 255. ubi Harmoniam inducit patriae vale dicentem his verbis: οὐκέτι λεύσσω μητρώης Ἑκάτης νυχίην θιασώδεα πεύκην· et hoc gravior Lycophro, apud quem v. 77. Dardanus ingruente cataclysmo ἐνήξατο Ζήρυνθον ἄντρον τῆς κυνοσφαγοῦς θεᾶς λιπών. Haec nisi omnia temere et oscitanter conficta sunt, statuamus necesse est, Samothraces Lemniosque deam quandam coluisse Hecatae atque Dianae (ea namque Bendis putatur) similem neque diversam a Proserpina, cujus cum Mercurio furtiva commercia in mysteriis Cabiriis enarrata esse ex Herodoti verbis collegimus.

§. 5.

Herodoti temporibus subjunctus est Stesimbrotus Thasius, qui de Cabiris aliqua prodidit a Strabone cum obscura brevitate regesta: Ἔτι δὲ Κρόνου τινὲς τοὺς Κορύβαντας, οἱ δὲ τοῦ Διὸς καὶ Καλλιόπης φασὶ τοὺς αὐτοὺς τοῖς Καβείροις ὄντας, ἀπελθεῖν δὲ τούτους εἰς Σαμοθράκην, τὰς δὲ πράξεις αὐτῶν μυστικὰς εἶναι. Ταῦτα δ' οὐκ ἀποδεξάμενος ὁ Σκήψιος ὁ τοὺς μύθους τούτους συναγαγὼν, ὡς μηδενὸς ἐν Σαμοθράκῃ μυστικοῦ λόγου περὶ Καβείρων λεγομένου, παρατίθησιν

Digitized by Google

ὁμοίως καὶ Στησιμβρότου δόξαν ὡς τὰ ἐν Σαμοθρᾴκῃ ἱερὰ τοῖς Καβείροις ἐπετελεῖτο· καλεῖσθαι δέ φησιν αὐτοὺς ἐκεῖνος ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ ἐν Βερεκυντίᾳ Καβείρου [p], quorum haec, ut conjicio, sententia est: Nonnulli Corybantes (incertum omnes an duntaxat aliquos) in Samothraciam abiisse memorant et esse eosdem qui in hac insula Cabiri nominentur, sed, quia Corybantum Phrygiorum vel Cretensium πράξεις, hoc est opera et ministeria omnium sermone celebrantur, de Samothraciis autem Corybantibus nihil innotuit, dicere coacti sunt τὰς πράξεις αὐτῶν μυστικὰς εἶναι. Id autem impugnat Demetrius, in mysteriis nihil de Cabirorum rebus gestis tradi, neque ut Rheam comitati sint, neque ut Jovem Bacchumque educaverint, ideoque nullam causam esse cur Cabiri iidem Corybantes esse credantur. Muelleri conjectura [q] pro μηδενὸς μυστικοῦ λόγου περὶ Καβείρων λεγομένου substituentis περὶ Κουρήτων, non solum justo audacior sed etiam a Demetrii argumentatione, quae tota in Curetum Corybantumve et Cabirorum distinctione versatur, aliena videtur; nam quod sequitur οἱ δ' Ἑκάτης προπόλους νομίζουσι τοὺς Κουρῆτας τοὺς αὐτοὺς τοῖς Κορύβασιν ὄντας, id Strabonis additamentum est, quo

[p] Mons ignotus, Berecyntiae nomen, quod licenter toti Phrygiae tribuitur, ambiguum, gens Berecyntum diu ante Strabonem abolita v. L. XII. fin. ubi Aeschylum docet Troadem una cum tractu Berecynthio Tantali regno contribuisse Fragm. Niob. CXLIII. (ibi dudum correximus πᾶν δ' ὀρεχθεῖ δάπεδον) Νομὸς Βερεκύνθιος Callim. H. in Dian. 246. haud dubie Cariae est, vicinus Nysae et Trallibus. Sed Servius Aen. VI. 785. Berecynthum castellum Phrygiae juxta Sangarium, ubi mater deum colitur.

[q] Prolegg. z. Myth. p. 150.

Digitized by Google

inchoatum de Curetibus sermonem absolvit. Nihilo magis probo quod alii subsequentia verba *παρατίθησιν ὁμοίως καὶ Στησιμβρότου* sollicitant *ὅμως* praeoptantes; nam illud *ὁμοίως* refertur ad praecedentia *ὁ τοὺς μύθους συναγαγὼν τούτους*, totumque enuntiatum hoc valet: Demetrius ut cetera, quae huc pertinent, ita etiam Stesimbroti sententiam commemorat sacra Samothracia Cabirorum in honorem instituta esse; quae Stesimbroti *δόξα* fuit. Hinc perspicuum fit non idem omnes sensisse; dissentientium vero non alia opinio esse potuit, quam ea sacra quae *ἱερὰ Καβείρων* dicantur, hoc nomen habere quia a Cabiris condita et administrata fuerint, non quia Cabirorum causa fiant. Ea sine controversia Strabonis opinio fuit omniumque qui Cabiros divinarum cerimoniarum administros fuisse statuerunt, Corybantum, Dactylorum Curetumque similes, hoc est deorum majorum paredros. Stesimbrotus vero contrarium decernit eos esse deos sacrorum principes praesidesque. Unde intelligi oportet, eum Cabiros nequaquam in numero daemonum terrestrium et gregariorum duxisse sed deorum consentium ordini adscriptos putasse, sive ille Mercurium Proserpinamque animo complexus est, quorum obscura indicia ex Herodoto gliscunt, sive alios coelicolarum, qui in progressu sermonis e penetralibus evocabuntur.

Digitized by Google

§. 6.

Scriptores attici, qui circa ea tempora claruerunt, de Cabiris nihil, quod magnopere juvet, nobis offerunt, sed deorum Samothraciorum mysteria ad tutandam vitam initiatorum efficacissima esse consentiunt. Aristophanes Pac. 278.

> Ἀλλ' εἴτις ὑμῶν ἐν Σαμοθρᾴκῃ τυγχάνει
> μεμνημένος, νῦν ἐστιν εὔξασθαι καλόν.

quae est quiritatio hominis non naufragium sed praepotentem adversarium extimescentis. Eaque in posterum obtinuit deos illos terra marique periclitantibus auxiliari. Etym. Gud. p. 289. Κάβειροι — δαίμονες ὧν οἱ μεμυημένοι τὰ μυστήρια ἐν καιρῷ ἀνάγκης εἰσακούονται. Diodor. V. 49. mysteriorum Samothraciorum origine exposita, διαβεβόηται, inquit, ἡ τῶν θεῶν βοήθεια τοῖς ἐπικαλουμένοις. Aelianus Fragm. p. 320. ἐν ἀκμῇ τοῦ κακοῦ μνήμη τις εἰσῆλθε τῶν Σαμοθρᾳκῶν· καὶ γὰρ οὖν τετελεσμένῳ αὐτοῖς ἦστην. eademque ellipsi usus Diodorus IV. 43. Orpheum narrat solum Argonautarum initiatum ποιήσασθαι τοῖς Σαμόθρᾳξι τὰς ὑπὲρ τῆς σωτηρίας εὐχάς et in universum τοὺς χειμαζομένους τῶν πλεόντων εὐχὰς τίθεσθαι τοῖς Σαμοθρᾳξί [r]. In Callimachi Ep. XXVI. aliquis votum solvens θῆκε θεοῖς Σαμοθρᾳξί. In Luciani Ep. XV. naufragus comas dedicat Glauco, Nereo, Melicertae, Neptuno καὶ

[r] Sic oxytonôs, ut Ἀρίσταρχος Σαμοθρᾴξ Suid. etc. Alii retrahunt accentum.

Digitized by Google

Σαμόθρᾳξι θεοῖς. Pompilum piscem sacrum esse Neptuno et *τοῖς τὴν Σαμοθράκην κατέχουσι θεοῖς* testis est Athen. VII. 283. A. Quos locos eo potissimum consilio huc confero ut pateat plerosque scriptorum illos nautarum conservatores deos Samothraces appellare, non Cabiros, quo nomine utitur Plutarchus in V. Marcell. XXX. ubi Marcelli quaedam donaria dedicata esse scribit *παρὰ τοῖς θεοῖς οὓς Καβείρους καλοῦσι.* et scriptor ignotus (Aelianus fortasse) apud Suidan s. *Διαλάμβανει — δεῖται τῶν Καβείρων τιμωρῆσαι αὐτῇ καὶ μετελθεῖν τὸν ἐπίορκον,* quae de perjuro quodam dicta videntur, qui interposito Cabirorum numine fidem suam puellae obstrinxisset. Juvenal. III. 144. jures licet et Samothracum et nostrorum aras. Et apud has sponsalia quoque facta esse colligitur ex Himer. Or. I. 12. 346. *Ὀλυμπιάδα λέγεται ὀργιάζουσαν τὰ Καβείρων ἐν Σαμοθράκῃ μυστήρια ἰδεῖν κατὰ τὴν τελετὴν τὸν Φίλιππον καὶ ἐρασθῆναι καὶ ὁμολογῆσαι τὸν γάμον. πρατέλεια ποιησαμένην τοῦ γαμηλίου πυρὸς τὰ μυστήρια.* cf. Plut. V. Alex. c. II. Sed quinam illi dii fuerint, adhuc non est exploratum, neque ex nomine aut ortu aut munere eorum conjectare possumus; nam nominis origo incertissima est, ortus varie traditur, munus autem periclitantes servandi plurimis deorum commune. Neque his nodis nos exsolvit Athenio novae sententiae auctor. Schol. Apoll. I. 913. *Ἀθηνίων φησὶ δύο εἶναι τοὺς Καβείρους γεγονότας υἱοὺς τοῦ Διὸς καὶ*

Digitized by Google

Ἠλέκτρας, Δάρδανον καὶ Ἰασίωνα, Καβείρους δὲ ὀνομασθῆναι ἀπὸ Καβείρου ὄρους ἐν Φρυγίᾳ, ὅθεν εἰς Σαμοθράκην μετηνέχθησαν. quorum nihil satis expeditum est. Athenionis Comici fabulam Σαμόθρᾳκες inscriptam memorat Athenaeus XIV. 661. A. unde illud testimonium depromtum esse satis speciosa videtur conjectura. Sed moram injicit Herodianus π. Μον. p. 10. ubi profertur nescio qui Ἀθηναχῶν (sic) ὁ τὰ Σαμοθρᾴκια. et, si verum fateri volumus, tota ista adnotatio cathedrae quam scenae propior videtur. Deinde intelligi quidem potest cur ii, qui Cabirorum nomine sacrorum Samothraciorum conditores denotari existimarunt, Dardanum et Iasionem huc retulerint, sed quod hi e Phrygia in Samothracen transmigrasse dicuntur, reclamat tota antiquitas. Hoc tamen facile solvitur si postremam Scholii partem Καβείρους δὲ ὀνομασθῆναι etc. ab Athenione ad alios transferamus, qui Cabirorum genus et ortum diversum tradiderunt; quae conjectura firmatur Strabonis auctoritate eandem, quae hic Athenioni adscribitur, sententiam et eadem verba Stesimbroto assignantis. Ad postremum ipsa lectio anceps et controversa est; nam in Schol. vet. hoc dicitur Ἀθηνίων φησὶν ὅτι Διὸς καὶ Ἠλέκτρας ἐγένετο Ἰασίων καὶ Δάρδανος. Κάβειροι δὲ δοκοῦσι προσηγορεῦσθαι ἀπὸ Καβείρων τῶν κατὰ Φρυγίαν ὀρῶν. quo fratribus illis Cabirorum nomen aufertur.

Digitized by Google

§. 7.

De universis quae hactenus exposuimus, valet illud quod de coenulis paupertinis dici solet, *χείλεα μέν τ' ἐδίην', ὑπερώην δ' οὐκ ἐδίηνε.* Sed liberalius nos tractant docti Alexandrini. Schol. Paris. ad Apoll. l. c. *οἷς δὲ μυοῦνται ἐν Σαμοθρᾴκῃ Καβείρους εἶναί φησι Μνασέας τρεῖς ὄντας τὸν ἀριθμὸν, Ἄξιερον, Ἀξιόκερσαν, Ἀξιόκερσον. Ἄξιερον μὲν εἶναι τὴν Δήμητραν, Ἀξιόκερσαν δὲ τὴν Περσεφόνην, Ἀξιόκερσον δὲ τὸν Ἅιδην. Οἱ δὲ προστιθέασι καὶ τέταρτον Κασμῖλον· ἔστι δὲ οὗτος ὁ Ἑρμῆς ὡς ἱστορεῖ Διονυσόδωρος.* Schol. Vet. *μυοῦνται — τοῖς Καβείροις, ὧν Μνασέας φησὶ καὶ τὰ ὀνόματα· τέσσαρες δ' εἰσὶν, Ἄξιέρος, Ἀξιόκερσα, Ἀξιόκερσος — ὁ δὲ προστιθέμενος τέταρτος Κάσμιλος* (sic) etc. quae ut pleraque Scholiastarum effata propter brevitatem ambigua sunt; sed videtur hoc dici, Trium Cabirorum nomina vulgasse Mnaseam; ab aliis autem quatuor numerari; quartum Casmilum, quem Dionysodoro [s] judice Mercurium esse. Hi igitur Stesimbroto adstipulantur, Cabirorum nomine deos significari majores eorumque numerum et genus, a nullo priorum testium definitum, clare indicant. Ac Mercurii mentionem jam Herodotus injecit a Proserpina, ut diximus, non sejunctam; hanc cum matre in Samothracia coli Artemidorus testatur

[s] Aristarcheus ille significari videtur, de quo v. Reines. ad Suid. p. 72.

Digitized by Google

ap. Strab. L. IV. 4. 198. φησὶν εἶναι νῆσον πρὸς τῇ Βρεττανικῇ καθ' ἣν ὁμοῖα τοῖς ἐν Σαμοθράκῃ περὶ τὴν Δήμητραν καὶ τὴν Κόρην ἱεροποιεῖται. ejusque deae nomen accepit portus in promontorio Samothraciae Demetrium dictus Liv. XLV. 6. Sed circumspiciamus annon altius ascendi possit. Dardanum et Iasionem Athenio ille aut Cabiros aut certe Cabirorum cultores dixit; illum auctores, quos Dionysius adhibet, τὰ ἱερὰ τῶν μεγάλων θεῶν ex Arcadia ad Samothraces attulisse affirmant (v. §. 1.) de eodem Mnaseas narrat ὅτι ἐξιὼν ἐκ τοῦ νεὼ τῆς Ἀθηνᾶς τὸ Παλλάδιον ἀράμενος ἀφίκετο εἰς Σαμοθράκην μετὰ Ἁρμονίας καὶ Ἰασίωνος τῶν ἀδελφῶν κἀκεῖ διάγοντα Κάδμος ἐφιλοποιήσατο καὶ ἀποστέλλει πρὸς Τεῦκρον etc.[ss] Arrianus, qui ipse Dardanum e Samothracia trajecisse dicit Eust. p. 351. 30. de fratre ejus hoc addit p. 1528. 12. ὅτι Ἰασίων ἐκ Δήμητρος καὶ Κόρης κάτοχος γενόμενος εἴς τε Σικελίαν ἦλθε καὶ ἐπὶ πολλὴν ἄλλην γῆν ἐπλανήθη, τὰ ἐκείνης ὄργια δεικνύων, eoque famam concubitus deae cum adolescentulo ortam, unde Parium natum dicti Parii conditorem. Eundemque in Samothracia vixisse affirmat haud paullo antiquior scriptor ap. Dionys. I. 61. Ἴασος ἐν τῇ νήσῳ κεραυνῷ πληγεὶς

[ss] Apud Steph. s. Δάρδανος, Quod sequitur ὁ Κάδμος ἀποστέλλει τὸν Δάρδανον εἰς τὴν Ἀσίαν πρὸς Τεῦκρον τὸν Τρῶα, ὁ δὲ Τρὼς (scr. Τεύκρος) ἀναγνωρίσας τὸν Δάρδανον ostendit Cadmum Samothraciae regem, Dardanum ex Asia vel Creta oriundum. Posterius confirmant Servius Aen. III. 167. alii Dardanum Cretensem alii circa Trojam et Idam natum. et Arrianus qui Harmoniam, Dardani sororem, Asianam dicit Eustath. ad Dion. 391. Idem Homerus sensisse videtur.

Digitized by Google

τελευτᾷ Δήμητρος εὑρὴν ὀργιαζόμενος οἱ ἔμεινε, quae ex Cephalionis Troicis sumta esse suspicor pariter ut illa quae Stephanus s. Ἀρίσβη Cephalonem de Dardani e Samothracia transmigratione dixisse refert [t]. Postremo illi qui Parii conditorem Iasioni inscripserunt patri, meminerant forsitan Cereris orgia jam ante Ol. XV. in insula Paro viguisse Paus. X. 28. hanc autem primum Cretenses tum Arcades colonos habuisse v. Tzschuck. ad Mel. Vol. III. P. III. 765. Beck. Anleit. z. Weltgesch. T. I. 1. p. 890. et nomen Cabarnis a Cabarno acceptum, qui Cereri de rapta filia indicium fecerat v. Ruhnken. ad H. in Cer. v. 496. Schellenberg. ad Antimach. p. 82. unde libera logographis optio sive e Creta Iasionem repetere vellent sive e Parrhasia Arcadiae. Hi igitur omnes magis minusve ad eorum partes inclinant, qui Samothracia sacra Cereri instituta esse volunt. Sed est alia secta quae pro Rhea pugnat. Diodorus Iasionem ait τὴν τῶν μυστηρίων τελετὴν a Jove acceptam instituisse sive potius rem vetustate obliteratam renovasse V. 48. sed c. 51. contrarium ac paullo ante decernit, quum Harmonia Iasionis soror Cadmo nuberet,

[t] Kannius ad Con. p. 108. Hellanicum dicit Dardani patriam perhibuisse Arcadiam; Eustathius, quem antestatur, de hoc nihil memorat, sed τὸν Ἰασίωνα ἡ κατὰ τὸν Ἑλλάνικον ἱστορία ἔχει Κρῆτα τὸ γένος, Διὸς υἱὸν καὶ Ἡμέρας p. 1528. 6. ubi Ἡλέκτρας corrigit Sturzius Fragm. C. p. 127. quanquam illud Eudocia tuetur p. 196. neque probari potest Hellanico Iasionem Cretensem, quem Schol. Theocr. III. 50. Minoe natum dicit, eundem creditum esse Dardani fratrem. Is potius Dardani et Harmoniae fratrem Eetionem dixisse videtur Electrae filium in Samothracia natum v. Fragm. LXXI. et XXIV. Emathionem hunc vocat Nonnus III. 194. sq. Sed alii sane Dardanum ipsum Iasionis causa Cretensem faciunt.

Digitized by Google

matrem ejus Electram τὰ τῆς μεγάλης μητρὸς τῶν θεῶν ἱερὰ δωρήσασθαι, eaque a Corybante in Phrygiam traducta esse; unde apparet eum sacra Phrygia et Samothracia eodem loco habuisse. Similiter Strabo in Exc. L. VII. 24. 492. τὴν Σαμοθράκην Ἰασίωνος ὁ Δάρδανος ἀπάρας ἐκ Σαμοθράκης ᾤκισε Δαρδανίαν καὶ ἐδίδαξε τοὺς Τρῶας τὰ ἐν Σαμοθράκῃ μυστήρια. Nec minus affirmate Lucianus Dea Syr. XV. 97. T. 9. Ἄττης μένος Λυδὸς μὲν ἦν, πρῶτος δὲ ὄργια τὰ ἐς Ῥέην ἐδιδάξατο· καὶ τὰ Φρύγες καὶ Λυδοὶ καὶ Σαμόθρᾳκες ἐπιτελέουσι, Ἄττεω πάντα ἐμαθον. Schol. Aristid. p. 106. Σαμόθρᾳκες μικτὸν γένος ἀπὸ Σαμίων καὶ Θρᾳκῶν — οὗτοι μυστήρια ἔσχον φοβερὰ τῆς Ῥέας. Lex. Coisl. p. 289. et Etym. Gud. p. 289. Κάβειροι δαίμονες περὶ τὴν Ῥέαν οἰκοῦντες τὴν Σαμοθράκην. Utri igitur causam adjudicemus, Rheae an Cereri? Illi oblique patrocinatur Pherecydes Corybantes, comites Cybelae perpetuos, Samothraciam incoluisse dicens, et apertius Stesimbrotus, quum Cabiros a Cabiro Berecyntiae monte illuc transgressos refert (v. §. 5.) neque non veri simile est in Samothraciam, quae et Dardaniae nomen et Trojanos incolas habuisse dicitur[v] deae Phrygiae sacra recepta fuisse. Postremo omnes qui Dardanum sacrorum Phrygiorum conditorem perhibent (v. §. 1. not. **). Sed Cereri adsunt Mnaseas atque Artemidorus, quorum hic rem strictim attigit, ille autem accurate

[v] V. Steph. s. v. Plin. IV. 23. Scymnus v. 678.

Digitized by Google

inquisivisse videtur, nec deest Herodotus in ipsis mysteriis nescio quid de Mercurio tradi referens; nam is deus a Phrygiis sacris alienus Proserpinae vero conjunctissimus est. Haec sane erit longi subsellii deliberatio, si litigatores illi summo jure contendere obstinent. Sed fortasse ad pactionem descendere malent. Etenim Rhea atque Ceres, quanquam altera mater erat, altera filia, tamen tam multa inter se communia habuerunt ut Graeci, parva curare nescii, deabus matronis, praesertim peregrinis, modo hoc modo illud nomen communicarent; quo exemplo Euripides in illustri carmine Hel. 1304. Cereris de rapta filiae moerorem et placationem sic enarrat, ut huic deae non solum nomen μήτηρ ὀρεία, quod Cybelae proprium est, sed etiam crepitacula bacchica [x] et

[x] Cereris teletas tympanis et cymbalis personare exemplo deae filiam quaerentis, ipsamque ob id a Pindaro χαλκόκροτον dici Isthm. VIII. 3. Scholiastae affirmant; quibus Lampius de Cymb. II. 5. adjungit Velleji testimonium I. 4. Cerealibus sacris aeris sonum cieri. Quin Vossius ad H. H. in Cer. p. 21. illud in Eleusiniis factum esse putat in Phrygiorum similitudinem corruptis, motus fortasse auctoritate Schol. Arist. Ach. 716. Cererem Achaeam cognominatam esse ἀπὸ τοῦ ἤχου ὃν παρεῖχον ἐν τοῖς περὶ τὴν Γέφυραν εἰς Ἀθήνας ἀπιοῦσιν, ubi pontis sacri mentio suspicionem praebet excidisse ἐν τοῖς Ἐλευσινίοις τοῖς — ἀνιοῦσι vel plura, sed de tympanis et cymbalis hic nihil dicitur, ac fieri potest ut nihil aliud significetur quam quod Apollodorus tradit Fragm. p. 402. Hierophantam τῆς Κόρης ἐπικαλουμένης ἐπικρούειν τὸ λεγόμενον ἠχεῖον· unde non sequitur mystas Eleusinios tympana et cymbala gestasse. Et ut demus Gephyrenses, qui olim aeris Cerealis sono in Atticam deducti sunt v. Schol. Farnes. in Stob. Ecl. Ph. T. III. p. 461. pontem sacrum accoluisse, tamen ad Eleusinia nihil hinc redundat; nam Cereris Gephyraeae sive Achaeae sacra Gephyraeis gentilia erant neque cum Atheniensibus communia. Nomen ipsum Ἀχαΐα s. Ἀχαιά, cujus prima syllaba brevis, ab ἦχος ductum non esse jam veteres docuerunt v. Anecd. Bekk. p. 474. plerique a moerore repetunt, unde eadem Ἀχθεία dicta est μυστικῶς, ut Hesychio placet, et fortasse Ἀχερώ, quibus nominibus nescio an Ceres inferna significata sit, cui Feralia instituebantur cum aeris strepitu consueto Manium delenimento.

Digitized by Google

leones vectores tribuat cum summa religionum mysticarum praedicatione v. supr. L. II. 624. Ac Samothracia quoque sacra ritu fanatico celebrata esse infra ostendam §. 16. Quae similitudo, nisi fallor, veteres historicos et fortasse ipsos sacerdotes induxit ut deam Samothraciam, cujus cultus ab ultima antiquitate retentus, notitia obscurata erat, modo Rheam appellarent, modo Cererem. Huc accedebat communitas nominis et dignitatis; namque ambae deae cum familia sua vulgo θεοὶ μεγάλοι vocabantur, quod de Cerere Liberaque in priore volumine confirmatum est; de Cybele sufficit vel Polyaeni locus VII. 5. Μίδας προσποιησάμενος τελετὴν ποιεῖν τοῖς μεγάλοις θεοῖς νυκτὸς ἐξήγαγε τοὺς Φρύγας μετ' αὐλῶν καὶ τυμπάνων [†]. Atqui supra commemoravimus Lemni deam Thraciam sub nomine Magnae propitiatam esse eamque doctos Bendin interpretari et Cybelen; quod utrumque nomen etiam Veneri tribuitur. Hesychius Κυβήκη ἡ μήτηρ τῶν θεῶν καὶ ἡ Ἀφροδίτη. Κυβήκη καὶ Θρηίκη, Βένδιν, οἱ δὲ Ἄρτεμιν. Photius s. Κύβηβος· Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς τὴν Ἀφροδίτην ὑπὸ Φρυγῶν καὶ Λυδῶν Κυβήβην λέγεσθαι. Et hujus quoque deae si minus in insula Thracia at certe in continente reperiuntur vestigia. Venerem Zerynthiam i. e. Thraciam bis nominat Lycophro v. 449. et 958. eique fortasse antrum Zerynthium consecratum fuit, quod quum Scholiastae modo Rheae

[†] Arnobius II. 13. Mater magna, cujus conditor esse indicatur vel Midas vel Dardanus.

Digitized by Google

modo Hecatae vindicant, permittunt nobis Venerem Thraciam substituere, utrique similem [y]. Hinc se aperit infinita ad conjectandum regio, quam saltem e longinquo ostendam. Venerem Samothracae coli testatur Plinius V. §. 16. eam scilicet, quam Phoenices invexerant. Nam Thebis erant tria vetustissima Veneris signa, quae Harmonia e Cadmi navibus sumserat Paus. IX. 16. haec est e Pataecis concinnaverat, quos Phoenices navium proris imponere solebant Cabirorum simillimos Herod. III. 37. Hinc vero conjectura conjecturam sequitur, sicut vara vibiam. Cabiri enim vulgo dii magni vocantur, ipsumque nomen arabicum Cabir magnum valet et praecipue Veneri tribuitur, ut ostendit Gutberlethus c. I. e Catechesi Saracenorum haec afferens: *Ἀναθεμανίζω τοὺς προσκυνοῦντας τῷ Ἑωσφόρῳ καὶ τῇ Ἀφροδίτῃ, ἣν κατὰ τὴν Ἀράβων γλῶσσαν χάβαρ λέγουσιν, ὅπερ ἐστὶ μεγάλη*[z]. Hinc pau-

[y] Hesychius *Ζειρήνη ἡ Ἀφροδίτη ἐν Μακεδονίᾳ.* M. Crassus in expeditione Dacica antrum vastissimum *Κείρην* expugnavit, quo Getae confugerant, *οὕτω μέγιστον καὶ ἀχυρώτατον ὡς καὶ τοὺς Τιτᾶνας ἐς αὐτὸ μετὰ τὴν ἧτταν συγκαταφυγεῖν μυθεύεσθαι* Dio Cass. LI. 26. fortasse Gigantes significans, de quibus similem fabulam refert Stephanus s. *Ἀπάτουρος.*

[z] Haec et quae sequuntur, a Vossio sumsit Idol. II. 31. 467. qui quae ex Euthymii Zigabeni panoplia affert, eadem omnia leguntur apud Anonymum contra Muhammed quem Le Moyne edidit Varr. Sacr. p. 429. Constantini Porph. locum XIV. 68. addidit Tristanus Comm. p. 17. ad illustrandum Uraniae et Astartae nomen. His accedit Bartholomaei Edesseni Confutatio Hagareni p. 307. *Ὃν οἱ Ἄραβες δοκιμάζετε τὸ ἑωσφόρον ἄστρον, Ζεβὼ, Ἀφροδίτη, Κρόνον καὶ Χάμαρ λέγετε.* Schol. Gregor. Bodlej. p. 43. *ταύτην ἑορτὴν Ἕλληνες ἦγον ἐτήσιον ἑκπαλαι καθ' ἣν ἐτέχθη Χριστὸς ἡμέραν αὐξίφωτον καλοῦντες. Ἐτελοῦντο δὲ κατὰ τὸ μεσονύκτιον ἀδύτοις ὑπειςερχόμενοι, ὅθεν ἐξιόντες ἔκραζον Ἡ παρθένος τέτοκεν, αὔξει φῶς. Ταύτην, ὡς Ἐπιφάνιος γράφει, τὴν ἑορτὴν ἦγον καὶ Σαρακηνοὶ πά-*

Digitized by Google

cis gressibus illuc escendi poterit, unde prospectus est ad ultimam antiquitatis oram. Etenim Anna Alex. L. X. 284. D. hanc Cabiriam Venerem ipsam Astarten perhibet: *οἱ Σαραχηνοὶ τὴν Ἀστάρτην καὶ τὴν Ἀσταρὼθ προσκυνοῦσι καὶ τὴν χρυσῆν παρ' αὐτοῖς κόβαρ.* neque alia esse potest illa *Σελήνη Καβειρία*, quam P. Ligorius, certissimus testis, gemmae inscriptam vidit. Haec igitur est Samothracum dea magna, illa luciparens et omniparens regina coeli, cui primigeniae nationes ab ortu ad occasum supplicavere. Sed ocius vorsoriam capiamus, ne divinationis aestus ad eam nos devehat oram, quam somnia vulgo vana tenere ferunt. Rheam Cereremque de Samothraciae principatu inter se contendere demonstratum est; ceteras fabulas antiqui scriptores, prout quis in hanc vel illam pronior, diverse interpretantur. Rhea clientelae jure secum traxit Corybantes; Cereri Mnaseas addidit filiam et generum, Dionysodotus filiae reductorem Mercurium. Platonis nullum amplius in his regionibus vestigium apparet. Sed ad Mercurium ille forsitan pluribus indiciis deductus est; nam et mons Lemni nomen *Ἑρμαῖον* habebat Schol. Soph. Phil. 1452.

λαι τὴν παρ' αὐτοῖς σεβομένην Ἀφροδίτην, ἣν δὴ Χαβαρα (sic atonôs) *τῇ αὐτῶν προσαγορεύουσι γλώσσῃ.* Urbs Kebirè in Delta Niliaco sita ob magnitudinem hoc nomen accepisse dicitur v. Savary Zustand des alten und neuen Aegyptens T. I. p. 227. Sed haec omnia ad explicandam Cabirorum Samothraciorum et Phrygiorum notionem nihil conferunt, quoniam omnes dii magni dici possunt et multi ita dicti sunt, qui cum illis nullam similitudinem habent, neque si vox arabica aut samscritica Cabir magnum valet, ex hoc sequitur, deorum Samothraciorum nomen idem significare; nam in omnibus linguis versantur vocabula sono simillima, potestate longe diversa.

Digitized by Google

Aesch. Agam. 293. et Sami conditor Saon Mercurii filius dictus. v. Wessel. ad Diod. V. 48. postremo hunc deum Imbro asserit Stephanus Ἴμβρος ἱερὰ Καβείρων καὶ Ἑρμοῦ ὃν Ἴμβραμον λέγουσιν οἱ Κᾶρες. Quanquam de hoc magna dubitatio est Majaene filius sit an ille ab hoc longe diversus Cadmilus Cabirorum pater, quem Acusilaus memorat, de quo postea dicam; nam nondum omnium sententiarum varietatem explicuimus.

§. 8.

Apollonii Scholiasta postquam tres Mnaseae Cabiros enumeraverat et quartum Dionysodoti, addit οἱ δὲ δύο πρότερον εἶναι τοὺς Καβείρους Δία τε πρεσβύτερον καὶ Διόνυσον νεώτερον, qui aut deae Phrygiae alumnos intelligi voluerunt, deque Cabiris Phrygiis loquuti sunt, aut quid sibi voluerint omnino non excogito. Itaque his relictis ad eos transcendimus, qui omnia, de diis Samothraciis quae dicuntur, ad Dioscuros referunt. Sed hic aptissimum fuerit Hemsterhusii verba inserere in brevius contracta ad Lucian. DD. DD. XVIII. 1. p. 335. T. II. „Satis est exploratum „θεοὺς μεγάλους Samothracum diu ante quam „Tyndaridae nascerentur dictos fuisse Dioscuros. „Apud Philonem Byblium nascuntur ἐκ τοῦ Συ„δὺκ Διόσκουροι ἢ Κάβειροι ἢ Κορύβαντες ἢ Σα„μόθρᾳκες. et in pago Attico Cephalis iidem exi„mie culti, μεγάλους γὰρ σφᾶς οἱ ταύτῃ θεοὺς

Digitized by Google

„ὀνομάζουσι Paus. I. 31. Idem L. V. I. 5. Me„thapum testatur Atheniensem apud Thebanos „constituisse τῶν Καβείρων τὴν τελετήν. In Inscr. „Grut. p. 319. 2. Gajus Acharnensis memoratur „ἱερεὺς θεῶν μεγάλων Διοσκόρων Καβείρων. Unde „hic cultus ad Atticos pervenerit facile pervesti„gari potest si vera sunt quae scribit Herodotus, „Pelasgos Atheniensium olim inquilinos initia „deorum Samothracum instituisse primos, quae „sacra postea nescio quis error traduxit ad Tyn„daridas. Hos Samothraciae inserit Ovid. I. Trist. „X. 45. vos quoque Tyndaridae, quos „haec colit insula, fratres; et forte etiam „Plutarchus Aemil. c. XX. Περσεὺς διαφεύγων ἐπὶ „τοὺς Διοσκούρους ἱκέτευε. Neque hi Samothra„cia solum sed etiam coelo expulerunt Cabiros; „nam Geminorum signum, quod Onomacritus H. „Orph. XXXI. Nigidius in Schol. Germ. 147. et „Ampelius c. III. Cabiris assignant, Eratosthenes „et Caesar Germanicus Dioscuris tradunt, ut non „temere Sextus p. 558. pronunciaverit raptos ab „iis honores alienos.“ Errat Hemsterhusius sed ita ut viri accurate docti errare solent non sine magno ad veri cognitionem profectu et emolumento. Nam veteres illi Cabiri, quos Acusilaus, Pherecydes et Aeschylus producunt, Dioscurorum dissimillimi sunt natalibus, patria, numero et affinitate, et a scriptoribus demum multo inferioribus cum his confunduntur duas ob causas; primum quia terra marique periclitantibus succurrere credebantur, deinde quia ex hoc ipso com-

Digitized by Google

mune cum illis nomen *θεοὶ μεγάλοι* invenerant. Diodorus IV. 49. Argonautas in Samothracia *τοῖς μεγάλοις θεοῖς* vota reddidisse tradit, et eodem nomine Cephalenses et Clitorii Paus. VIII. 21. Dioscuros venerati sunt aliisque eandem ob causam *ἄνακτες* et *σωτῆρες* nuncupantur, propter praesentissimum auxilium. Schol. Arist. Plut. 438. *ἄνακτα ἰδίως τὸν Ἀπόλλωνα ὡς ἀλεξίκακον.* Schol. Eur. Hipp. 87. *ἄναξ κυρίως σωτήρ· τοὺς οὖν θεοὺς ἄνακτας καὶ σωτῆρας καλοῦμεν* [t]. Sed praecipue id nomen Tyndaridis tribuebatur, *οὓς πάντες σωτῆρας ὀνομάζουσι* Strab. V. 232. quosque primus, ut Aelianus fabulatur V. H. IV. c. 5. Menestheus *ἄνακτας καὶ σωτῆρας ὠνόμασε* cf. Wagner. ad Alciphr. III. 68. Itaque ubi terror ingruit, ubi res foeda et abominanda oculis animisve offertur, hos una cum ceteris malorum depulsoribus invocant: *ὦ Ἡράκλεις, ὦ Πᾶνες, ὦ Κορύβαντες, ὦ Διοσκόρω* Arist. Eccl. 1069. *ἀλεξίκακε Ἡράκλεις καὶ Ζεῦ ἀποτρόπαιε καὶ Διόσκουροι σωτῆρες* Lucian. Alex. §. 4. 66.[tt] et iidem significanter et proprie *ἀγαθοί* vocantur Arist. Lys. 1301. Eur. El. 994.[v] et salutares Schol. Germ. 147. et *παραστάται* in versu poetae ap.

[t] Biagi Monum. Graec. p. 165 sq.

[tt] Hesychius: *Τεράστιοι θεοί, ἐπὶ σημείων τεταγμένοι.* In Lucian. Dial. Deor. III. 1. *τεράστιον τοῦτο· τῷ τρόπῳ δ' ἐνηλλάγη;* quem locum attigit Jacobsius App. ad Pors. Adv. p. 286. restituendus est senarius *τέρας τι τοῦτο* — Heliodorus II. 5. 58. *ὦ δαίμονες τεράστιοι.*

[v] Sextus c. Ph. I. p. 571. *τοὺς Διοσκούρους ἀγαθούς τινας εἶναι δαίμονας.* Persarum genios Dews Hesychius interpretatur *θεοὺς ἀκάκους.*

Digitized by Google

Aelian. V. H. I. 30. *Διόσκουροι τοῖς δειλαίοις γενώμεθα σωτῆρες ἔνθα* (f. *εὐθύς*) *καὶ γαθοὶ παραστάται* [†]. Arrianus Epict. II. 18. 281. *ἐκεῖνον ἐπεκάλουν βοηθὸν καὶ παραστάτην ὡς τοὺς Διοσκούρους ἐν χειμῶνι οἱ πλέοντες.* Eosdem significare videtur Simplicius Phys. Ausc. L. II. 77. b. *ἐτίμων τοὺς παρὰ μικρὸν καλουμένους θεοὺς οἱ Λακεδαιμόνιοι ὡς σωτῆρας ὅτι τοὺς μέλλοντας κινδυνεύειν τὸ παρὰ μικρὸν τοῦ κινδυνεῦσαι διδόντες ἔσωζον* [x]. Haec igitur beneficentissima numina Doriensibus patria ab aliis etiam gentibus recepta et cum pluribus deorum tutelarium confusa sunt. Pausanias X. 33. 3. *χαραδραίοις ἡρώων καλουμένων εἰσὶν ἐν τῇ αἴθρᾳ βωμοὶ καὶ αὐτοὺς οἱ μὲν Διοσκούρων, οἱ δὲ ἐπιχωρίων εἶναί φασιν ἡρώων.* eandemque dubitationem esse dicit non solum de Brasiatarum statuis III. 24. *ἄκρα ἐστὶν ἐν ταῖς Βρασίαις καὶ ἐπ' αὐτῇ χαλκοῖ ποδιαίων ἑστήκασιν οὐ μείζονες πίλους ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς ἔχοντες, οὐκ οἶδα εἰ Διοσκούρους σφᾶς ἢ Κορύβαντας νομίζουσι· τρεῖς δ' οὖν εἰσὶ, τέταρτον δὲ Ἀθηνᾶς ἄγαλμα,* sed etiam de diis Amphissensium Cabirine sint an Dioscuri an Corybantes an Curetes. Verum hinc in aliam incidi-

[†] *Παραστάται καὶ σωτῆρες* Procop. Bell. Goth. IV. 19. 620. D.

[x] Galenus Defin. Med. p. 271. T. II. *παρωτίδες εἰσι παρὰ τοῖς ὠσὶν ἀποστήματα ἐπὶ πυρετοῖς γενόμενα τὰ πολλὰ τῶν πυρετῶν ἀπαλλάσσουσαι· ταῦτα Διοσκούρους ἐκάλεσαν.* Hinc sumsit Cassius Iatrosophista, cujus verba Meursius affert ad Hesych. de Illustr. p. 225. qui Byzantii templum Castorum memorat *ἐν ᾧ καὶ λύσις τῶν παθῶν τοῖς ἀνθρώποις ἐγένετο.*

Digitized by Google

mus quaestionem, quam singulatim expediam eodem duce Pausania.

§. 9.

Pausanias L. X. 38. *ἄγουσι δὲ καὶ τελετὴν οἱ Ἀμφισσεῖς Ἀνάκτων καλουμένων παίδων· οἵτινες δὲ θεῶν εἰσιν οἱ Ἄναχτες παῖδες οὐ κατὰ ταὐτά ἐστιν εἰρημένον ἀλλὰ οἱ μὲν εἶναι Διοσκούρους, οἱ δὲ Κούρητας, οἱ δὲ πλέον τι ἐπίστασθαι νομίζοντες* [a] *Καβείρους λέγουσι.* Hinc confirmatur illud quod paullo ante significavi, heroes salutares et beneficos, quorum aut nomen oblivione deletum aut ritus colendi in occulto esset, ancipiti interpretantium conjecturâ modo ad Cabiros, modo ad Dactylos Curetesque revocatos esse propter munerum officiorumque, quae praestarent hominibus, aequalitatem. Quod dico tale est. Quemadmodum hodie gens superstitioni obnoxia, adversa religioni, deum raro invocat, Sanctos saepissime, his se quisque in clientelam commendat, horum praesidio salvum se incolumemque fore credit, adaeque veteres pagani Coelicolas procul a se et difficiles aditu rati genus quoddam daemonum introduxerunt diis et hominibus interjectum ex eorum numero qui aliquando in terris vixissent, quos propter communitatem ortus commodis suis melius promtiusque inservituros crederent. Inter hos Herculem constat et

[a] Plutarch. V. Camill. c. XX. *οἱ προσποιούμενοι πλέον ἐπίστασθαί τι.* Hi sunt mythologiae et cujuscunque artis pestis.

Digitized by Google

Dioscuros principem obtinuisse locum, quorum numen cuncta adoravit Graecia; sed fuere praeterea multi municipales et vicani genii suis quique locis venerabiles, exteris ignoti eoque notitiae nostrae subtracti. Quo referri possunt quos Hesychius subnotavit: *Γαθριάδας ἥρως ὄνομα, ὃς τοὺς καταφεύγοντας εἰς αὐτὸν ῥύεται ἐκ θαλάσσης — Ἀλκεῖδαι θεοί τινες παρὰ Λακεδαιμονίοις,* quomodo Hercules quoque nominatus est *Ἀλκείδης* (Suid.) — *Δρωάδονες θεοὶ παρὰ Λακεδαιμονίοις τιμώμενοι* — quod nomen si a *δρίς* i. e. *ἰσχύς* ductum est, significantur *θεοὶ δυνατοί*, divi potes, hoc est dii conservatores. Et huic muneri praecipue apti credebantur superiorum deorum assessores et ministri, quos famulos divos nominatos putat Marinius ad Inscr. Arval. XXXII. p. 372. Festus p. 28. anculare ministrare, ex quo dii quoque ac deae feruntur coli, quibus nomina sunt anculi et anculae. Quippe tenuit opinio unumquemque coelestium suos habere satellites, eique numero plerumque ii adscripti qui quum viverent dei alicujus sacra curassent aut alioqui favorem demeruissent. Hoc jam videamus quid ad praesentem causam commodi afferat. Strabo p. 154. Curetes, Dactylos, Cabiros communiter vocat *δαίμονας ἢ προπόλους θεῶν*, quorum nominum prius naturam eorum divinae proximam declarat, alterum familiare est satellitibus deorum, qui vulgo *οἱ περὶ τὸν δεῖνα*[b] vocantur vel *πρόπολοι* Anecd. Bekk. p. 312.

[b] *Ἀδρεὺς δαίμων τις περὶ τὴν Δήμητρα ἀπὸ τῆς τῶν καρπῶν*

Digitized by Google

Ὑμέναιος πρόπολος Ἀφροδίτης. Ibid. p. 461. et Harpocr. Ἄττις παρὰ Φρυξὶ τιμᾶται ὡς πρόπολος τῆς μητρὸς τῶν θεῶν [c]. Curetes vero et Dactylos deorum paredros fuisse claris indiciis patet. De illis ignotus poeta ap. Stob. Ecl. I. p. 68. Κουρήτων οἱ ματρὶ Διὸς Ῥέῃ ἐντὶ πάρεδροι. Horum principes Apollonius ejusdem deae παρέδρους et μοιραγέτας vocat, non quod Jovis potentiam aequent, sed quia deorum assessores iidem hominum praesentes et praepotentes auxiliatores crediti sunt, fatorumque rectores vel, si quis mavult, subdirectores, quos Alciphro distinguere videtur I. Ep. 20. ἀλλ' ὦ μοιραῖοι θεοὶ καὶ μοιραγέται δαίμονες [d]. Etenim, ut Plato dicit, πᾶν τὸ δαιμόνιον μεταξύ ἐστι θεοῦ τε καὶ θνητοῦ διαπορθ-

ἀδρύνσεως Etym. M. s. v. Δαίμων τῶν ἀμφὶ Διόνυσον Ἄκρατος Paus. I. 2. Τύχων, δαίμων περὶ τὴν Ἀφροδίτην Etym. M. et Hesych. Γίγων δαίμων τις πριαπώδης περὶ τὴν Ἀφροδίτην Cyrill. ap. Albert. ad Hesych. s. v. Ὀρθάγης δαίμων πριαπώδης περὶ τὴν Ἀφροδίτην Tzetz. ad Lyc. 538. De Tychone plura collegit Brunckius, quae Jacobsius repetit ad Anth. T. VIII. 12. Ἀφρόδιτος ὁ Ἑρμαφρόδιτος· παραπλήσιοι δὲ τούτῳ ἄλλοι δαίμονες, Ὀρθάνης, Πρίαπος Anecd. Bekk. p. 472.

[c] Schol. Lyc. 143. Βάκχαι ἱεραὶ πρόπολοι Διονύσου. ubi codd. πρόςπολοι praebent, eademque diversitas lectionis in Strabonis libris v. Tzschuck. L. X. p. 156. Πίνδαρος Πιερίδων πρόπολος Plato Epigr. XXVIII. 108. Μουσῶν πρόπολος Ὀρφεύς Ep. Ἀδεσπ. CCCCLXXXIV. 221. Δήμητρος Ἀναξὼ πρόπολος Diotim. Ep. VI. cf. Interp. ad Arist. Plut. 670. cycni Apollinis πρόπολοι Themist. Or. XVIII. 223. D. Agamemnon in Orco πρόπολος τῶν μεγίστων ἐκεῖ τυράννων Aesch. Choeph. 355. sed sacerdotes etiam ἀμφίπολοι dicunt, ὁ Ἀπόλλωνος ἀμφίπ. Plut. Quaest. Gr. XXIV. 391. δράκων Δήμητρος ἀμφίπολος Strab. IX. 349. ἡ Διὸς ἀμφίπ. Epigr. Ἀδεσπ. DCXVI. 267. Veteres autem ἀμφίπολος ἀεὶ ἐπὶ γυναικῶν Eustath. 394. 31. πρόπολος et πρόςπολος utrique sexui commune, sed hoc vulgare magis et de ministris vulgaribus. Apud Eurip. Fragm. Inus X. 451. τοιάνδε χρὴ γυναικὶ πρόςπολον ἔᾶν mutatis inter se literis Σ et E, Λ et Δ scribendum σ' ἐλεῖν.

[d] Perperam Berglerus hoc loco Dactylos Idaeos significari putat, qui solis literatis noti tum erant, nec vulgo invocabantur.

Digitized by Google

μεῦον θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν — διὰ τούτου ἡ μαντικὴ χωρεῖ καὶ ἡ τῶν ἱερέων τέχνη τῶν περὶ τὰς τελετὰς καὶ ἐπῳδὰς καὶ γοητείαν Symp. p. 202. E. et pluribus verbis Apulejus de Gen. Socr. p. 674. sunt quaedam divinae mediae potestates[e] — — inter terricolas coelicolasque vectores hinc precum inde donorum, utriusque interpretes et salutigeruli; per hos Magorum miracula, praesagiorum species, Tuscorum piacula etc. Hos Stoici ἐπόπτας ἀνθρωπίνων πραγμάτων dicebant Diog. La. VII. 151. Maximus Tyrius θεῶν ὑπηρέτας, ἀνθρώπων ἐπιστάτας Diss. XIV. 266. eosque ab Hesiodo Ζηνὸς προπόλους Opp. 252. et φύλακας ἀνθρώπων πλουτοδότας v. 125. vocari cf. Plutarch. de Is. c. XXVI. de Def. Or. XII. qui Dactylos et Corybantes hunc in numerum geniorum beneficorum, σωτήρων καὶ φυλάκων, refert De fac. Lun. c. XXX. 95. T. XIII. ἐκ τῶν βελτιόνων δαιμόνων τοὺς περὶ τὸν Κρόνον ὄντας ἔφασαν εἶναι καὶ πρότερον ἐν τῇ Κρήτῃ τοὺς Ἰδαίους Δακτύλους, ἐν τῇ Φρυγίᾳ τοὺς Κορύβαντας γενέσθαι[f]. Ex his autem non obscurum fore spero quam fa-

[e] Sic hoc nomine utitur Servius V. 95. singula numina habent inferiores potestates ministros. et hoc modo saepius III. 93. VII. 91. similiterque Graeci recentiores δυνάμεις v. Coray ad Heliod. p. 147.

[f] Idem Def. Oracc. c. XVIII. hanc insulam memorat prope Britanniam, ubi Saturnum in custodia teneri φρουρούμενον ὑπὸ τοῦ Βριάρεω καθεύδοντα· δεσμὸν γὰρ αὐτῷ τὸν ὕπνον μεμηχανῆσθαι, πολλοὺς δὲ περὶ αὐτὸν εἶναι δαίμονας ὀπαδοὺς καὶ θεράποντας. Ea est sine dubio mortuorum insula de qua mira narrat Procopius v. Gesner ad Claud. in Ruf. L. I. 123.

Digitized by Google

cile Curetes, Dactyli, Cabirique et inter se et cum Laribus, Dioscuris aliisque hujus ordinis et provinciae diis commisceri potuerint, quantumvis magna esset et generis et numeri diversitas. Ac primum animum ad illos referamus qui Penates Romanos a diis magnis Samothracum nihil differre statuerunt tum ob alias rationes, quas supra explicui, tum maxime quia utrisque et commune nomen: dii patrii, magni, salutiferi, et par nomini potentia. Nam Penates deos patrios dici vulgaris notitiae est v. Tzschuck. ad Melam. I. 8. p. 216. Constat autem omnes in periculis suis deos patrios invocare et ideo illis vota solvere, quorum familiarius nomen opitulari sibi credant[ε]. Ac Dioscuros quoque inter Penates familiares relatos esse docet Theodoretus Therap. VIII. p. 15. Sylb. (p. 907.) *καὶ μέντοι καὶ τοὺς Τυνδαρίδας θεοὺς ἐκάλεσαν Ἕλληνες καὶ Διοσκούρους ὠνόμασαν καὶ Ἐφεστίους καὶ Ἀνακας.* Glossae Gr. Lat. *Ἐφέστιοι θεοί*, Penates. Dionysius autem dicit I. 67. nomen Penatum non eodem graeco nomine reddi sed ab aliis *πατρῴους* vocari, ab aliis *γενεθλίους* aut *κτησίους* aut *μυχίους* aut *ἑρκείους*, et unumquemque eorum, qui ita interpretentur, suas habere rationes; quae ab illo quidem praetermissae sed excogitatu faciles sunt. Romani vicissim, quum de Graecorum Penatibus et Laribus loquuntur, non unum deorum genus denotant sed modo

[ε] Servii verba sunt supra allata p. 277. T. I.

Digitized by Google

ces, qui graece vocantur πατρῷοι et γενέθλιοι [h], modo deos cujusque domesticos. Livius XXIV. 26. Heraclea filia Hieronis in sacrarium ad penates confugit Lysias apud Rutilium de Fig. I. 13. p. 45. Constat igitur Simonem domo sua ab suis dis Penatibus esse exturbatum. Orator graecus sine dubio dixit θεοὺς πατρῴους, similiterque is quem Hyginus sequutus est Astr. I. 40. responso dato (Chersonesitis) ut virgo nobilis Penatibus eorum immolaretur. Quanquam enim hic Penates publicos significat, illi privatos, tamen res eodem redit, quoniam nullos privatim colere deos licuit nisi qui colerentur publice; ideoque Lycurgus Leocraten, qui patriam periclitantem deseruerat, graviter accusat quod non solum se suasque res subduxerit ἀλλὰ καὶ τὰ ἱερὰ τὰ πατρῷα, ἃ οἱ πρόγονοι παρέδοσαν αὐτῷ ἱδρυσάμενοι, ταῦτα μετεπέμψατο εἰς τὰ Μέγαρα καὶ ἐξήγαγεν ἐκ τῆς χώρας p. 151. 9. et inter haec nominatim refert Minervae simulacrum urbanae, tacite, ut opinor, Jovis Hercei et Apollinis patrii signa comprehendens [hh] et si quos alios deos Leocrates ritu gentilicio in suo coleret sacrario;

[h] Qui proprie sic dicantur, alio loco ostendimus; sed his nominibus interdum significantur gentis auctores — θεοὶ γενάρχαι sive πρόγονοι Heliod. X. 21. IV. 8. dii generis (Mars et Venus) Ovid. Fast. IV. 60. θεοὶ γενέται Aesch. Suppl. 80. Ζεὺς γενέθλιος Pind. IV. 298. sed si Polynices Sept. c. Th. 641. θεοὺς γενεθλίους καλεῖ πατρῴας γῆς, communes patriae deos invocat. Quod vero Cynici Herculem πατρῷον venerantur Lucian. Mort. Peregr. §. 4. p. 274. T. VIII. eadem similitudine nititur qua Minerva et Vulcanus πρόγονοι τῶν δημιουργῶν vocantur Plat. Legg. XI. 920. D.

[hh] V. Epimetr. III.

Digitized by Google

nam praeter tres illos, quos nominavi, Atticae praesides et Penates publicos, omnes dii, quos Athenienses seu publice seu pagatim vicatimque colebant a majoribus acceptos, πατρῷοι dici poterant et, quia iidem privatim in lararis[i] colebantur, θεοὶ ἐφέστιοι, μύχιοι, κτήσιοι, ἕρκειοι. Sed hi privati dii, quorum cura unius familiae conservatione continebatur, ob hoc ipsum Romanorum Laribus familiaribus et Geniis componuntur. Apulejus Flor. IV. 22. Crates ut Lar familiaris apud homines aetatis suae Athenis cultus; quod si quaerimus quomodo Graeci dixerint, prolixe respondet Julianus Or. VI. 100. B. ἐπὶ τούτου φασὶ τοὺς Ἕλληνας ἐπιγράφειν τοῖς ἑαυτῶν οἴκοις ἐπὶ τῶν προπυλαίων Εἴσοδος Κράτητι ἀγαθῷ δαίμονι[k]. Servius ad Georg. III.

[i] Ansaldus De pict. tabul. cultu p. 123. sunt qui Lararium non adeo antiquum fuisse suspicantur, quod vox primum in Lampridio legitur, tum a Vitruvio in aedium descriptione non recensetur. Res utique antiqua; Cicero in Verr. in Catil. et in Epist. sacrarii meminit in aedibus privatis. Auctor libri *Der Pallast des Scaurus* p. 134. sacrarium uni certo deo dicatum esse putat, quod Cicero refellit, ex Heji sacrario signa Cupidinis, Herculis, aliaque multa ablata narrans praeter Bonam Fortunam.

[k] Significatur Bonae Fortunae in domum ingressus omnibus exoptatissimus. Aesch. Agam. 1805. τὸ μὲν εὖ πράσσειν — οὔτις ἀπειπὼν εἴργει μελάθρων, Μηκέτ' ἐσέλθῃς, τάδε φωνῶν. Is dicitur apud Sophoclem Inach. Fr. VI. modo Πλούτωνος εἴσοδος modo Jovis ipsius, ὅτι τοῦ Διὸς εἰσελθόντος πάντα μεστὰ ἀγαθῶν ἐγένετο, similiterque in Orph. H. LXXIII. Jovis, Pluti atque Plutonis notiones commiscentur

> Δαίμονα κικλήσκω μυχάτων οἰκήτορα φρικτόν
> μειλίχιον Δία παγγενέτην, βιοδώτορα θνητῶν,
> Ζῆνα μέγαν, πολύπλαγκτον, ἀλάστορα, παμβασιλῆα,
> πλουτοδότην, ὁπόταν γε βρυάζων οἶκον ἐσέλθῃ.

Jupiter πλουτοδότης idemque κτήσιος nemini ignotus est v. Spanheim. ad Julian. Or. I. 68. Taylor. ad Dem. Mid. p. 594. Blomfield. Agam. 1005. Meinek. ad Men. p. 182. et hanc ditandi facultatem non de-

Digitized by Google

47. gaudet tectis ut sunt ἀγαθοὶ δαίμονες, quos Latini Genios vocant. His autem et talibus expositis tum universum hoc genus numinum tutelarium agnosci tum etiam quae Curetum et ceterorum hujus notae daemonum cum Laribus Penatibusque Romanorum cognatio sit, apertius intelligi posse arbitror[*]. Verum id nos ad rerum romanarum scriptores devocat, deorum Penatium sacra usque a Samothracia repetentium.

§. 10.

Dionysius dicit Romae multis in templis conspici duas viriles species juvenum hastatorum,

fuisse Milichio, intelligere mihi videor e Xenoph. Anab. VII. 8. 4. ἐμπόδιός σοι (τοῦ μὴ πλουτῆσαι) ὁ Ζεὺς ὁ Μειλίχιός ἐστι, quem Orpheus contrario nomine δαίμονα φριπτόν appellat. Miretur haec qui non meminerit fortunae secundae et adversae, beandi et affligendi potestatem penes eosdem esse deos qui a laetiore muneris parte μειλίχιοι, ἀλεξίκακοι et ἐπιδῶται cognominantur v. Plutarch. Non suav. viv. XXIII. 124. T. XIV. cf. Siebelis ad Paus. T. I. p. 233. Postremo pro μεγαλανηγήτορα v. 1. substitui, quod aptius videbatur, μυχάτων οἰκήτορα vel κικλήσκω σὲ μυχῶν οἰκήτορα.

[*] Forsitan etiam similitudo formae huc aliquid conferebat. Namque deorum domesticorum sigilla brevia erant. Petronius de Mut. Reip. v. 227. ille manu trepida natos tenet, ille Penates occultat gremio. Horat. II. Od. 18. 26. paternos in sinu ferens deos. Plutarchus narrat V. Camill. c. 21. Vestales aufugisse ἐν τοῖς κόλποις φερούσας τὰ τῶν θεῶν ἱερά. Rachela τὰ πατρῷα ἱερά in clitellis abscondit Joseph. Ant. I. 19. 9—11. Aeneas effert τὰ πατρῷ' ἀγάλματα πέπλοις περισχών Lyc. 1266. Idemque erat deorum tutelarium modulus, quos peregrinantes secum terra marique circumducere solebant. Apulejus Apol. p. 506. morem mihi habeo quoquo eam simulacrum alicujus dei inter libros conditum gestare. Sulla solebat Apollinis ἀγαλμάτιον ἀεὶ κατὰ τὰς μάχας περιφέρειν ἐν τῷ κόλπῳ Plut. Sull. c. 30. Asclepiades philosophus deae coelestis argenteum breve figmentum quocunque ibat secum efferre solebat Ammian. Marc. XXII. 13. Idem de Nerone narrat Suetonius c. 56. et de Hadriano c. 7. Et parem fuisse

Digitized by Google

quibus graecis literis subscriptum nomen *Δένατες*; hos esse sua opinione gentis Romanae Penates patrios ex Arcadia in Samothraciam, hinc Trojam, inde ab Aenea in Italiam unâ cum Palladiis deductos. Similiter Varro statuebat Dardanum Penates ex Arcadiae urbe Pheneo ad Samothraces, deinde in Phrygiam, de Phrygia Aeneam in Italiam deportasse Macrob. Sat. III. 4. Serv. ad Aen. I. 378. III. 148.[l]. Antiquissimi hujus sententiae auctores sunt ii, quos Dionysius adhibuit, Satyrus [m] et Callistratus, ambo Aristarchi aequales, posteriores Timaeo, qui primus deorum Trojanorum simulacra Lavinii collocata esse prodidit, eosque omnes perspicuum est, deos magnos Samothracum numero duos, sexu viros, aetate pares finxisse, quod longissime discrepat ab eorum ratione, qui aut Cererem Liberamque aut Rheam in insula illa sacra coli existimarunt, sed propius accedit illis, qui aut Dardanum et Iasionem aut Jovem et Liberum Cabirorum nomine comprehenderunt. Ceterum istam deorum magnorum peregrinationem fictam esse et ad confirmandam Parrhasiae originis fidem docte compositam, tam certum videtur, quam aperta est causa fingendi. Quippe nomen dii magni etsi perlate

deorum paredrorum brevitatem apparet ex iis quae de Curetibus, Corybantibus et Cabiris Memphiticis dicta sunt. (Apud Zosim. IV. 18. *εἰκόνα τοῦ ἥρωος ἐν οἴκῳ μικρῷ* scribendum est *ὄγκῳ*.)

[l] Hoc loco pro reduxisse scribendum deduxisse, ut ap. Macrobium legitur III. 4.

[m] v. Luzac. Lectt. Att. p. 173.

Digitized by Google

patet [n], tamen praecipue defertur diis gentiliciis, qui iidem sunt cujusque civitatis antiquissimi et potentissimi, atque eatenus conveniunt cum Penatibus, quomodo a principio dii cujusque familiae domestici, post autem totius gentis conservatores proprii nominati sunt, privatim intra consepta domus, publice in penu urbis consecrati. Jam de Romanorum Penatibus notum est auctores adeo variare, ut cuivis facile intellectu sit, eos rem in profundo abstrusam conjectura et suspicionibus quaerere. Procopius Bell. Goth. I. 25. 375. A. Janum in hoc numero refert aliosque deorum veterum: ὁ Ἰανὸς οὗτος πρῶτος ἦν τῶν ἀρχαίων θεῶν, οὓς τῇ Ῥωμαίων γλώσσῃ Πένητας ἐκάλουν. Alii Vestam quoque huic numero adscripsere Macrob. l. c. cujus in penetrali arcana imperii tutelaque gentis contineri credebatur; qui romanorum sacrorum originem a Trojanis repetebant, Apollinem et Neptunum, Trojae munitores [o] omnes autem Jovem Capitolinum, custodem urbis Minervam et Junonem reginam, quos Varro antiquissimos deos refert Tertull. ad Nat. II. 74. tanquam Penates publicos et universae civitatis tutores venerati sunt Liv. III. 17. [†]. His-

[n] Servius Aen. VI. 73. unicuique deus ipse, quem colit, magnus est cf. Brouckhus. ad Tibull. I. 5. 37.

[o] Nigidius et Labeo Penates Aeneae Neptunum et Apollinem tradunt Serv. III. 119. I. 378. Nigidio et Varroni hanc sententiam tribuit Macrobius III. 4.

[†] Serv. Aen. III. 437. nonnulli Penates esse dixerunt — Jovem aethera medium, Junonem imum aera cum terra, summum aetheris cacumen Minervam, quos Demarati Corinthii filius Samothraciis religionibus imbutus sub uno tecto conjunxit.

Digitized by Google

que omnibus communne est dii magni ut dicantur et potentes et conservatores. Ait Cassius Hemina Penates ex Samothrace appellatos θεοὺς μεγάλους, θεοὺς δυνατοὺς, θεοὺς χρηστούς Serv. I. 378. In Circo tres arae trinis diis parent magnis potentibus; eosdem Samothraces putant Tertull. de Spectacc. p. 93. C. Varro unum esse dicit Penates et magnos deos; nam et in basi inscribebatur Magnis diis Serv. III. 12. Haec igitur quum invaluisset opinio, deo magnos Samothracum et Romanorum eosdem esse, utriusque autem generis notitia temporis diuturnitate evanuisset, factum est ut prout quis his aut illis familiarior, ex uno de altero conjecturam faceret. Ita auctores, quos Servius subsequitur VIII. 619. magnos deos Jovem, Minervam, Mercurium, quos Aeneas de Samothracia sustulit et III. 264. numina magna hoc est Jovem, Minervam et Mercurium secundum Samothracas [p] aperte Mercurium e Samothracum ascivere religionibus, et contra dii romani Cabirorum sacris intrusi sunt, ubi nullum est aut Jovis aut Junonis aut Minervae [q] vestigium, quanquam Varro

[p] Idem Aen. III. 12. dii magni sunt Jupiter, Juno, Minerva, Mercurius, qui Romae colebantur; Penates vero apud Laurolavinienses. ubi Jac. de Rhoer. Fer. Daventr. III. 12. nomen Junonis eximit, quia et priore loco praeteritum et in uno cod. omissum est. Sed apparet Servium deorum magnorum nomen modo de Penatibus interpretari, modo ut cuique Virgilii loco aptum videretur. Poeta autem Junonem inter Aeneae duces et tutores referre non poterat.

[q] Palladia qui huc intulit Dardanus, secum rursus exportavit Dion. I. 68. neque ulla est in sacris Samothraciis aut Palladii aut Minervae significatio.

Digitized by Google

quoque in utrisque idem significari credidit sed alio modo. Locus est notissimus sed idem huic quaestioni conjunctissimus; Principes dii coelum et terra, qui in Aegypto Serapis et Isis, Taautes et Astarte apud Phoenices, in Latio Saturnus et Ops. Terra enim et coelum ut Samothracum initia docent, sunt dii magni et hi, quos dixi, multis nominibus, nam neque quos Ambracia ante portas[r] statuit duas viriles species aheneas, dii magni neque, ut vulgus putat, hi Samothraces dii, qui Castor et Pollux, sed hi mas et femina, et hi quos augurum libri scriptos habent sic *Divi Potes* et sunt pro illis, qui in Samothracia coluntur θεοὶ δυνατοί. Haec duo coelum et terra, quod anima ac corpus, humidum et frigidum L. L. IV. p. 17. Hic igitur duo esse statuit Samothracum primaria numina, quibus vim agendi et patiendi, humidi

[r] Sic cod. rom. pro Samothracia; hoc praefert Salmasius ad Spartian. Adrian. c. XIV. 142. Servii auctoritate ad Aen. III. 12. Varro et alii magnos deos affirmant simulacra Castoris et Pollucis in Samothracia ante portum sita, quibus naufragio liberati vota solvant; alii deos magnos coelum et terram putant et per hos Jovem et Junonem, ubi manifesto turbarunt librarii. Ambracia retinet Turnebus, quia Aeneas huc venisse et in vicino Actio magnorum deorum templum condidisse dicitur Dionys. I. 49. Salmasio assentiuntur Lipsius ad Tacit. Ann. II. 54. cum Cupero Observ. IV. 9. 427. et merito, nam deos quosdam Ambracienses pro diis magnis habitos esse non constat, Varro autem negat aliquid aliis creditum. Itaque hoc dicit, neque deos Samothracum propylaeos neque Castores dis magnis sive Samothracibus, hoc est iis, qui in operto colerentur, adnumerandos esse. Ante portas vera est lectio; portas propter ahena signa Lucret. I. 317. τοῖς προσιδρυμένοις τῇ πύλῃ (triumphali) θεοῖς θύσαντες Joseph. Bell. Jud. VII. 4.

Digitized by Google

et frigidi, satus et conceptus aequalibus dispensat momentis. Sed in rerum divinarum tertio Fragm. p. 221. mysteriis Samothraciis ipsam trinitatem Platonicam insinuat. Augustinus Civ. VII. 18. Varro, inquit, hos omnes deos in coelum et terram redigere conatur — coelum esse quod faciat, terram quod patiatur. Hinc etiam Samothracum mysteria sic interpretatur eaque se quae nec suis nota sint, scribendo expositurum pollicetur. Dicit enim se ibi multis indiciis collegisse, in simulacris aliud significare coelum, aliud terram, aliud exempla rerum, quas Plato appellat ideas, coelum Jovem, terram Junonem, ideas Minervam vult intelligi, coelum a quo fiat aliquid, terram de qua fiat, exemplum secundum quod fiat. Hanc scitam interpretationem si quis ab Hierophantis traditam putet, tum Augustini verbis vim faciet, tum sibi iratum habebit Varronem ipsum inventi novitate triumphantem. Sed quod alio loco scribit: Dicitur in nuptiis Casmillus, qui cumerum fert, in quo quid sit, in ministerio plerique extrinsecus nesciunt; hinc Casmillus nominatur in Samothraces mysteriis dius quidam administer diis magnis L. L. VI. 88. non opinatio est sed lectorum aut auditorum relatio; nam de Cadmilo quodam Acusilaus quoque et Dionysodotus narrant, ille trium Cabirorum patrem, hic deorum inferorum asse-

Digitized by Google

clam Mercurium perhibens, quorum neutrum perfecte convenit ad Varronis sententiam, qui numinum Samothraciorum quendam obscurum apparitorem hoc nomine significare videtur.

§. 11.

Antequam reliquos testes producamus convenientissimum videtur, quae hactenus tradita sunt, breviter recognoscere. Antiquissimi igitur scriptores Cabirorum genus a diis minutis, Vulcano et Proteo, repetunt, sedes terrestres designant, Samothracen, Lemnum, Imbrum, argumento certissimo eos neque Cererem Liberamque, neque Rheam aut Hecaten, neque ullos alios deorum caeligenarum huic nomini subjecisse. Ac ne quis effugium quaerens paucitatem testium obtendat, multos sine dubio cognorat Demetrius, qui de his rebus singillatim commentatus est omnemque fabularum copiam contraxit, quo lecto Strabo iterum tertiumque affirmat Cabiros deorum ministros et cultores fuisse similes Curetum, Corybantum et Dactylorum. Quare statuendum est sacra Samothracia a principio non Cabiris instituta fuisse sed diis, quorum illi paredri crederentur, abolescente autem antiquitatis memoria ab his nomen translatum ad numina principalia errore facili, quoniam eorum vis et notio vix ab initio clare cognita[s] post autem temporis diu-

[s] Verum sine dubio est quod Herodotus de antiquissimis Graecis judicat II. 52. ἔφυον θεοῖσι ἐπευχόμενοι, ἐπωνυμίην δ' οὐδ' οὔ-

turnitate magis magisque obscurata est. Unde natae sunt multiplices doctorum conjecturae, quae adversis inter se frontibus concurrunt. Sed minimam veritatis speciem, ut equidem sentio, habet ea quam Welckerus amplexus est, deos Samothracum et Romanorum Penates eosdem fuisse; nam remoto Arctino, quem vir doctus nunquam probabit de Samothraciis sacris loquutum esse, nemo ante Satyrum et Callistratum id tradidit et inventum videtur ab iis, qui Romanorum sacrorum originem a Troja, Trojanorum a Samothracia repetere anniterentur. Deinde Penates romani qui sint inter auctores non convenit, sed levissima est Varronis sententia, Coelum et Terram et Romae et Samothraciae consecratos fuisse; cujus rei ne minima quidem in mysteriis illis similitudo cernitur; nam qui duo Cabiros tradunt, mares faciunt, sive Iasionem et Dardanum, sive Jovem et Liberum, sive Castores; et hujus numeri auctores aut ignotae aetatis sunt aut ejus, quae auctoritatem minimam habet, Nigidius, Ovidius, Orpheus. Plures autem et quibus credere malis,

νομα ἐποιεῦντο οὐδενὶ αὐτῶν — ἔπειτε δὲ χρόνου πολλοῦ διεξελθόντος ἐπύθοντο τὰ οὐνόματα — Ἔνθεν δὲ ἐγένετο ἕκαστος τῶν θεῶν, ὁκοῖοί τέ τινες τὰ εἴδεα, οὐκ ἠπιστέατο μέχρι οὗ πρώην. quod tum rationi convenientissimum est tum Platonis judicio confirmatur Crit. p. 109. E. *μυθολογία γὰρ ἀναζήτησίς τε τῶν παλαιῶν μετὰ σχολῆς ἅμ' ἐπὶ τὰς πόλεις ἔρχεσθον, ὕταν ἴδητόν τισιν ἤδη τοῦ βίου τἀναγκαῖα κατεσκευασμένα, πρὶν δὲ οὔ. ταύτη δὴ τὰ τῶν παλαιῶν ὀνόματα ἄνευ τῶν ἔργων διασέσωσται.* quod ad philosophiam transfert Jamblichus de Math. scient. p. 218. in Villois. Anecdd. Hinc quid sequatur Ephori verbis expediam Fragm. p. 64. *περὶ μὲν τῶν καθ' ἡμᾶς γεγενημένων τοὺς ἀκριβέστατα λέγοντας πιστοτάτους ἡγούμεθα, περὶ δὲ τῶν παλαιῶν τοὺς οὕτω διεξιόντας ἀπιθανωτάτους.* Hodie vero, qui res Deucalionias accurate tanquam ex ephemeride enarrant, *πιθανώτατοι* sunt et *παρ' ὄχλῳ μουσικώτατοι λέγειν.*

Digitized by Google

mysteria Samia aut Rheae inscribunt aut Cereri Liberaeque. Denique non sequar Gutberlethi opinionem c. V. a Freretio[1] et Welckero p. 161. receptam, Cabiros Samothracios a Lemniis plane diversos fuisse, nam hujus distinctionis non solum nulla fuit apud veteres suspicio sed etiam contrarium affirmat Strabo *κοινοποιεῖσθαι τὰ ἱερὰ τὰ τῶν Σαμοθρᾴκων καὶ τὰ ἐν Λήμνῳ διὰ τὸ τοὺς προπόλους λέγεσθαι τοὺς αὐτούς.* De Cabiris Lemniis nemo antiquiorum quidquam tradidit unde vim et naturam eorum conjectare possimus; sed Pherecydes Aeschylusque nomen solum afferunt, nec plus Attius in Philocteta Fr. 51. celebrans Cabirum delubra mysteriaque pristina castis consepta sacris, quae utrum ex Aeschyli an Euripidis fabula expressa sint, discerni nequit, quoniam ille ab utroque hausit. Dehinc sacrorum Lemniorum, quae nocturno aditu occulta coluntur silvestribus saepibus densa, nulla amplius mentio fit. Nam Pollucis testimonium VIII. 82. *οἱ φυγοδικοῦντες ἐσκήπτοντο εἰς Σκῦρον ἢ εἰς Λῆμνον ἀποδημεῖν,* unde Welckerus colligit reos ad templum Lemnium eodem quo Samothracium jure asyli praeditum confugisse p. 216. sq. huc omnino non pertinet sed ad praedia Atheniensium Lemnia (Terent. Phorm. IV. 3. 75.) quo se recipere solebant qui cum sycophantis urbanis conflictari nollent; de templo Lemnio nihil dicitur, neque de-

[1] Mem. Acad. Par. T. XXVII. 12.

Digitized by Google

fuisse videntur qui propter sacrorum internecionem Cabiros ipsos e Lemno emigrasse statuerent. Photius: *Κάβειροι δαίμονες· ἐκ Λήμνου δια τὸ τόλμημα τῶν γυναικῶν μετενεχθέντες. Εἰσὶ δὲ ἤτοι Ἡφαιστοι ἢ Τιτᾶνες* ubi certe scribendum *Ἡφαίστου* et fortasse amplius *εἰσὶ δὲ οὗτοι Ἡφαίστου* ut Hesychius *Κάβειροι, καρκίνοι, πάνυ δὲ τιμῶνται οὗτοι ἐν Λήμνῳ ὡς θεοί· λέγονται δὲ εἶναι Ἡφαίστου παῖδες.* De postremis Photii verbis *ἢ Τιτᾶνες* utrum ex *παῖδες* corrupta sint an aliquis Cabiros vel Titanes vel Titanis filios dixerit non disputo; sed Welckerus tam ambiguo testimonio non efficiet, ut illos *Ἡφαίστους* hoc est, ut ipse interpretatur, genios Vulcanios fuisse putemus, cujusmodi si qui fuerunt certe non *Ἥφαιστοι* dicti sunt. Neque Hesychii verba recte ab eo explicari arbitror, Cabiros Vulcanios *καρκίνους* dici id est cancros, quia cancri forcipum figuram referant, forcipe autem utantur fabri ferrarii. Hoc longe repetitum est et vix aptum Graecorum sermoni, qui neque fabrorum ferrariorum forcipes neque fabros ipsos *καρκίνους* vocant, sed illas, quod meminerim, *πυράγρας*, hos, ut notum est; neque *ξαιστῆρας* aut *ἄκμονας* aut ab alio artis instrumento denominant. Postremo Hesychianum glossema *καρκίνοι* non ad proprium nomen *Κάβειροι* pertinere sed ad *Κάβουροι* vel *Κάβειροι* appellativum cammaros significans, jam pridem Du Cangius animadvertit. Quod vero aliqui Cabiros Vulcani aut filios aut nepotes edunt, nequaquam pro argumento valet, quum plurimi fue-

Digitized by Google

rint Vulcani, Apollinis, Neptuni filii, ad quos paternorum munerum nullam transiit. Nonnus quidem, qui in exercitu Bacchico duo induxit Cabiros Vulcani et Cabirus[v] filios mortales[x] Eurymedontem et Alconem XIV. 22. XXIX. 193. sq. eos ignipotentes nominat XXXIX. 192. et *δαήμονας ἐσχαρεῶνος* XIV. 22. sed hoc nemo infitiabitur a Nonno poeticae licentiae privilegio fingi potuisse, sicut idem Eurymedontem pugilem facit a Mercurio edoctum XXXVII. 590. atque adeo ad Aetneas traducit incudes XXX. 68. Itaque Cabirorum Lemniorum a Samothraciis diversitas, ut minimum dicam, perquam incerta, mysteria, quoadusque perduraverint, plane inexploratum est, sed si ex obscuritate eorum conjecturam facere licet, mature aut veterum cultorum interitu aut Samothracii instituti splendore victa extabuisse videntur. Idemque valet de sacris Imbriis, quorum mentionem fecit Jamblichus V. P. c. CLI. Pythagoran narrans sapientiae praecepta undique collegisse, ab Orphicis, Celtis, Hiberis, *ἃ δὲ παρὰ τῆς τελετῆς τῆς ἐν Ἐλευσῖνι γενομένης ἐν Ἴμβρῳ τε καὶ Σαμοθράκῃ καὶ Δήλῳ.* Sed in hoc mendaciorum stabulo vix ratio iniri potest quid veri falsis admixtum sit. His transactis ad novum Cabirorum genus procedimus, quod Pausanias introducit.

[v] Hanc Lemniam vocat XXIX. 194. Thraciam XIV. 21.

[x] L. XXIV. 93. XXVII. 121.

Digitized by Google

§. 12.

Non procul Thebis, inquit, lucus est Cereris Cabiriae et Liberae, quo ingredi non licet nisi initiatis; septem hinc stadia distat fanum Cabirorum IX. 25. Hi qui sint et quo ritu colantur dicere veritus hoc unum addit vulgo a Thebanis narratum, teletam a Cerere ipsa constitutam esse traditamque Cabiris sive Cabiraeis urbis antiquae et jam dudum deletae incolis; Cabiritas Epigonorum incursione disturbatos sedem et sacra gentilicia dereliquisse, postea tamen rediisse aliquos et esse etiamnunc magnam fani religionem et inexpiabilem Cabirorum iram (τὸ ἐκ τῶν Καβείρων μήνιμα) neque impune tulisse quicunque haec sacra privatim obire aut templum expilare ausi essent. Huic narrationi inserta sunt nomina ignotissima Promethei et Aetnaei, Pelargae, Isthmiadae et Telondae, qui sacra a Cerere partim accepisse partim abolita restituisse dicuntur. Sed in Messeniacorum primo (IV. 1.) Methapum tradit Atheniensem ὀργίων παντοίων συνθέτην apud Thebanos quoque Cabirorum teletam condidisse et magnarum dearum id est Cereris et Proserpinae orgia, quae Cauco Eleusinius cum Messene regina communicasset, Lycus autem Pandionis filius amplificasset, illum denuo instaurasse; idque testatum esse epigrammate statuae in Lycomidarum Clisio dedicatae[a]. Hic multarum fabularum fila

[a] Ἥγνισα δ' Ἑρμείαο δρόμους [σταδίου] τε κέλευθα,

Digitized by Google

concurrere videntur, quae si revolvere usque ad exordia, si unum illum Methapum e latebris suis eruere possemus, fortasse totius operis clandestina fabrica et Lycomidarum cum Orpheo et cum sacrorum Cabiriacorum et Cerealium conditoribus conspiratio deprehenderetur. Nunc quidem eo redacti sumus, ut testimonium ad speciem locupletissimum velut sicci transire cogamur propter Thebanorum Cabirorum, quos praeter Pausaniam nemo quisquam commemorat, obscuritatem summam. Nam quod nonnulli existimant sacra Samothracia e Boeotia translata esse a Pelasgis illis, qui a Boeotis victi Athenas concesserunt, hinc Lemnum, Imbrum et Samothracen emigrare coacti sunt, obtineri non potest. Etenim illa ipsa Herodoti conjectura[b], Samothraces orgia sua a Pelasgis Atheniensium quondam inquilinis accepisse per se non plus valet quam Stesimbroti scitum, Cabiros e Phrygia deducentis. Inter Thebanos vero Cabiros et Samothracios est quidem similitudo quaedam sed invecticia, ut videtur, non nativa. Illos cum Matre i. e. cum Cerere coli tradit Pausanias — *ὁποῖά ἐστιν αὐτοῖς καὶ τῇ Μητρὶ τὰ δρώμενα* — Quinam igitur fuere? num tres, quos Acusilaus et Pherecydes memorant,

[Λά] ματρος καὶ πρωτογόνου κούρας· ὅθι φασὶ
Μεσσήνην θεῖναι μεγάλαισι θεαῖσιν ἀγῶνα
Φλυάδεω Κλείνοιο γόνῳ Καύκωνι ἀδοῦσαν etc.

quae ad meam sententiam correxi non ut poetae manum restituerem sed ut sensus pateret. Apparet hinc Mercurium deabus magnis, ut Samothraciae, adjunctum fuisse.

[b] v. Niebuhr. Hist. Rom. T. I. 34. Ed. II.

Digitized by Google

Camilli aut Vulcani filii? an, quos Mnaseas et Dionysodotus substituerunt, Proserpina, Orcus, Mercurius? Imo clare Pausanias Cabirorum nomine significat gentis intermortuae auctores, sacrorum Cerealium conditores post mortem divinis honoribus consecratos et in consortium ejus deae, quam vivi coluissent, receptos, pariter ut Idaeos Dactylos, Curetes, ceterosque deorum familiares. Nec suspicio abest quin et urbs illa Cabiraea commenticia et nomen Cabirorum ad priscos ignotosque heroes, qui conjuncta haberent cum Cerere sacra, traductum sit ea aetate, qua hujus deae asseclas Cabiros dictos esse percrebuerat. Cetera argumenta, quibus viri docti sacrorum Thebanorum et Samothraciorum affinitatem comprobare student, perinfirma sunt. P. Knightius proposuit sententiam calidam et ex periculo petitam Cadmum Thebanum eundem esse Cadmilum Samothracium sive Mercurium Prolegg. §. 78. quorum unus ab altero immensum quantum distat ortu, genere, dignitate. Welckerus quidem [c] Cadmum numinibus cosmogonicis, ut hodie loquuntur, inserere conatur Pisandri Camirensis testimonio, quo Olympiodorus utitur ad Phaed. p. 251. ed Wyttenb. Cadmum ejusque filias inepte, ut assolet, ad allegoriam revocans: *Κάδμος ὁ ὑπὸ σελήνης κόσμος ὡς Διονυσιακός· διὸ καὶ Ἁρμονίᾳ σύνεστι τῇ θεῷ· δηλοῖ δὲ καὶ Πείσανδρος θεολογῶν τὰ κατὰ Κάδμον ἐν τῷ μύθῳ, ἐν ᾧ φησι*

[c] Ueber eine kretische Colonie in Theben p. 33.

Digitized by Google

τὸν Κάδμον ὑποτίθεσθαι τῷ Διὶ πῶς ἂν κατάγωνίσαιτο τὸν Τυφῶνα, hoc est, ut Welckerus interpretatur, wie er die wiederstrebende Naturgewalt der ewigen Ordnung unterwerfe. Quomodo Jupiter in ordinando hoc mundo Cadmi hoc est mundi sublunaris consiliis uti potuerit, equidem parum intelligo neque mihi ulla esse causa videtur cur Pisandrum hanc sublimem sententiam proposuisse credamus nugatori Platonico. Jovem in debellando Typhoeo Cadmi Phoenicis prudentia adjutum esse Nonnus in primo Dionysiacorum libro narrat verbis amplissimis et planissimis, sed de cosmi ordinatione οὐδὲ γρύ, ut ajunt. Verum ut concedam Pisandrum hoc ita exposuisse, unde constat illum antiquum Camiraeum id fecisse? De Cadmo Harmoniae marito multo credibilius est poetam Larandensem in Theogamiis heroicis cecinisse quam Rhodium in Heraclea. Neque e Nonni versibus IV. 89. de Mercurio Οὐδὲ μάτην Κάδμηλος[d] ἀείδεται· οὐρανίην γὰρ μορφὴν μοῦνος ἄμειψε καὶ εἰσέτι Κάδμος ἀκούει, sequitur id quod Muellerus intendit Orchom. p. 461. Mercurium eundem esse Cadmum; nam illa Veneris est oratio ludicra quae ut Harmoniam a nuptiis abhorrentem Cadmo conciliaret Pisinoae formam mentita dicumine Non-

[d] Καδμῖλος rectius Arcadius p. 56. et Schol. Lyc. in Bachmanni Anecd. p. 210. quamquam hujus quoque terminationis exemplum nullum suppetit, nam Sporgilus, Myrsilus, Choerilus alius modi sunt. Κυρσῖλος Demosth. p. Cor. p. 296. 9. melius scribitur quam Κύρσιλος, Πενθῖλος quam Πενθῖλος v. Siebelis ad Paus. T. I. P. 208. Tzschuck. ad Strab. IX. p. 397. XI. 591.

Digitized by Google

niano amicae persuadere conatur sub Cadmi specie aliquem coelestium delitescere, Mercurium fortasse, qui simillime Cadmo Cadmilus vocetur, aut Apollinem. Sed decepit plures falsa lectio μορφὴν μοῦνος ἄμειψε pro μοῦνον, formam tantummodo mutavit Mercurius, nomen *Cadmus* sive *Cadmilus* retinuit. Harmoniam ipsam Hellanicus Fragm. LXXI. 99. Dardani et Eetionis sororem, Electrae filiam in Samothracia Cadmo nupsisse, Ephorus Fragm. p. 239. a Cadmo e Samothracia abductam et memoriam raptus in solemnibus simulata inquisitione celebrari refert (καὶ νῦν ἔτι ἐν τῇ Σαμοθράκῃ ζητοῦσιν αὐτὴν ἐν ταῖς ἑορταῖς) sed neuter significat Harmoniam inter numina dicatam, nedum hoc nomine harmoniam mundi in mysteriis declaratam esse. Denique si quis e Diodoro V. 49. ubi Electram filiae pro dono nuptiali sacra magnae matris largitam narrat aut Harmoniae aut Cadmi aliquam cum mysteriis conjunctionem extricet, facile refelletur. Nam tota illa narratio ex umbraculis Pragmaticorum repetita est. Et in universum si quid de Cadmo in mysteriis sive Thebanis sive Samothraciis traditum esset, certe unus aut alter eorum, qui de hoc celebratissimo heroe mentionem fecere, quique de Cabiris commentati sunt, propinquam utrorumque cognationem vel tacita quadam significatione prodidissent. Praeterea Pausanias IX. 22. Anthedone templum esse narrat Cabirorum et in vicino Cereris et Li-

Digitized by Google

berae aedem; amplius nihil. E Diodori Epigr. I. Anall. T. II. 185.

Εὔξατο κῆρα φυγὼν, Βοιώτιε σοί με Κάβειρε,
δέσποτα, χειμερίης ἄνθεμα καντιλίης
ἀρτήσειν ἁγίοις τόδε λωπίον ἐν προπυλαίοις
Διογένης· ἀλέκοις δ' ἀνέρι καὶ πενίην.

patet hunc Cabirum, quicunque fuit, et templum habuisse proprium et potestatem non solum pericula amoliendi sed etiam patrimonia fortunandi. Sed jam veteri Graeciae vale dicimus; nam illi Amphissenses et Acharnenses Cabiri genuini non sunt.

§. 13.

De Macedonum vero sacris Cabiriacis memorabile testimonium extat Lactantii I. 15. 8. Macedones summa veneratione coluerunt Cabirum; quod alterum est unius Cabiri exemplum seorsum propitiati. Philippum tamen et Olympiadem constat diis Samothraciis initiatos esse Plutarch. Alex. c. II. et hactenus non inepte fictum est epigramma quod Alexander arae, itinerum termino, insculpi jussit: *Πατρὶ Ἄμμωνι καὶ Ἡρακλεῖ ἀδελφῷ καὶ Ἀθηνᾷ προνοίᾳ καὶ Διὶ Ὀλυμπίῳ καὶ Σαμόθρᾳξι Καβείροις* Philostr. II. 43. 94. cf. Sainte-croix Exam. d. histor. p. 400. unde Inscriptionis Beneventanae faber profecit a Gutberletho et Astorio serio tractatae. Tum etiam Alexandrum Dioscuris sacra fecisse apud Arrianum legimus IV. 8. cujus temporibus nativum et

Digitized by Google

capitale utriusque generis discrimen raro observabatur. Verum neque Tyndaridas neque hos Cereales Cabiros, qui jam familiares nobis facti sunt, sed Corybantios significat Firmicus de Err. Prof. p. 23. in sacris Corybantum parricidium colitur; nam unus frater a duobus interemtus est et ne quod indicium necem fraternae mortis aperiret sub radicibus Olympi montis a parricidis fratribus consecratur. Hunc eundem Macedonum colit stulta persuasio; hic est Cabirus cui Thessalonicenses quondam cruento cruentis manibus supplicarunt[e]. Clemens rem eandem sed cultores hujus Cabiri alios refert, Thuscos, in Protr. p. 16. *εἰ θέλεις ἐποπτεῦσαι καὶ τὰ Κορυβάντων ὄργια τὸν τρίτον ἀδελφὸν ἀποκτείναντες οὗτοι τὴν κεφαλὴν τοῦ νεκροῦ φοινικίδι ἐπεκαλυψάτην*[f] *καὶ ἐθαψάτην ὑπὸ*

[e] Hesychii notam *Καβείρια ἑορτή* et Thessalonicensium numum, cui epigraphe *Καβείρια* et Cabiri ipsius figura malleum, ut videtur, gestantis, protulit Gutberlethus; de malleo certatur ferrariusne sit an sacrificalis v. Wernsdorf. Exc. VII. ad Eleg. de Spe p. 518. T. III.

[f] Mortuos *ἐν φοινικίδι θάψαι* non Spartani solum, ut docet Kirchmannus I. 10. sed etiam alii solebant. Servius Aen. III. 65. sanguinei coloris coepta est mortuis vestis injici. Rhesi ossa Athenienses *καταθέντες ἐς χλαμύδα πορφυρᾶν κομίζουσιν ἐπὶ τὸν Στρύμονα* Polyaen. IV. 48. cujus moris ignari mysticas purpurae significationes nobis ad aurem obganniunt. Quod Sappho Ledam dixit *ὐακίνθινον εὑρεῖν ὤιον*, Neuius Fragm. p. 55. ex mystica depromtum esse doctrina statuit, quia ex Creuzero cognovit in mysteriis omnia esse purpurea. Hoc si valet, mysteriorum nullus finis erit; nam purpurae usus latissime patuit, nec abfuisse illum ab ullo sacrorum genere etiamsi nemo veterum testaretur, res ipsa doceret. Taenias purpureas accepisse qui Samothraciis initiarentur, pervulgatum est; Plutarchus V. Phoc. XXVIII. memorat taenias puniceas *αἷς περιελίττουσι τὰς μυστικὰς κοίτας*. Sancrucius nesciens nomen *κοίτη* significare cistam (v. Phot. s. *Λεκάνεις*, Poll. X. 186.) interpreta-

Digitized by Google

τὰς ὑπωρείας τοῦ Ὀλύμπου· οἱ δὲ ἱερεῖς τούτων, οὓς ἀνακτοτελέστας καλοῦσι, Καβείρους τοὺς Κορύβαντας καλοῦντες καὶ τελετὴν Καβειρικὴν καταγγέλλουσιν· αὐτὰ γὰρ δὴ τούτῳ τὰ ἀδελφοκτόνῳ τὴν κίστην, ἐν ᾗ τὸ αἰδοῖον τοῦ Διονύσου ἀπέκειτο, εἰς Τυρρηνίαν κατήγαγον, αἰδοῖα καὶ κίστην θρησκεύειν παρατιθέμενοι Τυρρηνοῖς, δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἀπεικότως τὸν Διόνυσον Ἄττιν προσαγορεύεσθαι θέλουσιν αἰδοίων ἐστερημένον. Haec Sancrucius ad Samothracia mysteria transferre non cunctatur p. 55. un autre object des mystères de Samothrace étoit la mort cabirique celébrée en quelque sorte par les pleurs et les gémissemens des initiés. Ce ne pouvoit être que la morte du plus jeune de Cabires, Cadmille, massacré par ses deux frères. Unde Boettigerus colligit illum ἱερὸν λόγον, qui in liberorum Fabrorum secretis tradi solet de occiso Magistro (Hieramo et Christo) super ter mille ante annos in Samothracum mysteriis propositum esse: Casmilos war nach einer mystischen Sage erschla-

tur les lits mystiques T. I. 320. et hos mysticos lectos, qui nulli sunt omnino, tertio Eleusiniorum die instructos esse et virginitatem Proserpinae nupturae significasse docet. Id nihil haesitans recepit Creuzerus T. IV. 526. jam Hoeckius Cret. T. III. 233. pro comperto narrat: Das Brautbett am dritten Tage der Eleusinien bezog sich auf die Vermählung der Persephone mit dem Hades. Hoc unum e centenis exemplum est, quo ephebos nostros admonere volui ut nulli scribentium inexplorate credant sed minime mysteriographis. Cistas mysticas nemo ignorat; sacrorum involucra quomodo vocentur, docet Hesychius: Ἰστριανίδες αἱ σκυθικαὶ στολαὶ καὶ παρὰ Ἀθηναίοις τὰ σκεπάσματα οἷς ἐκάλυπτον τὰ ἱερά. Illas significant Grammatici in Excerpt. Bekkeri Anecd. p. 1384. Ἱσπνιᾶται σειραί scr. Ἱστριαναὶ ζειραί s. σειραί, et Ἱστρηνίδες (Ἱστριηνίδες) Σκυθικαί.

Digitized by Google

gen worden, siehe Sainte-croix, der den Freret plündert[g]. Und so feyerte man schon in den Samothracischen Logen den Tod eines erschlagenen Meisters. Vasengem. T. I. Fasc. II. 98. Adeone archaeologia tetrum et amarum sapit ut magistri ejus hac conditura carere non possint

> sed, veluti pueris absinthia tetra medentes
> quum dare conantur prius oras pocula circum
> contingunt mellis dulci flavoque lepore,

sic prisci aevi instituta adulterare cogantur saporibus novitiis? Sed omittamus hos dulciarios. Cabiri occisi memoriam in sacris Corybantum celebrari testis est Firmicus; Clemens significat Anactotelestas Cabirorum nomen suo arbitrio ad Corybantes transferre. Orpheus H. XXXIX. celebrat *νυκτερινὸν Κουρῆτα ἐρημόπλανον Κορύβαντα — αἱμαχθέντα κασιγνήτων ὑπὸ δισσῶν* dein a Cerere in draconis formam mutatum; postremo Clemens Attin eundemque Dionysum ex improviso ingerit. Quis horum similis est Cabiris Samothraciis, quos Mnaseas, Artemidorus et Dionysodotus inducunt? a quibus tandem fratribus occidi potuit Casmilus, sive is est Cabirorum pater sive Mercurius? Iasionem a Dardano interemtum memorat Servius Aen. III. 167. quos in Cabirorum numero ducit Athenio; sed opus est tribus fratribus, quos nemo sistet. Verum Dionysum

[g] Ab hoc crimine plagii, quo homini ingenuo nihil gravius objici potest, Sancrucius longe abhorret.

Digitized by Google

quoque inter Cabiros referri vidimus et Phrygium quidem si verum divinavimus. Et ad Phrygia sacra maxime inclinant nomina Attinis et Corybantum huic fabulae intexta; nec abhorret montis Olympi nomen, ejus videlicet ubi Attis sepultus dicitur Paus. I. 4. ad quem Galli abscissas corporis partes obscoenas deferre solebant Schol. Nic. Alex. v. 7. Num igitur ab Anactotelestis nomen Cabiri vulgari licentia ad unum Corybantum (qui tres fuere) transfusum parique Orphei errore Corybantem illum cruentum Cereri adjunctum fuisse dicemus, quae cum Corybantibus nullum commercium habet? an potius ita suspicemur, antiquis temporibus sacra Samothracia Phrygiis copulatiora fuisse et similiora? id quod ii significare videntur, qui Cabiros e Berecynthia arcessunt, ipsamque magnam matrem Samothraciis praeficiunt sacris. Equidem neutrum asseverabo; neque magis sequar si quis ambiguum Pelasgorum nomen, a quibus Herodotus Samothracum orgia condita dicit, cum sacris Tyrrhenis, quae Clemens denotat, et cum Corybantum in Italiam profectione, cujus indicium Servius facere videtur[h] praeclare cohaerere putet, quanquam intelligo pro hac causa multa speciose colligi posse. Primum succurrit Aelii Lampridii relatio in V. Commodi c. IX. sacra Mithriaca homicidio vero polluit, quum illic aliquid ad speciem timoris

[h] Ad Aen. VII. 796. Corybantem venisse ad Italiam et tenuisse loca, quae nunc urbi vicina sunt, et ex eo populos Sacranos appellatos esse, nam Sacrani sunt Matris deum Corybantes.

Digitized by Google

vel dici vel fingi soleat; quod Tertullianus De Cor. c. XV. p. 131. A. mimum martyrii dicere videtur, Foucherus autem ad probandam initiatorum constantiam institutum putat, ut variae formidines, speciesque mortis et cruciatus iis intentarentur [i]. Sed hujus Mithriaci mimi expressam imaginem viri docti in Thuscorum artificum monimentis sibi cernere videntur [k]. Neque ignotum est has sacras tragoedias plerumque a dei, cujus id solemne esset, casu aliquo gravi fabulose repeti. Firmicus de Err. Prof. c. II. 406. Aegyptii in sacris suis, quae mysteria vocant, addunt tragica funera et calamitatis metuendae certamina. Minucius c. XXI. 195. considera sacra ipsa et mysteria; invenies exitus tristes, fata, funera miserorum deorum. His igitur similem Cabiri passionem in sacris Thessalonicensium aut verbis adumbratam aut actione quadam mimica expressam esse non negaverim, sed illa vaga argumentatio, quae Mithriaca Tuscis, Tuscana Pelasgicis conglutinat institutis, firmae assensionis aliena est. Quod reliquum est, perinde lubricum judico ritus ignotos ex historia deorum, quibus instituti sunt, conjectare, et quid deus aliquis fecerit vel passus sit, ex cerimoniis sine interpretatione traditis conjectura effingere. Solent etiam Christiani scriptores baptisma dominicae

[i] De relig. Pers. in Mem. Acad. Paris. T. XXIX. p. 132.

[k] v. Maffei Osservaz. Liter. Vol. IV. 63. Inghiram. Mon. Etr. T. II. 688.

Digitized by Google

passionis symbolum appellare, per quod morimur et consepelimur cum Christo et mox resurgimus v. Vales. ad Euseb. X. 482. quamvis actus ipse nullam prorsus aut mortis aut resurrectionis imaginem praebeat. Ex quo monemur ne omnia quae de actibus mysticis nunciantur, visu percepta potius quam mente atque animo spectatorum comprehensa putemus. De mimo Mithriaco accedit Archelai testimonium in Disp. c. Man. c. 36. 593. T. III. Gall. solem tantum colles Mithram locorum mysticorum illuminatorem; hoc est quod apud eos ludes et tanquam elegans mimus perages mysteria; et Augustini Quaest. e Vet. et Nov. Test. Append. T. III. p. 100. ne autem horreant turpiter dehonestari se, oculi illi velantur; alii autem sicut ales alas percutiunt, vocem coracis imitantur, leonum more fremunt, alii autem ligatis manibus intestinis pullinis projiciuntur super foveas aqua plenas accedente quodam cum gladio et irrumpente intestina qui se liberatorem appellat. Neque a Graecorum sacris aberant varia spectatorum terricula, pugnae festucariae aliaque violentiae simulacra, mortis mimicae quasi praevia, partim ex tempore ad ludificandos novitios inventa [1]

[1] Ad has tironum mystificationes nescio an referri debeant Achillis Tatii verba V. 23. ἑλκύσας τῶν τριχῶν ἀράσσει πρὸς τοὔδαφος καὶ κατακόπτει με πληγαῖς· ἐγὼ δ' ὥσπερ ἐν μυστηρίῳ μηδὲν εἰδὼς μήθ' ὅστις ὁ ἄνθρωπος ἦν, μήθ' οὗ χάριν ἔτυπτεν, ὑποπτεύσας δή τι κακὸν εἶναι ἐδεδοίκειν ἀμύνασθαι. Ab illis Mi-

partim scenico quodam artificio disposita, quoniam bona pars hominum nihil magis quam obstupefieri amat et pavidis si membra timore horruerunt, si toto corpore sanguis fugit et hirsutae dirigubre comae, tum frigutiunt, tum se aliquid praeclari adeptos putant. Ipsum Eleusiniam sacrum Clemens *δρᾶμα μυστικόν* vocat; quod fortasse nimis anguste interpretantur qui ad speciem scenicae actionis referunt. Sed in illis mysteriis, quae Alexander ad exemplum Eleusiniorum instituit, in conspectu ponebantur divinae Selenae cum amasio suo clandestina conversatio, Glyconis partus aliaque credulorum ludibria Lucian. T. V. §. 39. p. 99. Et in sacris Orphicis non dubito quin Zagrei caedes quocunque modo adumbrata fuerit. Verum in mysteriis publicis, hoc est iis quae pro populo instituta sunt, nullum reperitur tam foedi spectaculi indicium ac ne mortis quidem vicariae expressa imago. Nam illud quod de Lupercis narrat Plutarchus in V. Rom. c. XXI. *σφάττουσιν αἶγας, εἶτα μειρακίων*

thriacorum probationibus nonnulli Becanorum vexationes repetunt, quibus saeculo XIII. et XIV. et diu post bursarii gavisi sunt, totumque depositionis academicae ritum, quem Arnoldtus ex vetere liturgia describit *Historie der Königsberg. Universit.* T. I. 414. et facete interpretatus est Lutherus in J. Dinckelii libro *de origine et ceremoniis illius ritus qui in scholis depositio appellatur* A. MDLXXVIII. Est haec praesens larva et depositio, mi puer, nihil quam initium tantum earum depositionum, quae restabant tibi per omnem vitam; a quo initio symbolicas cornuum, dolabrae, runcinae, velsellae et ceterorum instrumentorum, quae scholari novitio applicantur, significationes persequitur, non quas putaret primos hujus ludicri moris auctores animo complexos esse sed quae auditu jucundae et ad docendum aptae viderentur. Neque alia ratione veteres sacros ritus et fabulas interpretati sunt.

Digitized by Google

δυοῖν ἀπὸ γένους προσαχθέντων αὐτοῖς οἱ μὲν ἡμαγμένῃ τῇ μαχαίρᾳ τοῦ μετώπου θιγγάνουσιν, ἕτεροι δὲ ἀπομάττουσιν, id licet dicis causa ad significandam immolationem usurpatum videatur, tamen ab imitatione homicidii tantum abest quantum Romani ipsi ab immanitate barbarorum. Sed deorum aliquem, cui publice arae et delubra consecrata essent, quem omnes votis et precibus invocarent, caesum credere foedeque obtruncatum et Attinis aut Adonidis instar muliebriter plangere, id Phrygum similius quam Graecorum, qui a deorum immortalium cultu tristitiam et moerorem quam maxime segregabant;

Ne fletu violate sacrum, ne plangite divos[m]

ea quasi publica vox est illius veteris et verae Graeciae, quae deos ῥεῖα ζώοντας decore venerata est.

§. 14.

His transactis supersunt Cabiri Pergameni et Berytenses, quorum illi paucis absolvi possunt, hi longiorem disputationem desiderant. Pausanias I. 4. ἣν νέμονται οἱ Περγαμηνοὶ Καβείρων ἱερὰν φασιν εἶναι τὸ ἀρχαῖον [n] αὐτοὶ δὲ Ἀρκάδες θέλουσιν εἶναι τῶν ὁμοῦ Τηλέφῳ διαβάντων ἐς τὴν Ἀσίαν. Hi igitur, si verba singula pensitamus,

[m] Statius Theb. V. 750.

[n] Welckeri interpretatio p. 317. ein Kabirencollegium beherschte in alten Zeiten das Pergamenische Land, paullo liberior est.

Digitized by Google

Cabirorum sacra a majoribus suis non ex Arcadia allata sed in hac Mysiae parte inventa esse dixerunt, quod admonendum duxi, ne quis ad deos magnos relabatur Pheneo, ut dicitur, per Dardanum advectos. Ac ne hujus quidem fabulae auctores unquam Cabirorum nomen cum diis Dardaniis communicaverunt, non magis quam cum Penatibus Romanis. De Pergamenis nihil amplius mihi compertum est. Noti autem sunt et illustres Cabiri Punici, Sanchuniathonis testimonio ornati, profanorum scriptorum antiquissimi. Genealogiae istius, quam Sanchuniatho Semiramidis aequalis literis mandavit, Herennius autem Philo, Grammaticus Byblius, sub initium secundi p. C. seculi in graecum transtulit sermonem, permagna olim fuit auctoritas apud eos praesertim qui linguarum gentiumque origines indagare conati sunt, velut Huetius, Rudbekius, Pezronus, Conradus Gebelinus, Delislius et ceteri rerum Praeadamiticarum et Utopicarum scrutatores, quorum in scriptis Sanchuniathon utramque facit paginam, diversissimarum sententiarum adjutor. Sed haec ejus existimatio aliquantum imminuta est Criticorum oppugnatione, qui Philonem non veterem Poeni cujusdam librum e tenebris protraxisse sed per summam fraudem, quae illi nunquam in mentem venerint, supposuisse statuerunt, primum Ursinus, tum Vandalius, deinde Dodwellus et nostra memoria Meinersius atque Hissmannus [°].

[°] v. Fabric. Bibl. T. I. p. 223.

Digitized by Google

His intercessit tertia sententia, partium diversarum conciliatrix, cujus auctores illam fraudis suspicionem neque omnino excludunt neque integre recipiunt sed rem ita decidunt ut interpretem graecum nonnullas antiqui operis partes fortiter interpolasse, alias autem illibatas tradidisse affirment. Hi pacificatores si nihil aliud dicunt quam non omnium quae in hoc libro continentur aut novitatem aut antiquitatem demonstrari posse, verissime quidem sentiunt sed ad causam dijudicandam perparum afferunt; nam hoc ipsum pro Annio Viterbiensi, Pyrrho Ligorio, Curtio Inghiramio ceterisque falsariis valet, quos omnia minima maxima mentitos esse tantum abest ut vinci possit, ut si quis majorem fabularum istarum partem ex occultis antiquitatis fontibus haustam dicat, neminem, qui contrarium demonstret, inventurus sit. Hoc enim vero ambigitur num ex Sanchuniathonis Theologia, qualem Eusebius exhibet, vetustissimorum Phoenicum sententiae cognosci queant; idque duobus modis explorari licet, si aut universa veterum scriptorum auctoritate et testimoniis communita est aut in singulis ejus partibus expressae veritatis notae apparent. Igitur, qui totum Sanchuniathonem rejiciunt, validissimum hoc afferunt, quod ante Philonem nullus aut Graecorum aut Romanorum ejus meminerit, perpauci post eum, primum Athenaeus, dein Porphyrius Athenaeo non multum inferior, mox Eusebius cum asseclis suis Cyrillo et Theodoreto, qui tres pro uno valent; postremo Suidas, nec

Digitized by Google

praeterea quisquam unus; nam de Clemente Gognetus perspicue fallitur [p]. His nuper accessit quartus testis Lydus de Ostent. p. 274. *οἱ Φοίνικες — ἄλλως πως περὶ Κρόνου λέγουσιν ὡς ἐκ τῆς δευτέρας τῶν Φοινικικῶν τοῦ Ἑρεννίου Φίλωνος ἔστι λαβεῖν.* quem librum Eusebius nominat IV. 16. 154. *τὴν Φίλωνος Φοινικικὴν ἱστορίαν*, nec dubitari potest quin idem Sanchuniathoni inscribatur tanquam primo auctori. Adversus haec respondetur, fortuitum esse quod liber punice scriptus summaeque antiquitatis literatorum scientiam fugerit. Ac vix scias utra pars praeponderet. Nam si Phoenicum Graecorumque consideremus commercia creberrima et antiquissima, si multitudinem hominum Sidoniorum, Tyriorum, Berytensium, qui aut philosophiam aut Grammaticam aut historiam graecis illustrarunt literis [q] nec minorem numerum exterorum, qui antiquitates punicas de industria perscrutati sunt [r], mi-

[p] Sur l' Origin. T. VI. p. 11. Clement Alexandrin au rapport de Saint Cyrille parloit de Sanchoniathon comme d' un historien de Phénice c. Jul. VI. 205. B. Il est vray, qu'on ne trouve aujourdhui dans les ouevres de ce Pere le passage que Saint Cyrille avoit en vûe, mais — nous n' avoins pas tous les écrits de Clement etc. Haec exceptio re ipsa refellitur. Cyrillus Eusebii locum integrum transcripsit, quem, ut pleraque Eusebiana, e Clemente excerptum esse putavit; quare pro Eusebio Clementem nominat; et Philonem Judaeum Sanchuniathonis interpretem facit errore aperto, quem Hissmannus non debebat in argumentum sumere ad Delislii Neue Welt- und Menschengeschichte T. I. p. 570. Nam hic ipse error ostendit Cyrillum totius causae vehementer ignarum fuisse.

[q] Sidonii Antipater, Zeno, Dionysius, Boethus, Diodotus; Tyrii Apollonius, Antipater junior, Heraclitus, Maximus; Berytii Mnaseas, Aspasius, Lysanias, Hermippus etc.

[r] Dius, Menander, Philostratus, Theodotus, Hieronymus, Histiaeus, Teucer.

Digitized by Google

rum, videatur necesse est, quod ante Philonem ne tenuissima quidem Sanchuniathonis fama percrebuerit. Sed rursus veterum monimentorum naufragia considerantes et ex quanta scriptorum copia quam pauci nobis relicti sint, fieri posse concedemus ut hi, quos superstites habemus, rem memorabilem quidem nec tamen vulgo jactatam aut ipsi ignoraverint aut referre non opportunum duxerint; quorum alterutrum de Sexto et Damascio sumendum est, qui Mochi physiologiam celebrantes Sanchuniathonem jam pridem graece versum tacent. Cetera argumenta quibus Meinersius et Hissmannus Poenulum nostrum impugnarunt, huc fere concurrunt, quod Taauten Aegyptium ad Phoenices transtulerit, quod urbis Tyri post Semiramidem conditae mentionem injecerit, fabulasque Hesiodias et Mosaicas commiscuerit; quae omnia partim controversa sunt, partim aliquas duntaxat libri partes attingunt, partim facile eludantur a mythologis synchyticis, qui omnium gentium religiones veteres novasque a principio easdem fuisse rentur et recentissimas quasque fabulas a primigeniae doctrinae fonticulis repetunt. Sed intervenit alia dubitatio. Concedamus Sanchuniathonis Origines ab illo albae gallinae filio Philone vigesimo post scriptoris obitum seculo detectas et editas esse, eumque librum Athenaei et Porphyrii testimoniis ab omni falsitatis suspicione liberari, quis nobis pro illa particula satis dabit, quam Eusebius proponit sub nomine Theologiae Punicae? Prior III. 126. A. in transitu memorat τοὺς

Digitized by Google

τὰ Φοινικικὰ συγγεγραφότας Σουνιαίθωνα καὶ Μωχόν. Porphyrius Abst. II. 56. Phoenices ait deorum aras humano sanguine cruentasse testemque adhibet τὴν Φοινικικὴν ἱστορίαν a Sanchuniathone punice scriptam, a Philone Byblio graece editam δι' ὀκτὼ βιβλίων. Idem in libris contra Christianos scriptis sententiam tulit ab Eusebio relatam X. 485. B. de Judaeis verissima prodidisse Sanchuniathonem, hunc autem πᾶσαν τὴν παλαιὰν ἱστορίαν ἐκ τῶν κατὰ πόλιν ὑπομνημάτων καὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναγραφῶν συναγαγεῖν καὶ συγγράψαι, unde colligitur Philonis librum περὶ Ἰουδαίων, quem Origenes c. Cels. I. 18. et Eusebius [s] commemorant, historiae Punicae continuatum esse et pariter cum illa modo interpreti Philoni adscribi modo Sanchuniathoni. Ex his igitur libris Eusebius prooemium Philonis et huic subjunctam Sanchuniathonis τὴν Φοινικικὴν θεολογίαν affert, quae utrum genuina an Philoniano operi furtim inserta sit, quam maxime dubitari potest, non solum propter multiplices veterum librorum adulterationes [t] sed etiam quia

[s] Hic L. I. 10. 40. absoluta Theologiae Punicae relatione ταῦτα, inquit, ἀπὸ τῆς Σαγχουνιάθωνος προκείσθω γραφῆς, ἑρμηνευθείσης μὲν ὑπὸ Φίλωνος, δοκιμασθείσης δὲ ὡς ἀληθοῦς ὑπὸ Πορφυρίου. Ὁ δ' αὐτὸς ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων συγγράμματι περὶ τοῦ Κρόνου λέγει etc. quae Orellius p. 42. inscite Porphyrio tribuit et paullo post p. 44. ubi Eusebius pergit ὁ δ' αὐτὸς πάλιν περὶ τῶν Φοινίκων στοιχείων, ἐκ τῶν Σαγχουνιάθωνος μεταβαλών, θεῖα ὁποῖα, φησὶ περὶ τῶν etc. astute disceptat utrum ὁ αὐτὸς Porphyrius sit an Philo, sed ex orationis colore Porphyrium sibi cognoscere videtur, qui nullum de Judaeis librum scripsit sed scripsit Philo, ut clare dicit Origenes. v. Epimetr. IV.

[t] Harlesius p. 224. apposuit Beckii Viri venerabilis sententiam: Mihi non videtur integer liber a Philone confic-

Digitized by Google

causa adulterandi in oculos incurrit. Etenim meminisse oportet quo loco Eusebius quove consilio Sanchuniathonem suum inducat. Nempe in praeparatione demonstrationis Evangelicae et ad coarguendam religionum gentilium vanitatem. Quam ad rem nihil fortius afferre poterat quam illius Poeni testimonium, cujus summa haec est, deos qui ubique terrarum colantur, mortales ex mortalibus natos errore et superstitione hominum coelestes accepisse honores. Id si verus et Semiramius Sanchuniathon ex antiquissimis gentis suae monimentis promulgavit, nemo resistere poterat quin deorum cultum pro vano et irrito rejiceret; id quod Eusebius his libris efficere conatus est. Nonne haec satis certa collusionis indicia videntur? Sed non minus aperte causae Eusebianae patrocinatur Philo ipse. Nam quum de deorum amoribus, rixis, adulteriis eae essent vulgatae fabulae, quae ipsis eorum cultoribus pudorem et taedium afferrent, adversariis autem inexhaustam praeberent conviciandi materiam, veterum errorum defensores ad allegoricas confugerunt interpretationes. Haec igitur extrema superstitionis propugnacula Apologetae christiani omnibus viribus atque opibus convellere laborant. Tatianus c.

tus esse, haec enim fraus statim omnibus innotuisset. Verum tamen scimus nullum fere scriptorum classicorum esse, cui non liber aliquis suppositus sit, eamque fraudem minime omnibus innotuisse sed saepe fefellisse doctissimos usque ad hanc aetatem. Philonis vero furtum tanto facilius latebat, quanto ignotior erat sermo punicus, quem qui non callebant, neque antiquitatum punicarum penitus periti erant, suspicari quidem fraudem sed demonstrare non poterant. Et quis scit, an nulla ejusmodi suspicio fuerit?

Digitized by Google

Gr. p. 160. *πείσθητέ μοι, inquit, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες μηδὲ τοὺς μύθους, μηδὲ τοὺς θεοὺς ὑμῶν ἀλληγορήσητε* etc. eodemque Clemens, Arnobius et ceteri omnia sua tela congerunt et Eusebius ipse discutiendis allegoricorum argutatorum captiunculis plurimum operae insumit: *οὐδαμῶς φυσιολογίας ἐν τοῖς περὶ θεῶν μύθοις παραδεχόμεθα οὐδέ γε τὰς σεμνοφανεῖς καὶ σοφιστικὰς περιφρείας* III. 82. C. 123. A. eoque tota illa Theologiae Punicae expositio dirigitur *ὡς μηκέτι χρῆναι βιαίους ἀνιχνεύειν φυσιολογίας* I. 42. D. Eandem vero causam quasi de composito agit Philo: *ἐπιμέμφεται τοῖς νεωτέροις ὡς ἂν βεβιασμένως καὶ οὐκ ἀληθῶς τοὺς περὶ θεῶν μύθους ἐπ' ἀλληγορίας καὶ φυσικὰς ἐξηγήσεις καὶ θεωρίας ἀνάγουσι* p. 32. A. vix ut praevaricationis suspicionem effugere possit. Sed illam ipsam Cosmologiam, quam Eusebius proponit, paulo accuratius considerare libet. Etenim Sanchuniathon iste perfectissimus Atheus est prorsus ad Euemeri normam: *οὐ τὸν ἐπὶ πάντων θεὸν οὐδὲ μὴν τοὺς κατ' οὐρανὸν, θνητοὺς δὲ ἄνδρας καὶ γυναῖκας θεολογεῖ καὶ μαρτυρεῖ γε τούτους ἐκείνους εἶναι τοὺς εἰσέτι θεοὺς παρὰ τοῖς πᾶσι νενομισμένους* p. 31. C. et deinde latius disserit priscos mortalium coelo, astris, elementis, denique terrae fructibus rerumque utilium inventoribus et amplificatoribus divinitatem dedisse; quorum plurimos nominatim persequitur, Phlogium, Photium et Pyrium [u]

[u] Horum filii Casius, Libanus, Antilibanus et Brathy, a quibus montes denominati. Montis Brathy causa Orellius, ut saltem ali-

Digitized by Google

ignis repertores, Agrium atque Halieum venatus atque piscatus, aliarum rerum alios; hisque immiscet deorum barbaricorum et graecorum nomina, Beli, Dagonis, Taautae, Urani et ceterorum, quos omnes homines fuisse sapientia aut fortitudine praestantes, eorumque conjugia, cognationes, bella, foedera, ortus, interitus recitat illo bello Diodori exemplo. Coelum dicit e sorore Gaea Saturnum, Dagonem et Atlantem procreasse, plures autem e pellicibus, qua re iratam illam Saturnum ad defectionem impulisse. Dehinc nos edocet quomodo hic Mercurii consiliis et sociorum Elohim armis adjutus patrem regno deturbaverit, Atlantem res novas molientem compescuerit e Rhea, Dione aliisque concubinis multitudinem liberorum susceperit, eorum plures interfecerit, superstites autem reges constituerit, Neptunum Beryti, Taautem Aegypti, Bybli Venerem, Atticae Minervam. Postremo pestilentia oborta filium unicum (τὸν μονογενῆ) patri ad immortalitatem consecrato immolasse et cum familia sua circumcisionem subiisse dicitur. Haec ille nobis narrat — tricas atque apinas et si quid vilius istis. Verum tamen si quis credere potest antiquissimos Phoenicum theologos Coeli, Saturni, Jovis et ceterorum res gestas, sic ut He-

quid faceret, Lexicon geographicum evolvit, sed nihil reperit p. 16. Hamackerus in Miscell. Phoenicc. p. 165. nomen mendosum esse putat sed fortasse montem Tabor significari. Vereor ne ille jocularis Coamologus rem totam finxerit. Nimirum quia libanus et casia frutices odorarii sunt, herbae Sabinae, quae Brathy dicitur, simillimi, facetum fore putavit si Libano, Antilibano et Casio frater adderetur Brathy.

Digitized by Google

siodus et Apollodorus tradunt, sed demta divinitatis opinione, literarum monimentis consignasse, huic ego non adversabor, neque miror adeo, si, qui Epimenidis modo ante hos ducentos annos obdormivit, nunc expergefactus e somno eadem credit, quae Huetianis seculis credere decorum fuit. Sed illud mihi permirum et suspiciosum videtur, quod hujus tam singularis theologiae nulla est ante Eusebium memoria, non intus Ecclesiam, non extra eam, non apud Graecos aut Romanos aut Judaicos scriptores, ne apud Josephum quidem, qui rerum Punicarum scriptores multos producit et intestina Tyriorum scrinia perscrutatum se dicit. Esto ut Sanchuniathonis liber antequam in graecum conversus esset sermonem, ab exteris legi non potuerit. Sed qui post Philonem vixere Apologetae Christiani, Athenagoras, Clemens, Tertullianus et ceteri ante Eusebium, qui fit, ut nunquam hoc gravissimo causae suae patrono utantur, quum Euemerum, Thallum, Nepotem et alios minutos Sophistas semper in ore ferant et per omnem occasionem tanquam certissimos veritatis testes praedicent? Equidem hunc Pragmaticorum coryphaeum illis non auro contra carum fuisse crediderim, si cognitam habuissent scilicet mantissam Eusebianam Octateucho Philoniano quoquo loco insertam. De Athenaeo id prorsus non potest obtineri; de Porphyrio ne credibile quidem videtur. Is enim Sanchuniathonem multis laudibus exornat eumque Berytiorum regis Abibalis, cui ille librum suum obtu-

Digitized by Google

lisset, et omnium intelligentium assensu publice comprobatum esse narrat — ὑπ' ἐκείνου καὶ τῶν καθ' αὐτὸν ἐξεταστῶν τῆς ἀληθείας παρεδέχθη p. 31. A. Porphyrium vero, constantissimum veterum superstitionum defensorem, haec de illa Genealogia Eusebiana praedicasse, qua omnium gentium generumque dii, superi, inferi, mediоxumi, in homines transcribuntur, ipsaque fundamenta allegoricae interpretationis expugnantur, neminem crediturum arbitror, qui modo cum Platonicis aliquod commercium habeat noveritque quanta illi sedulitate deorum patriorum cultum jam in dies evanescentem sustentare fabulasque sacras a reprehensorum criminibus praetextu symbolicae significationis defendere conati sint. Praeterea ab Eusebio non leviter dissidet. His novem Philonis libros numerat, ille octo; quod qui excusare student, hoc effugio utuntur Porphyrium aut librum de Judaeis aut eum, quo Theologia contineretur, ab Historiis sejunxisse. v. Bochart. Can. P. II. 17. 857. quod utrumque praeter speciem fingitur. Deinde Porphyrio Sanchuniathonem dicit universam historiam antiquam collegisse ἐκ τῶν κατὰ πόλιν ὑπομνημάτων καὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναγραφῶν ap. Eus. I. 9. 31. X. 9. 485. Philo vero Eusebianis Taautae commentariis usum fingit καὶ τοῦτο ἀπὸ τῶν θεοῦ τινὸς ἐνθουσιαστικῶν ἀποκρύφοις Ἀμμωνιέων γράμμασιν, nimis vastum fere mendacium ratus, si hanc impiam doctrinam, qua omnis deorum religio tollitur, tabulis oppidanis et monumentis per templa vulgá-

Digitized by Google

tis inscriptam fuisse dixisset. De Porphyrio igitur res vehementer vacillat. Hoc autem teste summoto in confessum venit totius causae discrimen in uno Eusebio verti, sponsore non sane certissimo. Constat enim his temporibus, quibus religiones veteres et novae, peregrinae et domesticae inter se conflictatae sunt, libros sacros profanosque cum summa impudentia interpolatos atque ipsi Homero, quem omnes legebant, multi memoriter tenebant, versus affictos esse alienissimos. Eusebius vero ad has fraudes odorandas quam hebes fuerit, ostendunt versus Orphici e Testamento petiti utique non ii quos cum Clemente communes habet sed illi insiticii et autojudaici quibus solus utitur. Unde suspicio orta est ne ipse finxerit[v] eodem consilio quo Josepho illud de Christo testimonium, quo primus usus est, supposuisse creditur[x]. Ergo ut disputationem constringam, quae solent esse falsitatis signa, ea omnia in Theologiam Punicam conveniunt, auctor e fabulosa antiquitate repetitus, interpres obscurissimus, bis mille annis post natus, ante quem ne nomem quidem Sanchuniathonis

[v] Hoc diluere studet Valckenarius Aristob. p. 82. quod illos versus qui Orpheo supposuerit huic veram dei cognitionem asseruerit, Eusebius vero id maxime negaverit, Orpheum *οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἐγνωκέναι τὸν τῶν ὅλων ποιητὴν θεόν* III. 103. Verum hoc loco de versibus a Porphyrio allatis loquitur, qui ex antiquo Orphei carmine excerpti sunt v. supr. L. II. p. 441. et horum conditorem, quicunque sit — *εἴτε ὁ Θρᾷξ εἴη Ὀρφεὺς εἴτε ἄλλος τις* — recte de deo sensisse negat, sed hoc prorsus non negat neque ulla conditione negare poterat de Orpheo Aristobulo, germano Mosis discipulo.

[x] v. Eichstädt Progr. Flaviani de Jesu Christo testimonii *αὐθεντία*. Jen. 1813.

Digitized by Google

auditur; sed de hoc ipso interprete non plus constat quam id quod Athenaeus et Porphyrius testantur, eum Origines Punicas edidisse, unde non sequitur ut Theologiam cognoverit; haec igitur unius Eusebii fide periclitatur, qui ut ipse eam ad convincendos gentilium errores affert, ita argumenti ratio priscis religionibus quam maxime contraria suspicionem praebet ne ab aliquo Christianae causae patrono fallaciter sit composita. Quae si ita se habent, qua demum fiducia quidam affirmant primarias Sanchuniathonis sententias et ipsa fundamenta operis hodie superesse[y], et ex hac suspecta farragine tanquam e publico penu, quidquid in mentem aut libidinem, depromunt? Tacito quodam sensu quid in veterum monimentis antiquum tinniat, sese exploratum habere ajunt. Miruma vero de quibusdam Ciceronis et Platonis libris infinitas esse Criticorum dissensiones, genuini sint an suppositicii, neque id e ceteris eorum scriptis, quae plurima extant, clare posse dijudicari, ubi vero de Sanchuniathone agitur, homine nullius coloris, tum maxi-

[y] „Die Grundlage, die Hauptideen haben die gelehrtesten Forscher für alt, für ursprünglich phönizisch gehalten" Creuzer. Symb. T. II. 18. Caput autem est (ne quis obliviscatur) et fundamentum totius Theologiae hoc quod Eusebius clare indicat, omnes omnium gentium deos homines fuisse errore nupero ac novitio in coelum translatos, ὅτι ἡ τῶν θεῶν ἁπάντων πολύθεος πλάνη μακροῖς ὕστερον αἰῶσι πέφανται ἀρξαμένη μὲν ἀπὸ Φοινίκων καὶ Αἰγυπτίων, διαβᾶσα δὲ ἐκ τούτων ἐπὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη καὶ μέχρις αὐτῶν Ἑλλήνων. Haec si demseris, brevis illa relinquitur de mundi principiis narratio, quae utrum millesimo post Mosen an ante eum anno composita sit, nemo mortalium hominum scire potest. De universa Theologia idem quod Hissmannus judicat Zoega de Obelisc. p. 536. Philonem Sanchuniathonis nomine ad conciliandam Euemero fidem abusum videri.

Digitized by Google

me reperiri, qui in pauculis, quae ei tribuuntur, sententiis, antiquissimi omnium scriptoris quasi genuinas notas et proprium colorem sibi agnoscere videantur. Attamen fieri potest, ut Eusebius nonnulla a germano Philone et hic aliqua a vetere Sanchuniathone acceperit. Sane quidem, sed, quid fieri possit, quaerere ineptum est; quaeritur, quid sciri possit.

Haec nobis praefanda fuere, quoniam in illo Punicano mimo Cabirorum quoque nonnullae partes sunt. Nam ex Sydyco et una septem Titanidum, quas Saturnus rex cum Astarte Urani filia procreavit, natus est Aesculapius cum septem Cabiris: *ἐκ τοῦ Συδὺκ Διόσκουροι ἢ Κάβειροι ἢ Κορύβαντες ἢ Σαμόθρᾳκες,* et ad hos expositis Beli sive Saturni rebus gestis Genealogus noster redit itâque perorat: *ταῦτα πρῶτοι πάντων ὑπεμνηματίσαντο οἱ ἑπτὰ Συδὺκ παῖδες Κάβειροι καὶ ὄγδοος αὐτῶν ἀδελφὸς Ἀσκληπιός.* Hunc a graeco medico longe segregat Damascius in V. Isidori CCXLII. 573. *ὁ ἐν Βηρυτῷ Ἀσκληπιὸς οὐκ ἔστιν Ἕλλην οὐδὲ Αἰγύπτιος ἀλλά τις ἐπιχώριος Φοῖνιξ. Σαδύκῳ γὰρ ἐγένοντο παῖδες, οὓς Διοσκούρους ἑρμηνεύουσι καὶ Καβείρους· ὄγδοος δὲ ἐγένετο ἐπὶ τούτοις ὁ Ἔσμουνος, ὃν Ἀσκληπιὸν ἑρμηνεύουσιν.* Hunc ait a matre deorum Astronoe de stupro compellatum abscidisse sibi genitalia sed Paeanis arte et vitali calore [†] vitae restitutum deorum-

[†] *τὸν νεανίσκον τῇ ζωογόνῳ θέρμῃ ἀναζωπυρήσασα θεὸν ἐποίησεν* scil. mater deorum, quae a Platonicis *ἡ ζωογόνος θεά* nominatur Julian. Or. V. p. 337.

Digitized by Google

que in coetum relatum esse. Haec utrum Damascius a Sanchuniathone an ab aliis antiquitatum Punicarum scriptoribus acceperit, discerni nequit, quoniam nec hoc loco, neque in libro de Principiis, ubi Poenorum theologorum placita refert, illius nomen usurpat; sed ista deorum mater, quae amasium suum immortalitate donat, vehementer discrepat ab homunculis Eusebianis, qui parentes suos divinis quidem afficere honoribus sed minime mortalitatis lege solvere possunt; unde sequitur Damascium, si Sanchuniathonem legit, eum legisse, quem Porphyrius, non hunc Christianorum armigerum. Itaque summum, quod Cabirorum istorum patronis concedi queat, hoc est, scriptorem Punicum et eum quidem, ut Philoni videtur, perveterem, Sadyci quosdam filios Beryti cultos commemorasse; quos si ipse Cabiros aut Dioscuros aut Corybantes esse dixit, de vetustate ejus actum est; nam haec nomina antiquissimis Graecis ignota sunt, apud proximos eorum longe diversum valent et recentissimis demum temporibus promiscue usurpantur. Si vero, quod probabilius videtur, Philonis haec est interpretatio aut Damascii, nihil utilitatis affert nisi ut sciamus deos Berytensium similes fuisse Cabiris et Dioscuris; quid fuerint, non magis hinc discimus quam Memphiticorum, Celticorum [z] et Germanicorum deorum naturam e similitudine, quam cum alterutris illorum habere visi sunt, conjectare possu-

[z] Diod. IV. 56. Tacit. Germ. c. 43.

Digitized by Google

mus. Sed redeamus ad Strabonem, a quo divertit oratio.

§. 15.

Is ad extremum omnia, quae hactenus exposuerat, in incertum revocat addita clausula, quae omnem quaestionis ad exitum perducendae spem abscindat: ἄλλα δ' ἄλλως μυθεύουσιν ἀπόροις ἄπορα συνάπτοντες p. 213. Quis enim ex paucis, quae cognita habemus, conjecturam faciat de his, quorum notitia nulla ad nos pervenit, si ipsius Strabonis judicio haec illis dissentanea sunt et insociabilia? Itaque et in hoc loco et in omni fabulosae antiquitatis quaestione hoc unum egi ut, quae a veteribus tradita essent, undique colligerem non tanquam arbiter sed ut fidus interpres, veri falsique constitutionem optabilem magis quam impetrabilem, cogniti autem et incogniti distinctionem non solum necessariam sed etiam facilem esse ratus. Eaque testimonia sic in brevi conspectu collocavi ut novitia ab antiquis, certa a minus certis facile distingui possint. Nec me latet hanc in colligenda materia diligentiam et in ordinanda accurationem a nonnullis magnopere improbari, qui antiquitatem non e singulis vocibus sed ex universo quasi rerum concentu judicari volunt; idque sic temere audientibus facile persuadent. Nam nihil aliud dicere videntur quam, quod jam diu pro certo valuit, literatissimum quemque optimum esse vetustatis interpretem.

Digitized by Google

Verum opinio longe est alia. Sic enim dictitant, hanc, quam vocitamus, Mythologiam principio fuisse totum quiddam ab antiquitate religionis et sapientiae parente uno velut nixu editum, postea vero dispersum dissipatumque, sed, quae supersint ejus partes, eas necessario et inter se et cum toto congruere, itâque fieri ut Cornuti alicujus testimonia tantumdem valeant quantum Homeri. Quemadmodum igitur ex paucis antiquae cujusdam statuae particulis, quae forte servatae sunt, periti conjecturam capiunt, qui fuerit amissarum situs, quae proportio, sic illi ex his quae legerunt, quamvis pauca sint, de non lectis judicare se autumant intestino quodam naturae consensu omnia quae homines cogitent, optent, augurentur, ad certam rationis normam dirigentis. Scita est hacc oratio et vellem ita esset, sed vereor ne contra sit. Nam et norma haec, quod constet, adhuc a nemine inventa, et mythologia illa, ut dicitur, originalis sine dubio res commenticia est, fabulae autem, quibus constare creditur, aliae alias ortae, pleraeque a poetis et mythographis, nullo auctorum inter se consensu, ut illi ipsi testantur qui a rerum fontibus proxime afuerunt, Hecataeus et Herodotus, quorum communis est querela *οἱ Ἑλλήνων λόγοι πολλοί τε καὶ γελοῖοι* et *οἱ Ἕλληνες πολλὰ καὶ γελοῖα λέγουσι*. Itaque Acusilaus Hesiodo repugnat, Acusilao Hellanicus, hic ab Ephoro mendaciorum arguitur, Ephorus a Timaeo Joseph. c. Ap. I. 3. Quorum omnium nihil fieri potuisset, si, ut illi existimant,

Digitized by Google

antiquitatis memoria, antequam literis mandaretur, per lallos nutricum[zz] et vespertinos avorum sermunculos ad posteritatem propagata et ab omnibus sancte integreque, veluti fidei commissum, conservata fuisset. Neque solum popularis famae constantiam nullam sed etiam poetarum et logographorum licentiam summam fuisse testantur vulgaria proverbia: Quid cum fide poetis? et Quid non Graecia mendax audet in historiis? Itaque satius duximus veterum testimoniis et si quid ex his necessaria consequutione efficitur, acquiescere; quid mille annis ante creditum sit et quid in intimo antiquitatis recessu lateat, scire eorum est, qui omnium opinionum humanarum scatebras sibi nosse videntur. Nos enim vero adulto jam amni et a fontibus suis longe dilapso occurrimus, qui poetarum et periegetarum, historicorum et grammaticorum rivulis incitatus pauca atque indiscreta veteris aevi monimenta torrentis instar provolvit.

§. 16.

Expositis veterum sententiis redditaque nostri consilii ratione rem ipsam adoriamur et de mysteriorum Samothraciorum argumentis quid existimandum sit, accuratius consideremus. Notum est autem omnibus, hoc saxum jam diu volvi

[zz] Has jam olim mythologiam tractasse apparet e Platonis Rep. I. 350. D. ὥςπερ ταῖς γραυσὶ ταῖς τοὺς μύθους λεγούσαις, εἶεν, ἐρῶ καὶ κατανεύσομαι καὶ ἀνανεύσομαι.

Digitized by Google

nisu maximo, emolimento nullo; nam quoties quis rem profligasse sibi visus est, toties

ἀποστρέψασκε κραταιὸς
αἶτις· ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδής.

Nimirum quia nec ortum illius sacri nec institutionem perfecte novimus, de doctrina verò a sacerdotibus tradita ne verbum quidem relatum est, licet unicuique aliorum conjecturis praeferre suas, nec difficulter quidquid credere collibuerit, persuadebit lectoribus, quos prima rerum species utcunque credita aufert. Est enim quoddam genus argumentorum velitare et ad omnem usum aptum, illud ex nominibus ductum, quo res maximae effici possunt. Hoc igitur si quis delectetur, praesto sunt Cabirus [a], Cadmilus, Axierus,

[a] Urbs Pontica Cabira, quam Fabricius Bibl. T. IV. 638. non debebat commenticiam vocare, τὰ Κάβηρα nominatur Memn. Hist. XLIV. 66. ut Cabiri ipsi in numis Κάβηροι. Caber regio Indiae Cosmas L. XI. 337. E. Chaburus fluvius Indiae Plin. VI. 25. Chabura fons Mesopotamiae Id. XXXI. 22. Cobarus magus Medus Curt. VII. 4. Caburus Gallus J. Caes. B. Gall. VII. 65. forsitan ab aliis allata sunt. Apud Welckerum p. 233. lego, Nicephorum Bryennium Cabirorum nomine significasse Gheberos, ignis cultores Zoroastreos; locum non indicat neque Hydii liber mihi in promtu, sed non dubito quin ille sit L. I. 9. 23. A. ubi Machumet in proelio apud Aspachan secum habuisse dicitur Πέρσας καὶ Σαρακηνοὺς καὶ Καβείρους καὶ Ἄραβας, quibus haec adnotat Du Cangius p. 202. „Cabiri Bryennii et Scyli„tzae iidem cum Cabaris (Const. Porph. c. 59. p. 108. E.) populis „Turcis Septentrionalibus conterminis, cum quibus in Persidem forte „transierant" idemque sentit Stritterus Memor. Popp. T. III. 83. IV. 284. Hi igitur Gueberis non admodum similes, Cabiris certe dissimillimi sunt. Contra Celsum, qui scriptores sacros nonnulla a Persis sumsisse dixerat, Origenes haec monet VI. 648. E. T. I. septem coelos in nullo Hagiographorum nominari, οὔτ' ἀπὸ Περσῶν ἢ Καβείρων λαβόντες ἡμῶν οἱ προφῆται λέγουσί τινα. De hoc loco quum eruditum amicum P. de Bohlen consuluissem, is mihi respondit, Zoroastris sectatores significari videri sive potius Chaldaeorum sacerdotes, quos in loco quodam Talmudico Chaber dici testibus Relando et Ikenio; Persarum sacrificulis nomen Chaberim tribuere Rabbinos; id vero non persicum esse sed arabicum Kabir (magnus) unde vocabula

Digitized by Google

Axiocersus, quorum similia extant in omnibus linguis, Cimbrica, Hibernica, Persica, Graeca, et qualiacunque desideraveris. Jam si, ut homines ingeniosi facere solent, notiones singulis horum vocabulorum subjectas in mysteria Samothracia tanquam in aream irrigemus, inexhausta nobis pullulabit doctrinae mysticae copia. Quid enim, ut in hoc uno consistam, Cadmi nomini similius quam κόσμος? [aa] Atqui quod simile est, idem est. Ergo credi oportet Hierophantas Samothracios in concione sacra de mundi universitate verba fecisse et de hujus universi rectore et moderatore deo, et quidquid sancti altique est, eorum disputatione fuisse comprehensum. Hanc unam viam persequentibus brevi tempore millesima pagina crescet. Sed patent mille aliae. Nam quae veteres de diis Samothraciis eorumque cultoribus Cabiris et Corybantibus tradiderunt, totam fere mythologiam pervagantur et vix ullum deorum suspicione intactum relinquunt. Quum autem Hermeneutica symbolica hanc regulam constituerit, quidquid dei alicujus aut nomini aut muneri aptum et continens videri possit, id in sacris ejus dei a sacerdotibus fuse enarratum esse, largissima nobis datur ad fingendum materia, sive genios astrales, sive numina agraria sive potesta-

Gueber et Giaur detorta (nam Kafir i. e. infidelis ante Muhammedis tempora non convenire). Ergo nomen Gueber respondere hebraico Rabbi et persico Magus s. Mag, quod a samscrito Mah i. e. magnus ductum proprie dici de iis qui Zoroastris sectam sequantur.

[aa] *Κόσμος ἀπὸ τοῦ κάζω κασμός — δθεν ἡ τῶν ὅλων τάξις κόσμος ὑπὸ Πύθαγος εἴρηται* Etym. M. id est a Pythagora. *Ἁρμονία* apud Homerum fibulam significat.

Digitized by Google

tes infernas, sive totius naturae vires genitrices Cabirorum mysteriis inserere voluerimus. Denique si quis his omnibus animum nondum expleverit, nova pabula suggerit Plinius XXXVI. 4. Venerem, Pothon et Phaethontem a Scopa sculptos Samothracae sanctissimis cerimoniis coli testatus. Quanquam enim nullum tam tenue oppidulum fuit, quod non plura diversorum deorum sacra haberent, neque ulla re patet illos deos in mysteriis cultos esse, tamen nemo nobis interdicet, ne Hierophantas de amore, desiderio et luce [†], docte sublimiterque disseruisse credamus [††].

Haec et talia multa dici possunt, si quis hac δοξαστῇ τροφῇ gaudet planeque persuasum habet, quidquid cum Jovis, Apollinis, Minervae, Mercurii et cujuscunque dei nomine comprehendi possit, id, quum homines ad celebranda Olympia, Pythia, Hermaea convenissent, ab oratoribus sacris praedicatum esse. Si vero hoc in universum affirmare non audet sed certis quibusdam solemnibus sacerdotes de rebus divinis disseruisse defendit, certa etiam argumenta afferat oportet, cur de uno sacrorum genere valeat, quod non valet de universis. Illa enimvero, quae pro Samothracum mysteriis afferuntur, levia sunt omnia et perinfirma. Ἀῤῥήτους θέμιστας vocat Apollonius I, 917. ὄργια φρικτὰ θεῶν ἄῤῥητα βροτοῖσιν Or-

[†] Haec quidem deficit si verba et Phaethontem cod. regii auctoritate exterminantur; contra si Hirtii suasu Phanetem reponamus Orphicum, claror merus erit.

[††] Perinde ignoti sunt Ἄῳοι θεοὶ οἱ ἐκ Δρόμου κομισθέντες εἰς Σαμοθράκην λίμνην (ἢ Λῆμνον?).

Digitized by Google

pheus Arg. 469. et similiter Valerius II. 435. hic numinis horror et incautis decreta piacula linguis. Aristides T. I. p. 189. *τὰ τῶν Σαμοθρᾴκων ἱερὰ πάντων ὀνομαστότατα πλὴν τῶν Ἐλευσινίων.* Athenagoras narrat Leg. II. 5. Athenienses graviter succensuisse Diagorae *μὴ μόνον τὸν Ὀρφικὸν εἰς μέσον κατατιθέντι λόγον ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν Ἐλευσῖνι καὶ τὰ τῶν Καβείρων δημεύοντι μυστήρια,* atque de hoc etiam loqui videtur ignotus scriptor — Aelianus fortasse — apud Suidan s. Ἀναδεῖ. *οἱ Σαμόθρᾳκες κηρύττουσι κήρυγμα τὸν ζῶντα αὐτὸν ἀναγαγόντα δύο τάλαντα ἔχειν.* et s. Ἐξεφοίτα· *Ὁ δὲ παρὰ τοὺς ἀτελέστους ἐξεφοίτα τὰ τῶν Σαμοθρᾳκῶν ὄργια* [b]. Quis hinc intelligit ullam aut physicae aut metaphysicae doctrinae partem initiatis traditam esse? Jamblichus refert Pythagoran *τὴν θείαν φιλοσοφίαν καὶ θεραπείαν* partim ab Orphicis, Magis, Chaldaeis, Celtis et Hiberis didicisse, partim *παρὰ τῆς τελετῆς τῆς ἐν Ἐλευσῖνι γινομένης, ἐν Ἰμβρῳ τε καὶ Σαμοθρᾴκῃ καὶ Λήλῳ·* sed et hujus mendacii auctor levissimus sacerdotibus Samothraciis non plus tribuit quam disciplinae sacerdotalis scientiam, quae ut supra ostendimus, sacrificiorum ritibus continebatur et castimoniis. Neque non

[b] Libanius Apol. Socr. T. III. p. 53. *τῷ τὸν Διαγόραν ἀποκτείναντι μισθὸν ὑπέσχεσθε· τὴν γὰρ Ἐλευσῖνα καὶ τὰς ἀπορρήτους ἐκωμῴδει τελετάς.* Julian. Or. VI. 190. A. *Διαγόρᾳ φασὶ τῷ κατασκώψαντι τὰς τελετὰς πανηγύρεις τε τὰς παῤ αὐτοῖς καὶ μυστήρια τοσοῦτον ἐπιμηνῖσαι τοὺς τῶν ἱερῶν προεστηκότας ὥστε τοῖς ἀποσφάττουσιν αὐτὸν ἀργυρίου τάλαντον ἐπεκύρωσαν.* Plura fortasse suppeditat Philodemus in libro de diis, cujus notitiam accepi a Blomfieldio ad Agam. p. 219. usus negatus est; sed totam Diagorae causam a Fabricio saepius tractatam aliquando pertractari velim.

Digitized by Google

veri simile est in his rebus et in traditione nominum, quibus deos Samothracios invocare oporteret, et in praedicanda eorum potestate doctrinae mysticae summam positam fuisse. De Lemniis quidem et Imbriis Cabiris diserte Pherecydes ap. Strab. X. 210. *τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐστι μυστικά.* et Dardanum ipsum Dionysius refert magnorum deorum in Samothrace constituisse sacra *ἀῤῥήτους τοῖς ἄλλοις ποιοῦντα τὰς ἰδίας αὐτῶν ὀνομασίας* L. I. 68. cujus cautionis ratio supra explicata est. Num de ortu horum deorum et rebus gestis initiati aliquid acceperint, in dubitatione versatur. Diodorus V. 49. ubi de sacrorum institutione multa inepte fabulatur, addit *τὰ κατὰ μέρος τῆς τελετῆς ἐν ἀποῤῥήτοις τελούμενα μόνοις παραδίδοται τοῖς μυηθεῖσι,* ritus potius sacrorum quam fabulas sacras significare videtur. Sed in quinto libro c. 77. de sepulcro Jovis Gnosio sic disputat: id quod hic omnibus aperte appareat, deos, quos Graeci venerentur, homines fuisse, tecte significari mysteriis Orphicis, Eleusiniis et Samothraciis; hisque verbis illa denotat deorum *πάθη,* Proserpinae raptum, errores Cereris et mortem Zagrei, quae quum hominum imbecillitati potius quam deorum naturae perfectissimae conveniant, hinc ex ipsis Cereris Bacchique initiis intelligi posse affirmat, eos, quorum casus in sacris deplorentur, homines fuisse, non deos. Hic si Samothraciorum nomine non in vanum usus est, in confessum venit, in hisce quoque mysteriis *πάθος* quoddam deorum domesticorum aut enarratum

Digitized by Google

aut quoquo modo adumbratum esse, Cereris fortasse aut Liberae aut Iasionis; nam id accurate definiri nequit. Id vero num in occulto traditum sit, perinde ignotum. Eorum qui de Cabiris scripserunt aliqui opinati sunt τὰς πράξεις αὐτῶν μυστικὰς εἶναι Strab. p. 205. sed hos de alio Cabirorum genere Corybantum simili loquutos esse apparet, et hoc ipsum rejicit Demetrius ὡς μηδενὸς ἐν Σαμοθρᾴκῃ μυστικοῦ λόγου περὶ Καβείρων λεγομένου. Ac fieri potest ut horum nomina μυστικά fuerint, res gestae autem in vulgus notae. De Despoena Arcadum dea Pausanias multa narrat a sacerdotibus relata, unde orta, a quo educata sit, sed nomen ejus notitiae tradere prohibitus est — τῆς Δεσποίνης τὸ ὄνομα ἔδεισα ἐς τοὺς πολλοὺς γράφειν VIII. 37. et pari religione c. 25. τὴν Δήμητρα τεκεῖν φασιν ἐκ τοῦ Ποσειδῶνος θυγατέρα, ἧς τὸ ὄνομα ἐς τοὺς ἀτελέστους[c] λέγειν οὐ νομίζουσι, quae ob eam causam ἡ ἄῤῥη-

[c] Sic correximus olim in Diss. de Myster. Argum. II. 7. ibique etiam Herodoti locum II. 3. tractavimus τὰ θεῖα τῶν ἀπηγημάτων οἷα ἤκουον οὐκ εἰμὶ πρόθυμος ἐξηγήσασθαι ἔξω ἢ τὰ οὐνόματα αὐτέων μοῦνον, νομίζων πάντας ἀνθρώπους περὶ αὐτέων ὁμοίως ἐπίστασθαι. quem Heynius in Dissert. de fid. et auct. Diod. p. 129. T. V. Comm. Goett. perperam interpretatur, nec recte transtulit Schweighaeuserus: Quae audivi ad res divinas spectantia non est mihi animus in publicum proferre exceptis deorum nominibus existimans omnes in Aegypto homines idem de his nosse. Herodotus dicit se de his rebus nomine tenus nec amplius dicturum esse. Deorum nomina in sacris tradita tantum abfuit ut in publicum ederet, ut nihil magis tectum reconditumque habuerit. L. II. 61. τύπτονται μὲν μετὰ τὴν θυσίην, τὸν δὲ τύπτονται οὔ μοι ὅσιόν ἐστι λέγειν cf. II. 170. 86. 186. Deinde verba πάντας ἀνθρώπους — ἐπίστασθαι, significant omnes homines de rebus divinis idem sentire, scil. non temere evulgandum esse si quid in occulto traditum sit, quod de se ipso profitetur II. 65. τα θεῖα πρήγματα ἐγὼ μάλιστα φεύγω ἀπηγέεσθαι.

Digitized by Google

τος κόρη et ἄφραστος (Hesych.) dicta est. Illa vero Cabirorum nomina, quae Mnaseas prodidit, utrum in mysteriis tradita et semper eadem fuerint, an casu aut sacerdotum arbitriis alio tempore alia valuerint, injudicatum relinquimus. Sed illud vix dubitari potest, quin sacerdotes deorum magnorum laudes cecinerint, vim et providentiam praedicaverint; id enim tum omnium sacrorum argumentum commune est tum maxime solemnibus eorum numinum convenit, quae cultores suos e maximis periculis eripere crederentur, quorumque potentia tot tabulis pictis, tot amplis donariis, tot famae miraculis testata esset. Eoque referri possunt Galeni verba, quae supra retuli L. I. p. 63. ea quae in sacris Samothraciis agantur et dicantur — τὰ δρώμενα καὶ λεγόμενα — tum attente a praesentibus observari tum ad agnoscendam divini numinis providentiam nonnihil valere. Sed quocunque demum modo illud ambiguum nomen τὰ λεγόμενα accipietur, hoc certe nullo pacto efficiet ut Hierophantas de rerum principiis, de natura dei, de immortalitate animorum et ceteris rebus, quas doctrinae mysticae cantores comminiscuntur, disseruisse putemus. Quid jam commemorem quam inutile sit ad haec probanda Diodori testimonium, quod prius apposui p. 46. Samothracia arcana qui participent, justiores fieri et ad omnem vitae rationem meliores religionumque observantiores. Id enim de omnibus sacris praedicari potest, quae hominum sensus gravius commovent atque haud scio an nullum tam rude, tam

Digitized by Google

infabre sculptum idolum reperiatur, cujus adspectu barbari cultores non aliquando ad virtutem affectandam excitari possint. Postremo si quis me interroget, quam illa sacra habuerint celebritatis causam, nihilo magis, quod respondeam, habebo quam si quis quaerat cur homines religiosi tot maria ac terras permeaverint ut Herculi Gaditano [d] vel Cereri Ennensi vel deae Pessinuntiae [†] supplicarent praesentes. Nihil enim tam arbitrarium et inaestimabile est quam fama popularis, quae levis aurae afflatu incitata in quam semel inclinavit partem coeca vi propellitur. Alius visendae antiquitatis causa illuc profectus est, alius ut votum solveret, alius ad placandum numen scelere violatum, omnibus pro certo stetit facilius se deorum gratiam consequuturos esse si ad principes eorum aras sacrificassent. Itaque ne haec quidem sacri Samothracii celebritas argumentum praebet, cum initiatis ullam philosophiae aut ethicae aut physicae partem communicatam esse. Neque in ritibus ipsis quidquam reperitur quod hanc opinionem confirmet. Primum mulieres horum secretorum conscias factas esse exemplo sunt Olympias et Harmonia, quarum illam Philippus hanc Cadmus Schol. Phoenn. v. 7. tempore mysteriorum sibi conciliasse dicitur, quod nisi imperite fictum est, ostendit certe utrique

[d] Pomp. Mela III. 6. 1. not.

[†] Cic. de harusp. resp. c. XIII. Lucilius Aetna 563.
Magnificas aedes operosaque visere templa
trajicimus maria ac terras.

Digitized by Google

sexui aditum patuisse. Et vero etiam apud Apollodorum legitur in insula Samothracum a certo tempore pueros initiari more Atheniensium[dd] Donat. ad Phorm. I. 15. Sed praeter hos vulgares precatores, quorum maxima in omnibus sacris turba erat, adfuisse etiam deorum supplices patet ex Hesychii verbis *Κοίης ἱερεὺς Καβείρων ὁ καθαίρων φονέα· οἱ δὲ Κόης*, si modo haec de Cabiris Samothraciis valent. Nomen ipsum sine dubio graecum, *καθαρτήν* significans, qui noxios igne lustrat. Hesychius: *Κεῖα καθάρματα — Κειώσασθαι, καθήρασθαι — Κεώδης, καθαρός*. Plutarchus Quaest. Graec. III. 379. T. VIII. *τίς ἡ παρὰ Σόλοις ὑπεκκαύστρια; τὴν τῆς Ἀθηνᾶς ἱερείαν οὕτω καλοῦσιν ὅτι ποιεῖταί τινας θυσίας καὶ ἱερουργίας ἀποτροπαίους*[e]. Quum autem Samothraces ipsi ap. Liv. XLV. 5. profiteantur esse judicia apud sese more majorum comparata de iis qui incestas manus intulisse intra terminos sacratos templi dicantur, statuendum est eos, qui se sanguine contaminassent, prius quam sacris admitterentur esse expiatos. Et ne quis legum inscitiam excusare posset, sacerdotes

[dd] Nihil hoc differre videtur ab *ἀρκτεία* puellarum Atticarum apud Dianam Brauroniam. Eur. Iph. A. 423. *Ἀρτέμιδι προτελίζουσι τὴν νεανίδα*. Pueros sacris Bacchicis operantes exhibent Antistii Epigr. I. 284. (T. II. 259. Jac.) et *Adesp.* DCCLXI. neque dubium quin puellae quoque honorifico camillarum munere functae sint. Ille autem *παῖς ἀφ' ἑστίας μυηθείς*, de quo jam diu certatur, nescio an *ἀπὸ τῆς κοινῆς ἑστίας* id est nomine civitatis ad sacrorum mysticorum ministeria legatus fuerit, et *κόρη ἀφ' ἑστίας μυηθεῖσα* Hierophantidi praeministraverit ut Flaminia sacerdotula Diali Flaminicae Fest.

[e] Hesychius *Καυτόν, θυσία τις.* fortasse *ὁλοκαύτωμα* significans, quod diis inferis et averruncis afferebatur. Gloss. Gr. Lat. *Ἀποκαίει νεκροῖς νεκύσια* parentat.

Digitized by Google

singulos, qui nomen profiterentur, percontati videntur, numquid gravius commisissent [f]. Munus autem impuratos lustrandi Cabiris ipsis delegatur in portentosa fabula, quam Schol. Theocr. II. 12. refert ex Sophronis fortasse mimo muliebri depromtam, aptam certe Gynaeceo: Angelum Jovis et Junonis filiam matri furatam esse unguentum, quo illa faciem delibuere soleret, et tradidisse Europae, re autem patefacta poenae metuentem in puerperae domum, post ad Libitinarios se contulisse, ὅθεν τὴν μὲν Ἥραν ἀποστῆναι, τὸν δὲ Δία τοὺς Καβείρους κελεῦσαι ἀναλαβόντας καθᾶραι· ἐκείνους δὲ ἐπὶ τὴν Ἀχερουσίαν λίμνην ἀπαγαγόντας ἁγνίσαι. In Samothracia ipsa Dardanum parricidio contracto expiatum narrat Eudocia p. 196. Sacra autem piacularia eadem orgiastica fuisse ex his, quae de Orpheo diximus, abunde cognoscitur, idemque de Samothraciis valere tum Statius testatur Achill. II. 157.

> Tunc thyrsos pariterque levant pariterque reponunt
> multiplicantque gradum modo quo Curetes in actu
> quoque pii Samothraces eunt.

tum Strabo confirmat, Cabiros iterum tertiumque cum Curetibus, Corybantibus et Satyris compo-

[f] Notum est illius Laconis apophthegma, quod Plutarchus varie narrat in Apophth. p. 197. Ἀνταλκίδας ἐν Σαμοθρᾴκῃ μυούμενος ἐρωτηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἱερέως, τί δεινότερον δέδρακεν ἐν τῷ etc. sed p. 228. Λυσάνδρῳ ἐν Σαμοθρᾴκῃ χρησηριαζομένῳ ὁ ἱερεὺς ἐκέλευσεν εἰπεῖν ὅτι ἀνομώτατον αὐτῷ πέπρακται. et p. 246. Laconem aliquem hoc a mystagogo suo interrogatum dicit. Verbum χρησηριάζεσθαι nobis in memoriam revocat Athanasii locum de Incarn. p. 74. C. T. I. ed. Commel. πάλαι μὲν τὰ πανταχοῦ τῆς ἀπάτης τῶν μαγειῶν ἐπεπλήρωτο καὶ ἐν Δελφοῖς καὶ Δωδώνῃ καὶ Βοιωτίᾳ καὶ Λιβύῃ καὶ Αἰγύπτῳ καὶ Καβείροις μαντεύματα.

Digitized by Google

nens tanquam eodem sacrificandi genere usos. Romanarum vero rerum scriptores illos Saliis aequiparant. Servius ad Aen. II. 235. Dardanum quidam ab Arcadia profectum venisse ad Phrygiam volunt; alii de Samothracia Trojam Penates detulisse, quos post secum Aeneas ad Italiam vexit. Nam et Samothraces horum Penatium antistites *suos* vocabant, qui postea a Romanis Salii appellati sunt; hi enim sacra Penatium curabant. Hic pro suos Gutberlethus ex illo Hesychii loco emendavit Coes. Quorum nominum quum nulla inter se similitudo sit, praetuli Saos s. Saios; id enim antiquum gentis Samothraciae nomen, retentum fortasse, ut pleraque antiqua, in sacris. Idem ad Aen. VIII. 285. alii dicunt Salium quendam Arcadem fuisse, qui Trojanis adjunctus hunc ludum in sacris instituerit; nonnulli tamen a Dardano institutos volunt, qui Samothracibus diis sacra persolverent. Festus p. 474. Critolaus Saonem ex Samothrace cum Aenea deos Penates qui Lavinium transtulerit, saliare genus saltandi instituisse[ε]. Et eodem modo Plutarch. Num. XIII. 169. *Σάλιοι ἐκλήθησαν Σαμόθρᾳκος ἀνδρὸς ὄνομα Σαλίου τὴν ἐνόπλιον ὄρχησιν ἐκδιδάξαντος.* Haec licet omnia male conjecta sint, tamen similitudinis cujusdam inter saltatores Sa-

[ε] Hic Critolaus addi poterit scriptoribus supra nominatis §. 1.

Digitized by Google

mothracios et Romanos fidem facere videntur, quam Strabo sequutus Cabiros inter veteres deorum orgiastas retulit.

§. 17.

His paucis testimoniis inaedificatae sunt illae infinitae hominum doctorum conjecturae de arcana Samothracum disciplina. Nam quae praeterea afferuntur ne umbram quidem dogmatum mysticorum continent. Apollonii scholiastes narrat initiatis taenias purpureas esse traditas, quibus adversus pericula navigationis tutarentur sese, eoque praesidio Ulixem tempestatem effugisse, Agamemnonem turbas seditionum. His Sancrucius coronam oleagineam [h], Muenterus [i] pileum de suo liberaliter adjiciunt, ille Proculi testimonio usus, in quo de diis Samothraciis nullum verbum legitur, hic, quia pileus ut omnium Laconum sic etiam Dioscurorum insigne est, Dioscuri autem a recentioribus cum Cabiris confusi sunt. His equidem immorari nolo, non quo ingeniose dicta esse negem, sed ne nova exoriatur disputatio de Hierophantarum lectionibus astronomicis; nam illas obbatas cassides hemisphaeriorum symbola fuisse diu ante

[h] Le récipiendaire se présentoit couronné de branches d'olivier T. I. 53. Proculi locum, quem ille a Meursio accepit, supra exhibui.

[i] Erklärung einer griechischen Inschrift p. 17. qui totus libellus scriptus est ad probandum, Epigramma Sponianum (Jacobs. Parall. p. 779.) dedicatum esse puero mysteriis Samothraciis initiato. Vanam esse hanc opinationem olim ostendi in Ephemer. Jenens. neque aliter sentit Jacobsius, et res ipsa loquitur. Ille tamen perstat in sententia Antiq. Abhandl. N. VII. inventumque suum eo magis amat, quod sine rivali amat.

Digitized by Google

Homerum decernunt homines elegantiores adversus Delambrium et Schaubachium, qui Graecos sphaerae notitiam multo post Homerum tempore cepisse sibi persuaserunt. Sunt etiam qui annulos Samothracios ad mysteria referant eosque a sacerdotibus ad obstupefaciendos spectatores fabricatos putent; quod illis ariolationibus probabilius, ceterum a nullo veterum testatum est[k]. His unum est quod adjiciam Libanii testimonium Pro Aristoph. p. 447. T. I. *πόσου ποτ' ἂν ἐπρίατο Γεώργιος* (episcopus) *ἐκεῖνος αὐτομολοῦντα τοῦτον ἰδεῖν καὶ στάντα ἐπὶ τοῦ βήματος, ὅθεν ἐκεῖνοι τὰς γραῦς δημαγωγοῦσιν, ἐξειπεῖν καὶ διασύρειν τὰ ἀπόῤῥητα τῶν δαιμόνων, τὰ τῆς Ἰνοῦς, τὰ τοῦ παιδὸς, τὰ Καβείρων, τὰ Δήμητρος.* unde intelligitur Cabirorum sacra usque ad haec tempora perdurasse; quo loco, non constat. Quando coeperint prius in ipsis hujus disputationis exordiis dixissem, si mihi res explorata esset. Vossius quidem, cujus judicio plurimum tribuo, circa Hesiodi tempora extitisse putat: In Hesiod's Theogonie ist dem Kadmos Harmonia der Kypris und des Ares Tochter vermählt. Damahls hatten Foeniker mit meerhandelnden Griechen gegen die Gefahren der Pontosfarth eine Weihe in Samothrake gestiftet[l]. — Wahrschein-

[k] Etym. M. 573. 13. *Μαγνῆτις καλεῖται Ἡράκλεια διότι περὶ Ἡράκλειαν τοπρῶτον ἐφάνη· οἱ μὲν περὶ τὴν ἐν Πόντῳ φασὶν, οἱ δὲ περὶ τὴν ἐν Σαμοθράκῃ.* Sed et hoc infirmum est neque annulos Samothracios in insula Samothracia fabricatos esse constat.

[l] Phoenices mercatores Samothraciam frequentasse creditu fa-

Digitized by Google

lich gefiel es dem samothrakischen Priesterbund den Kadmos ingeheim zum Eidam des thrakischen Ares und der Afrodite zu machen, eodemque refert Hecaten ab Hesiodo celebratam et Phaëthontem, quem idem memorat, a Samothracibus cultum Epp. Myth. T. III. p. 100. cf. p. 63. p. 163. et Antisymbol. T. I. 66. Quae ut non nego quodammodo inter se congruere, ita an communes fontes habeant, adhuc dubito, neque diffiteor sacerdotum in proseminandis et mutandis mythis sollertiam et conspirationem mihi non tam clare apparere. Eaque etiam causa fuit, cur non omnes fabulas, quas Vossius e turbidis mysteriorum fontibus emanasse statuit, mysticae adscriberem doctrinae, quod et difficile videbatur sententias, quae auctoris lucem desiderant, accurate interpretari, et verecundabar ei repugnare viro, qui πρεσβύτερος γεγόνει καὶ πλείονα ἤδη, et cui ipse quidquid in hoc genere studiorum profeci, si quid profeci, laetus libens acceptum refero. Haec, quae illo vivente nunquam dixissem, de mortuo praedicare mihi jus fasque est, meo ut animo satis faciam potius quam ut eum ornem, qui nullius praeconio eget. Nam dum haec studia vigebunt, dum patrius sermo coletur, dum recto veroque suum constabit pretium,

semper honos nomenque viri laudesque manebunt.

cile, sed punicarum religionum vestigia in mysteriis illis neque ego deprehendi neque veteres animadvertisse video.

Digitized by Google

CAP. VI.

De Cobalis et Cercopibus.

Quoniam Cabirorum et Cobalorum nomina non solum iisdem fere elementis constant sed etiam nonnullis idem significare videntur, eam quoque rem in disceptationem vocabimus sed ita ut Cercopes comprehendamus Cobalorum quasi praecursores, de quibus jam multi disseruerunt, primum editores Adagiorum, tum Bochartus in Geogr. I. 33. 655. Parrhasius ad Claudian. L. III. v. 184. aliique interpretum ad Ovid. Met. XIV. 89. deinde Davisius ad Max. Tyr. IV. 8. et Larcherus ad Herod. T. V. p. 426. postremo Millingen Peint. p. 56. cujus in picturis una est quae duo repraesentat Cercopes, Herculis arma furatos. Haec nos partim uberiora facere, partim ex inordinatis in ordinem redigere conabimur [a].

§. 1.

Homeri sub nomine olim circumferebatur poema *Κέρκωπες* inscriptum, unde Harpocratio haec enotavit *ἐξαπατητῆρες ἦσαν καὶ ψεῦσται οἱ Κέρκωπες*, quae sola inter Homeridarum reliquias retulit Wolfius. Sed ex eodem haud dubie de-

[a] Primum edita est haec dissertatio A. MDCCCXX. repetita in Friedemanni et Seebodii Miscell. Crit. Vol. II. P. III. 563. Huellmanni V. Cl. commentatio de Cercopibus et Cyclopibus MDCCCXXVI. mihi per ephemerides innotuit.

Digitized by Google

promti sunt versus quos Suidas s. *Κέρκωπες* demto auctore affert

> *Ψεύστας, ἠπεροπῆας, ἀμήχανά τ' ἔργ' ἀνύσαντας* [b]
> *ἐξαπατητῆρας· πολλὴν δ' ἐπὶ γαῖαν ἰόντες*
> *ἀνθρώπους ἀπάτασκον ἀλώμενοι ἤματα πάντα.*

neque hoc praeteriit Kuesterum. Quo loco autem Homerus Cercopes suos introduxerit et quid agitantes, ex illis suspicari possumus, quae Diotimus scripsit in *Ἡρακλέους ἄθλοις* Suid. s. *Εὐρύβατος*)

> *Κέρκωπές τοι πολλὰ κατὰ τριόδους πατέοντες*
> *Βοιωτῶν σίνοντο· γένος δ' ἔσαν Οἰχαλιῆες,*
> *Ὦλός τ' Εὐρύβατός τε δύω βαρυδαίμονες ἄνδρες.*

unde probabiliter conficitur Homerum quoque Cercopes cum Hercule composuisse eo loco, quo Euryti urbem urbisque expugnationem celebraret, hoc est in Heraclea sive Oechaliae Halosi, et huic carmini, ultima Thebani Herois facinora complexo, quod vulgo Creophylo tribuitur, poemation de Cercopibus tanquam embolium quoddam attextum fuisse. Nam Creophylum in Heraclea de Oechalia loquutum esse Euboica, Pausaniae testimonio constat, quod Fabricius affert. Hos Oechalienses Cercopes novit Scholiastes Lucian. Alex. §. 4. p. 66. sed aliis nominibus praeditos: *Οὗτοι ἐν Βοιωτίᾳ διέτριβον Οἰχαλιεῖς ὄντες γένος*

[b] Sic Kuesterus emendavit pro *ἔργ' ἐάσαντας*, neque id improbabat Hermannus, quum eum de hoc loco interrogarem. Nobis in mentem venerat *ἔργα δαέντας*, non proprio significatu ut Hom. H. in Vulc. v. 5. Theocr. Id. XVII. 81. sed simile homerico *ἄκοσμά τε πολλά τε εἰδώς*.

Digitized by Google

Σίλλος καὶ Τρίβαλλος ὀνομαζόμενοι, ἐπίορκοι καὶ ἀργοί· ἀπ' αὐτῶν καὶ τὸ παροιμιαζόμενον Κερκώπων ἀγορά; ἀπελιθώθησαν δ' οὗτοι. Nec dubitari potest quin Herculem in illa Oechaliensi expeditione quoquo modo vexaverint. Quanquam enim de sedibus eorum et nominibus auctores maximopere variant, tamen omnes eis Herculem adjungunt. Herodotus VII. 216. viam Anopaeam in Locridis confiniis in angustissimum tramitem exire dicit *κατὰ Μελαμπύγου καλεόμενον λίθον καὶ κατὰ Κερκώπων ἕδρας.* ubi Melampygi lapis eum significat, in quo Hercules requievit [†], *ἕδραι* autem Cercopum insidias sive *ἐνέδρας*, unde heroem aggressi sunt et dormientem qnidem, ut videtur. Etenim Tzetzes Chil. V. 75. narrat Passalum et Aclemonem Memnonidis filios rapto vivere solitos, quum Herculis dormientis manticam manu tagaci scrutarentur, deprehensos, constrictos et in humerum Melampygi rejectos esse, quumque ita cernui penderent intellexisse demum cur mater jussisset a Melampygo manus abstinere. Eadem ex Dionis commentariis refert Nonnus Expos. in Greg. IV. c. 37. 508. cujus verba transcripsit Eudocia p. 43 [°] *τοῦ Ἡρακλέους ποτὲ ὑπὸ δένδρου κοιμωμένου καὶ τῶν ἑαυτοῦ ὅπλων ὑποκεκλιμένων τῷ φυτῷ πλησιάσαντες οὗτοι τοῖς*

[†] Notus est *λεὺς καππώτας* v. Ebert. Diss. Sic. p. 201. *Μαντοῦς δίφρος* Paus. IX. 10. 10. aliud saxum in quo Silenus resedit Id. I. 23. *Ἀνακλήθρα* ubi Ceres I. 43. et *ἀγέλαστος πέτρα* ejusdem sedile cf. Zoega de Obelisc. p. 196.

[°] Haec Acmonem vocat; apud Nonnum Alclemon legitur; Aclemon Tzetzae versus postulat. Nomen Passalus prave Boettigerus in Amalth. T. III. p. 328. ad obscoenum intellectum detorquet.

Digitized by Google

ὅπλοις ἐπιχειρῆσαι ἐβουλήθησαν et hinc similitudinem repetit Eunapius V. Aedes. p. 21. Boiss. οἱ δὲ παραδυναστεύοντες ζηγνύμενοι φθόνῳ τὸν Κερκώπων ἐπετήρουν καιρὸν, οὐ τὸν Ἡρακλέα καθεύδοντα μόνον ἀλλὰ καί etc. Nomen ipsum μελάμπυγος primum legitur in Archilochi Fragm. CV. 218. sed alia significatione, ut docent Scholiastae Veneti verba: εἴωθεν ὁ Ἀρχίλοχος μελάμπυγον τοῦτον τὸν ἀετὸν καλεῖν μή τευ μελαμπύγου τύχῃς· ἄλλος γὰρ ὁ πύγαργος, ἄλλος δὲ ὁ μέλας ὅλος, διὰ τοῦτο καὶ μελάμπυγον, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τούτους ἀναφέρων θιάσους κατώμαδον πρὸς Ἡρακλέους φερομένους τὰς ὑπὸ τὰ ἰσχία αὐτοῦ καταμαθεῖν πυγὰς καὶ γελάσαντας οὕτω τυχεῖν σωτηρίας, ἀλλὰ πρὸς τὸν πύγαργον ἀετὸν συγκρίνων εἶπε τὸν μελάμπυγον. Haec admodum vitiose scripta sunt sed facile emendantur e Schol. Lyc. 91. quorum immemor fuit Liebelius: εἰσὶ μελάμπυγοι καὶ πύγαργοι εἴδη ἀετῶν κατ' Ἀρχίλοχον — ὁ δὲ δειλὸς πύγαργος λέγεται ἐκ τοῦ ἐναντίου τῇ παροιμίᾳ Οὔπω μελαμπύγῳ ἐντετύχηκας. ἐὰν (scr. ἦσαν) γὰρ οἱ μελάμπυγοι γενναῖοι καθάπερ Ἡρακλῆς. Θεία δὲ ἡ Ὠκεανοῦ τοῖς ἰδίοις τοῦτο παισὶν εἶπε περὶ Ἡρακλέους, Οὔπω κ. τ. λ. Quum apertum sit Homeri interpretem de his Thiae filiis loqui, pro θιάσους, quod prorsus ineptum est, Θείας υἱούς scribi oportet et in sequentibus οὓς λέγουσι φερομένους — πυγὰς μελαίνας οὔσας vel simili modo. Archilochus autem non Herculem Melampygum significavit sed aquilam, inter clivias, ut videtur, aves numeratam, de qua il-

Digitized by Google

lud proverbium *μὴ μελαμπύγου τύχῃς* vel *τύχοις* primo usurpatum post ad homines fortitudine nobiles translatum videtur, de quibus etiamnunc ita perhibetur, *τοὺς γενναίους ἤτοι εὐγενεῖς μελαμπύγους εἶναι.*

In alias regiones Cercopum latrocinia transfert Schol. Aesch. de Fals. Leg. p. 224. *Κέρκωπές γένος τι ὑπῆρχον λῃστῶν καὶ πανούργων κατὰ τὴν Λιβύην, οὓς ἐτιμωρήσατο Ἡρακλῆς διὰ τὴν κλοπὴν τῶν βοῶν τοῦ Γηρυόνου· ἦσαν δὲ δύο.* ubi vereor ne notius nomen *Λιβύη* subrepserit pro *Λιγύη* sicut in Plutarch. Aemil. Paul. c. 31. et aliis locis factum est. v. Palmer. ad Memn. Hist. c. CXXIX. Orell. [d]. Nam illa de Pygmaeis fabula fratris Antaei necem ulturis huic prorsus dissimilis [e] neque Manilius IV. 664. et portentosos Cercopum ludit in ortus illos latrunculos sed germanos simias intelligit [f]. Herculem autem e Libya in Iberiam profectum quum hinc redux Geryonis armenta per Ligusticam ageret, raptorum insidiis petitum esse narrant Diodorus IV. 19. 20. et Apollodorus II. 5. 9. quanquam hi non Cercopum nomen gerunt sed Hale-

[d] Tzetz. ad Lyc. 649. *κατὰ τοὺς μὴ εἰδότας διαίρεσιν κλιμάτων ἀλλὰ τὴν αὐτὴν δοκοῦντας Λιβυστικὴν καὶ Λιγυστικὴν οὕτως εἴπομεν ἔχειν.*

[e] Philostr. Iconn. II. 22. Homunculi illi in tabula Hancarvilliana, de qua Muellerus loquitur in Dorib. T. I. p. 457. nonne Pygmaei sunt potius quam Cercopes?

[f] v. Lichtenstein De Simiarum, quae veteribus innotuerunt, formis p. 50. Plura fortasse Edward Tyson in libro, cujus solam inscriptionem novi: A philological essay concerning the cynocephali, the satyrs and sphinges, werein it will appear that they were all either Apes or

Digitized by Google

bion sive Albion et Dercynus vocantur fratres [g] et fabula ipsa e Ligurum ingenio doloso et victu piratico [†] conficta videtur. Notior fama est Cercopes in Lydia latrocinia agitasse Herculemque per haec loca peregrinantem adortos esse Zenob. V. 10. Bibl. Coisl. P. II. 610. qui matrem Thiam appellant Oceani filiam [h] Cercopes ipsos aut necatos aut Omphalae in servitium traditos aut etiam incolumes dimissos esse referunt ab Hercule promtum eorum ad jocandum animum admirato, quod capti in ipso mortis discrimine nescio quid faceti jecissent. Atque hunc locum Cercopum rapinis constituit Aeschrio, qui fabulam copiosius enarrasse videtur. Harpocratio s. *Κέρκωπες. Ξεναγόρας* [i] *ἐς πιθήκους αὐτοὺς μεταβαλεῖν φησι καὶ τὰς Πιθηκούσσας νήσους ἀπ' αὐτῶν κληθῆναι. Αἰσχίνης δὲ ὁ Σαρδιανὸς ἐν ἰάμβοις καὶ τὰ ὀνόματαν αὐτῶν ἀναγράφει Ἀνδοῦλον καὶ Ἄτλαντον.* Hic *Αἰσχρίων* scribendum esse olim assensus sum Maussaco, nunc dubito an eadem licentia Aeschines pro Aeschrio dictum sit

Monkeys etc. Proverbii loco dicitur *Ἡρακλῆς καὶ πίθηκος* Lucian. Pisc. §. 37. 156. T. III.

[g] v. Mueller ad Schol. Lyc. 649. Tzschuck. ad Mel. Vol. III. P. II. 479. Ludolph Muenter Parerg. p. 11. Regis cujusdam Aboriginum nomen Dercennus varie scribitur Aen. XI. 849.

[†] Crinagoras Ep. XXXII. p. 149. T. II. Anall. Plutarch. V. Paul. c. 6. Cato ap. Serv. ad Aen. XI. 699.

[h] Mirum quod Suidae codd. Paris. s. *Μελαμπύγου* pro *Μεμνονίδος* exhibent *Λίμνης*, nomen haud indecorum filiae Oceani, quomodo Thia vocatur. Cercopen Cercopum matrem nominat Etym. M. s. v.

[i] In libro de insulis, ut Vossio videtur De Hist. graec. p. 422.

Digitized by Google

qua Herodotus pro Herodorus, Apollonius pro Apollodorus et centena talia, quae vulgo librariis imputantur. Sed intelligi Aeschrionem Ephesidis scriptorem apparet e Schol. Lyc. 688. ἕτεροι Γιγάντων νήσους τὰς Πιθηκούσσας ᾤκουσαν· μέμνηται δὲ αὐτῶν καὶ Αἰσχρίων ἐν ἑβδόμῳ Ἐφεσίδος, qui ab epico poeta, quem modo Samium modo Mitylenaeum vocant [k] nihil diversus videtur. Cercopes quum traditum sit ob fraudem Jovi factam in simiarum formam versos et in insulas Pithecusas [l] relegatos esse, Aeschrionem eo carminis loco, quo Pithecusas memoravit, illorum facinora et poenam tradidisse arbitror ipsa loci mentione admonitum; nam Ephesus olim Lydiae adscripta erat v. Rutgers. Varr. Lectt. p. 83. Bos. Observ. Crit. p. 145. Hinc conjecturam ducimus Comicos poetas, qui Cercopes scripsere, eos cum Hercule apud Omphalen serviente conversantes induxisse. Menippi fabula Κέρκωπες duntaxat nomine nota est; ex Eubuli Cercopibus plures versus affert Athenaeus, in quibus Herculis itinera et damna sua enarrare videtur et postremum hoc: ἐνταῦθα κατελήρησα τὴν ἐξωμίδα, a Cercopibus forsitan direptam L. XIII. 567. C. X. 417. D. In Hermippi versibus L. XII. 551. A. nescio quis cum Dionyso colloquitur. Certius indicium praebet fabulae Platonicae inscriptio Κέρκωπες ἢ Ξάνται sive Ξάντριαι (v. Meinek.

[k] De hoc breviter disputat Jacobsius in Catal. Poet. Epigr. p. 834. accuratius Naekius De Choeril. p. 192.

[l] Wernsdorf. ad Lucil. Aetn. Exc. III. 356. T. IV.

Digitized by Google

Spec. II. Quaest. Scen. p. 20.) ab eo Herculem carminantem introductum esse. Neque incredibile videtur eos, qui Cercopes ab Hercule ob facetias dimissos et Omphalae condonatos esse scripserunt, eandem iis imposuisse personam quam in regum aulis olim scurrae obtinuerunt. Etenim Agis ille sive Agesias [m] nobilis inter Ἀλεξανδροκόλακας, quum rex scurrae cujusdam verniles blanditias praemio amplo remunerasset, per speciem exprobrandi domino vaferrime adulatus est; nam interrogatus ab eo quid stomacharetur, respondit ὁμολογῶ ἄχθεσθαι καὶ ἀγαναχτεῖν ὁρῶν ὑμᾶς τοὺς ἐκ Διὸς γεγονότας κόλαξιν ἀνθρώποις καὶ καταγελάστοις χαίροντας· καὶ γὰρ ὁ Ἡρακλῆς Κέρκωψί τισι καὶ Σειληνοῖς ὁ Διόνυσος ἐτέρπετο καὶ παρὰ σοὶ τούτους ἰδεῖν ἐστιν εὐδοκιμουμένους Plutarch. de Adul. et Am. Discr. XXVI. 195. T. VII. cujus dicti vim acutius sentiet qui meminerit reges Macedoniae ab Hercule et Libero Patre [n] genus duxisse, unde scurrae illi ad Philippum et Alexandrum velut jure hereditario defluxisse videntur [o].

Denique Cercopum nomen ipsas etiam Athenas translatum est. Eustathius p. 1430. 35. ἦν δὲ, φασὶ, καὶ ἀγορὰ Κερκώπων Ἀθήνῃσι πλησίον Ἡλιαίας ἔνθα τὰ κλοπιμαῖα ἐπωλοῦντο· τοιοῦτοι γὰρ οἱ Κέρκωπες περιᾴδονται κλέπται καὶ πανοῦρ-

[m] Agis a Curtio vocatur et Arriano; eundem Agesian a Plutarcho c. 36. nominari Freinsheimio assentior ad Curt. VIII. 5. 8.

[n] v. Satyrum ap. Justin. c. Tryph. p. 355.

[o] v. Floegel. Geschichte der Hofnarren p. 114. De Medio v. Wyttenbach. ad Plut. p. 503.

Digitized by Google

γοι. Huic Galenus ψευδέων ἀγορήν comparat quam Hippocrates in Epidemiis semel iterumque omisso urbis nomine designat III. 5. 242. 9, 252. D. τὸ ζητεῖν ἐν ποίᾳ πόλει καλεῖταί τι χωρίον ψευδὲς (f. ἀγορὴ ψευδέων) καθάπερ Ἀθήνῃσιν ἡ τῶν Κερκώπων οὕτως ὠνόμασται, οὐκ ἂν ὑπερέβαινον εἴ τι χρήσιμον ἐν αὐτοῖς ἑώρων εἰς τὰ τῆς τέχνης. Atque hic non dubitasse videtur quin id verum et quasi publicum certi cujusdam loci fuerit nomen, perspicueque Eustathius forum scrutarium sive frivolarium designat, ubi res furtivae veno poni soleant. Diogenianus vero figurate dictum censet, fere ut forum furinum apud Plautum, Cent. 1. 3. ἀγορὰ Κερκώπων ὅμοιον τῷ Λύκου δέκας καὶ Κρωβύλου ζεῦγος significans quodlibet hominum fraudulentorum conciliabulum ita dici potuisse, sicut ἀγορὰ κυνῶν, quod inter rhetorum ὡραϊσμούς refert Thomas p. 894. μυρμήκων ἀγορά Lucian. Icarom. XIX. 28. T. VII. Nicet. Ann. XX. 3. 379. A. ἀγορὰ θεῶν Aristid. Grat. Smyrn. T. I. 270. [p] συῶν ἀγορά v. Boisson. ad Philostr. p. 291. sq. τεράτων ἀγορα Plutarch. de Curios. c. X. 141. adv. Colot. III. 142. [q] quae omnia modo proprie de certis locis modo autem translate dicuntur. Verum tamen Athenis fuisse locum quendam a Cercopibus denominatum ap-

[p] Hic forum Smyrnaeum significat splendidissime ornatum, Athenis vel Eleusine id loci nomen fuit Hesych. s. v. Aliter Themist. Or. XX. 244. C. καὶ σὲ ἐδέξατο θεῶν ἀγορὰ καὶ δῆμος ἀγαθῶν δαιμόνων. Philostr. V. Ap. VIII. 7. 352. ἡ τοῦ Αἰδωνέως ἀγορά.

[q] Priore loco Plutarchus loquitur de foro miraculorum, ubi homines monstrosi ostentabantur curiosis. Pausanias refert se Tritonem vidisse ἐν τοῖς Ῥωμαίων θαύμασι IX. 21. v. Siebelis.

Digitized by Google

paret e Diogene Laertio, qui Arcesilaum narrat, hominem lautum et commerciis nobilium florentem, quum forte in Cercopum foro conspectus esset, his verbis a Diogene Cynico increpitum esse: *τί σὺ δεῦρο ἐνθάπερ ἡμεῖς οἱ ἐλεύθεροι* IX. 114. quo declaratur hoc fuisse plebeculae pannosae diversorium, verae libertatis domicilium, a divitum commerciis, quibus alter ille Aristippus se emancipaverat, longe exclusae.

De numero Cercopum fere consentiunt veteres, duo fuisse, excepto Diodoro, qui quum eorum partem ab Hercule occisam, alios in vincula conjectos tradit IV. 31. catervam quandam grassatorum inducere videtur. De nominibus summopere discrepat. Diotimus Olum et Eurybatum memorat, Aeschrio Andulum [qq] et Atlantum, sicut in Photii quoque Lexico legitur p. 158. Suidas Xenagoran, ut videtur, sequutus, Candulum et Atlantem, Tzetzes Passalum et Aclemonem, Luciani interpres Sillum et Triballum, quorum nominum pleraque factitia sunt Cercopum moribus aptissima. Triballus enim sycophantam significat Hesych. Sillus scurram, sannionem, derisorem, unde *σιλλαίνειν*, simare nasum sive crispare, Glossae veteres Nario subsannator; *ῥινᾶν* nare suspendere [r]. Mar-

[qq] Hesychius *Κάνδωλος, κακοῦργος, λῃστής.*

[r] Unus parasitorum, quos Menander in scenam induxit, gloriatus est *ὅτι ῥινῶν ἀνθρώπους φάτνην αὐτοὺς ἐκείνους εἶχε* v. Fragm. p. 278. id est ludificans, per simulationem assentationis contemtim deridens. Apud Suidan s. *Θεόπομπος*, pro *φθόῃ ῥινώμενον καὶ λειβόμενον* nescio an *ἰνωμένον* potius scribendum sit quam *ῥικνούμενον*, quod Meinekius proposuit Scenn. Quaest.

Digitized by Google

tianus Cap. Rhet. p. 436. Caperonn. sin sanna typhi naris imum torserit [s]. Neque non constat veterum scurrarum artem maxime in oris distortione positam simiarumque gesticulatos motus aemulatam esse. Eurybati nomen ab Ephesio Croesi fraudatore [ss] traductum videtur, quemadmodum supra diximus Simonem et Niconem Telchinibus adnumeratos esse [t] quibuscum congregantur ap. Aelian. H. An. VI. 58. *ὦ Σισύφων καὶ Τελχίνων καὶ Κερκώπων ζηλωταί.* Ad Aeschinis Or. c. Ctes. p. 527. ubi Phrynondas et Eurybatus nominantur, Scholiasta p. 766. haec commentatur: *Εὐρύβατοι δύο ἐγένοντο πονηροὶ, ἄπιστοι, πανοῦργοι,* quorum unus Cercops fuisse videtur, alter Ephesius Cercopum popularis, si quidem hi Epheso oriundi fuere. Cercopem certe significat Alciphro L. III. Ep. 20. *κλεπτίστατος ἄνθρωπος ὑπὲρ ὃν ἀκούομεν Εὐρύβατον τὸν Οἰχαλιέα.* Hesychius: *Εὐρύβατος Κέρκωψ,* quod con-

II. 69. vel *ἐξινωμένον* vel *ὑπερινωμένον* i. e. *ὑπέρινον γεγονότα,* additis literis initialibus, de quarum omissione supra dixi. [In Aristoph. Rann. 967. *νοεῖν, ὁρᾷν, ξυνιέναι, στρέφειν, ἑρᾷν, τεχνάζειν,* pro *ἑρᾷν,* quod intelligi nequit, forsitan *φορᾷν* corrigendum cum duorum verborum trajectione].

[s] Hunc et Hieronymi locum: subsannatio proprie rugato et contracto naso exprimitur, jam Heinsius attulit ad Met. XIV. 95.

[ss] De hoc multi dixerunt v. Taylor. ad Aeschin. p. 527. sq. Boissonad. ad Aristaen. p. 513. Marx ad Ephor. p. 207.

[t] Libanius Ep. CCCCXX. 215. *φρονεῖ μὲν μεῖζον Ἀλκιβιάδου, ποιεῖ δὲ τὰ Σίκωνος,* ubi Wolfius *Σίνωνος* substituit, Lennepius ad Phalar. p. 61. *Σίμωνος,* quod praestat illi, quanquam Sino quoque huic veteratorum familiae adscriptus est. Servius Aen. II. 79. Autolycus genuit Aesimum unde nati Sinon et Anticlea mater Ulyssis, ubi male Aesimum in Sisyphum mutant; Aesimus enim Autolyci et Amphitheae filius proditur Schol. Lyc. 344. Patet hinc veterum fraudatorum nobilissimos, similiter ac vates et sacerdotes, a communi stirpe repetitos esse.

Digitized by Google

firmant Eustathius et Prov. Vat. Sed hunc a Cercopibus discernit Lucianus Alex. l. c. *ὑπὲρ τοὺς Κέρκωπας, ὑπὲρ τὸν Εὐρύβατον ἢ Φρυνώνδαν.* et Libanius Or. p. Olymp. p. 81. ed. Siebenkees. *μικρόν φασιν εἶναι καὶ τὸν Κέρκωπα καὶ τὸν Σίσυφον καὶ τὸν Φρυνώνδαν καὶ τὸν Εὐρύβατον πρὸς τὰς μηχανὰς Ὀλυμπίου καὶ τέχνας.* cf. Zonar. Lex. p. 921. De Olo nihil afferre possum praeter Ciofani conjecturam non admodum plausibilem ad Ovid. Met. XIV. 95. nomen Oli a Martiali saepius appellati hinc repetitum esse. Aclemon fortasse pro nominum propriorum licentia invocatum comisatorem significat, hoc est parasitum, qui saepissime *ἄκλητοι* nominantur, neque alium intellectum habere videntur nomina Acmon et Passalus, a vili patientia ducta. Sic Antiphanes Athen. VI. 238. E. parasitum loquentem facit: *τοιουτοσί τις εἰμι τύπτεσθαι μύδρος, τύπτειν κέραυνος* [v] et Plautus Capt. I. 1. 17. nisi qui colaphos perpeti potis parasitus frangique aulas in caput — ad saccum ilicet. Fractorem ferularum Sidonius III. 13. hujus generis hominem vocat. Haud inepte igitur Clavus et Incus vocati sunt Cercopes, parasitorum et alapistarum quasi proavi. Hoc enim nomine tum omnes qui fraudibus studerent [x] tum verniles adulatores insig-

[v] In seq. v. pro *φέρειν τιν' ἄρανt'* necessario scribendum *ἄρας*.
[x] Philo de Merc. Meretr. p. 864. E. *ἀγύρτης, γόης, εὔρων, κέρκωψ, ἀκαιρολόγος.* Similiter Liban. Ep. MCCCXXI. 615. Gregor. Naz. Carm. in Toll. Itiner. Ital. p. 88. Theophylact. Hist. IV. 12. 107. cf. Schott. ad Zenob. p. 96. V. D. in Misc. Amstel. Vol. V.

Digitized by Google

nitos esse perspicitur e Synesii Ep. C. p. 240. qui hominem in obsequium pronum *Κέρκωπα ἀντ' ἐλευθέρου γενόμενον* dicit. Ergo si illos aulicos sanniones, de quibus multa industrie scripsit C. F. Floegelius, a prima origine repetere volumus, ipsos heroes et semideos his curialibus nugis gavisos esse reperiemus, Herculem Cercopibus, Cobalis Liberum Patrem.

§. 2.

Natalis Comes in Myth. L. V. c. 13. p. 485. et 507. de Baccho loquens Hunc deum, inquit, comitabantur Fauni, Satyri et Cobali, malefici daemones, quoniam multa sunt quae ebrietatem et immoderatum bibendi usum consequuntur, loquacitas scilicet et temeritas, impudentia, inimicitia — quos malos daemonas et Cobalos antiqui vocabant. Atque hanc daemoniacam cohortem etiamnunc grassari in terris, haud dubie affirmat Oth. Heurnius Philos. Barb. p. 101. daemones etiam Bacchus sub humana specie secum duxit Satyros et Cobalos dictos, qui de rebus omnibus ip-

T. I. p. 55. Zonaras Lex. p. 1181. *Κέκροψ ἀπατεών, κέρκωψ δὲ μέγα*, aeque facile corrigi potest ac Bekk. Anecd. p. 271. *Κέρκωψ ἐπὶ νορίᾳ (πονηρίᾳ) κωμῳδούμενος.* sed quid illud valeat Etym. M. *Κέρκωπες πρότερον ἐκαλοῦντο οἱ Κύκλωπες*, parum expedio. Hesychius *Κέρκωπες, ποικίλοι, πονηροί, Κερκωπίζοντες κατασπῶντες*, quod verbum minime significat, quod Boettigerus opinatur Albertium sequens, palliorum despoliatores sive detractores, sed homines fraudulentos. Philo de Somniis p. 598. C. *δεινοὶ παλαῖσαι καὶ κατασπάσαι καὶ γοητεῦσαι*, id est *ὑποσκελίσαι.*

Digitized by Google

sum certiorem redderent, hostiumque consilia revelarent, quales et hodie Sarmatia frequentes habet, quos Drullos Sarmati, Coltkos Rutheni, Germani Cobalos vocant, qui se occultant in aedium penetralibus aut lignorum acervis colunturque a domesticis magna veneratione, quod frumentum ex aliorum horreis in ipsorum deportent, equosque curent; qua de re plura narrant Joannes Meletius et Olaus Magnus v. Werner. de Idolol. Vett. Prussorum §. 4. Hos igitur si sequimur auctores, Cobali Liberi Patris erant quasi paredri ex eo daemonum genere, quos Jungius nostras sive alio nomine Stillingius, vir in pneumatologia celeber, medioxumos (Mittelgeister) vocat; eoque plus fidei acquirit D. Hieronymi testimonium, qui in Vita Pauli Eremitae narrat Sancto Antonio quondam in Thebaide ambulanti obviam factum esse homunculum, fere ut Satyri Faunique pingi solent, aduncis naribus, fronte cornuta, pedibus caprinis, eumque interrogatum cujas esset, respondisse se unum esse ex incolis Eremi, quos pagani modo Incubos appellent, modo Satyros, oratumque venire, ut Antonius pro sua gente apud deum omnium rerum dominum intercedere velit. Et in universum de diis Graecorum medii aevi scriptores ita sibi persuaserunt, eos aut regis infernorum satellites fuisse et emissarios, quae suspicio maxime de Apolline ceterisque oraculorum praesidibus valuit, aut artis magicae facul-

Digitized by Google

tate tanta edidisse facinora et miracula ut vulgo imperito divinitatis suae fidem facerent. Cedreni sententia est Hist. L. I. p. 16. D. Jovem omnium praestigiatorum, planorum, τελεστῶν, id est magorum, nequissimum fuisse. Hicce Jupiter Perseum docuit τὴν μαγείαν τοῦ μυσαροῦ σκύφου, διδάξας αὐτὸν πάντα τὰ περὶ αὐτοῦ μυστικὰ καὶ δυσσεβῆ πλανήματα etc. Chron. Pasch. p. 38. Dionysum, quem Polymedon Aetherionis filius e Semele progenuit, homines ἀπεθέωσαν ὡς ἐξ ἡλιακῶν εὐχῶν μυστικά τινα καὶ θαυμαστὰ δρῶντα Cedr. p. 24. A. et similiter Vulcanum magica adjuratione forcipem nactum p. 19. D. Μηδία ἀπὸ τοῦ μιαροῦ μαθήματος τῆς Μηδούσης (sic) ὃ ἐδίδαξε τοὺς ἀνθρώπους ὁ Περσεύς Etym. Gud. p. 390. Περσέως ταύτην ἀποδειροτομήσαντος ἀνδρὸς ἐς μαγικὴν εὐφημουμένου καὶ ἐπαοιδίαις ταύτην περιῳδήσαντος ἄλκαρ οἱ θεοὶ ταύτην ἐσχήκασι Lucian. Philops. §. 9. 246. T. 9. Fuit etiam Liber apud Thebas tyrannus magicae artis potestate conspicuus Firmicus de Err. p. 417. Saturnum et Herculem Magis adscribit Tzetzes Exeg. p. 31. Et his connexa est I. Malelae opinatio p. 106. Herculem τελεστήν id est magum fuisse [a], quod tetricum monachi superstitiosi somnium Creuzerus ceterorum

[a] Cedrenus p. 18. C. tria Herculis poma tres virtutes significare ait καθὼς Ἡρόδοτος (Ἡρόδωρος) συνεγράψατο, ὃς καὶ ἄλλους Ἡρακλεῖς ἱστόρησε γενέσθαι ἑπτά. Clemens Strom. I. 306. Ἡρόδωρος τὸν Ἡρακλέα μάντιν καὶ φυσικὸν γενόμενον ἱστορεῖ παῤ Ἄτλαντος τοῦ Φρυγὸς τὴν τῶν οὐρανίων ἐπιστήμην διαδέχεσθαι. Haec ab illo antiquo Herodoro ita tradita esse, haud cito credam.

Digitized by Google

ignarus inter antiquissimarum gentium Theologumena retulit Symb. T. I. 327. neque alios fontes Heurnius et Natalis de Comitibus sequuti sunt, ut patet e Malelae loco L. II. p. 17. *Διόνυσος κεκοσμημένος στρατῷ, οὓς Σκίρτους ἐκάλει, ὡς γοργοὺς καὶ ἐξαλλομένους· ἦσαν γὰρ ἐκ τῆς Βεσσικῆς χώρας καὶ σοφίᾳ μυστικῇ πεπαιδευμένοι.* et Cedreni p. 24. B. *τοὺς μὲν ἄνδρας Σκίρτους ἐκάλεσε διὰ τὸ ἅλλεσθαι, τὰς δὲ γυναῖκας Βάκχας.* quae ipsi hauserunt e Cornuti C. XXX. ubi Bacchi comites recensentur *οἱ Σάτυροι ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι καὶ οἱ Σκιρτοὶ ἀπὸ τοῦ σκαίρειν καὶ οἱ Σιληνοὶ ἀπὸ τοῦ σιλλαίνειν καὶ οἱ Σενίδαι ἀπὸ τοῦ σεύειν.* In Dioscoridis Epigr. XXIX. p. 501. *Σκίρτος ὁ πυῤῥογένειος* Satyrum significare creditur, quod confirmat Nonnus unum Satyrorum *Σκιρτὸν* vocans XIV. 111. [†] et Epigr. *Ἀδεσπ.* CCCCXIII. *σκιρτοπόδην.* Scirtus servi nomen Donatus ad Terent. Hec. I. 2. 3. *παρὰ τὸ σκιρτᾶν* factum dicit; unde forsitan descendit *Σκίρταλος* piratae nomen ap. Suid. quem Laertius Scirpalum, Cicero Harpalum vocat v. Menag. ad Diog. VI. 74. sicut ab *ὀρτός ὄρταλος* et porro *ὀρτάλιχος* v. Valckenar. ad Callim. Fr. p. 61. Quae praeterea Schneiderus ad hanc familiam refert *σκίταλοι* [aa] et *σκύθραξ, σκυρθάλιος,* ut incerta, praetermittam; nam comparandis omnibus quae aliquam et soni et significationis similitudinem habent, ad

[†] Sic accentus variat.

[aa] Hesychius *Φαύλιξ, ὀρθός, φαύλιος, σιταλικὸς θεός,* emendatur *σκιταλικός.* Non remotius est *ἰταλικός,* quod ad *Φαῖνος* pertineat.

Digitized by Google

κόρδαξ, scordalus et σκίναξ, et ab his alia ad minus minusque similia traducemur nullo ad intersistendum dato spatio. Nomen Σενίδαι utrum a verbo σεύειν ductum sit, quod in vulgari quoque Graecitate significationem reciprocam habet [b], an Εὐαστάς significet an peregrinum sit ut Δενάδαι et Σανάδαι (Sturz. Dial. Al. p. 46.) quaerere supervacaneum est quia nominum propriorum formatio quibus regatur legibus, ignoratur adhuc. Facilius Grupenio Observatt. Antiqq. Germ. p. 184. Du Cangio p. 672. Beckmanno Gesch. der Erfind. T. III. 214. assentior Cobalos eosdem esse quos hodie Coboldos dicimus et superior aetas Covaldos sive Gobelinos vocavit, sicut multa sunt vocabula multis linguis communia, Graecae potissimum et Germanicae [c]. Certe quidem de Cobalis quae traduntur, Coboldorum nostrorum ingenio ludicro et scurrili convenientissima sunt. Harpocratio Κοβαλεία ἡ προσποιητὴ μετὰ ἀπάτης παιδιὰ, καὶ κόβαλος ὁ ταύτῃ χρώμενος, ἔοικε δὲ συνώνυμον τῷ βωμολόχῳ. Φιλόχορος ἐν β'. Ἀτθίδος· Οὐ γὰρ ὥσπερ ἔνιοι λέγουσιν, βωμολόχον τινὰ καὶ κόβαλον νομιστέον τὸν Διόνυσον. Ἀριστοτέλης δὲ τὸν ὠτόν φησι κόβαλον καὶ μιμητὴν ὄντα ἀντοχούμενον ἁλίσκεσθαι [d].

[b] Hesychius Σοιδηύδεις βάκχαι διὰ τὸ σεσοβῆσθαι.

[c] Nomen hoc Cobold s. Kobolt in nostra lingua radices habere negant Grammatici.

[d] Etym. M. Ὠτιαφόροι οἱ τὰς ὠτίδας φέροντες ἐργάται· ὠτὶς γαρ εἶδος ὀρνέου, ὠτιοφόροι δὲ οἱ τὰ ὦτα συντεθλασμένοι. Aucupes noctuam περιάγουσιν ἐπὶ τῶν ὤμων Aelian. H. An. I. 29. In vetere quodam opere quod Chishullius tractat in Ep. ad Haymium p. 1. saltatoribus adjunctae sunt scopes, quarum satyricos motus Plinius me-

Digitized by Google

Κόβαλοι δαίμονές εἰσί τινες σκληροὶ περὶ τὸν Διόνυσον. quorum postrema pars *Κόβαλοι — Διόνυσον* verbis illis *οὐ γὰρ* — praeponi debet: Cobali satellites sunt Dionysi, non ipse deus *κόβαλος* existimandus, idque contra eos dici videtur qui in veteris cujusdam scriptoris loco, ut hoc utar exemplo, *κοβάλοις ὁ Διόνυσος ᾖδεται* s. *τέρπεται*, primum nomen adjectivi modo interpretati essent [e]. Harpocrationi suffragatur Grammaticus in Anecd. Bekk. p. 101. *Κόβαλος ὁ σκιῤῥαπώδης καὶ ἀειδής· Ἀρίσταρχος Βατράχοις.* Sublato nominis vitio, quod ne tironem quidem fallit, scribi oportet *σκιραφώδης καὶ ἀηδής*, non ut Barkero visum in Anall. Wolfii P. IV. p. 345. *σκιραπώδης* aut *σατυρώδης* aut *σκυλακώδης* aut *πριαπώδης*, quae ille omnia uno profundit impetu. Nam *σκιραφώδης* propria et legitima ratione ducitur a *σκίραφος*, quod aliter *σκέραφος* scribitur et attice *σχέραφος*, declinatumque est non unde Lexicographi volunt sed a simplici *σκιρός*, ut ab *ἔδος*, *ἔδαφος*, a *φλῆνος φλήναφος*, a *κόῤῥη* (non a *κροτέω*) *κρόταφος*, usitato *ὑπερβιβασμῷ*, quem etiam Zonaras s. *Κόρταφος* et *Κρόταφος* agnoscit, et a similibus principiis *Κέρκαφος*, *Τέκταφος*, ipsumque verbum *ψηλαφᾶν* ab eo quod est *ψάλλω* [f]. *Σκιρός* autem sive *σκιῤ-*

morat, fortasse ad significandum genus saltationis, cui nomen *Σκώψ* v. Schneideri Lex.

[e] Deus ipse etiam Cobalorum collusor *κόβαλος* dici poterat sicut *Σάτυρος* vocatur in Hymno in Bacch. v. 19. Anall. T. II. 517. et vicissim Satyrus *Βρόμιος* Hesych. s. h. v.

[f] Eadem deminutivorum terminatio *θεάφιον*, *μυράφιον*, *χωράφιον* etc.

Digitized by Google

ῥός Grammatici summo consensu docent idem valere quod σκληρός, quorum utrique communis origo est verbum σκάω (ξέω, ξύω) latinum scabo, unde σκάλλω, σκέλλω, σκλῆμι, σκληρός, quae omnia scabrum, squalum, sive squamosum quiddam et rigidum significant et a Grammaticis quoque sic explicantur, ut crustam, scobem, squamam, squalem scabremque et quidquid corporum superficiem insidet, foedat, exasperat, uno significationis ambitu comprehendant; neque σκληρός et σκιρός longius a se distant quam σκαμβός et σκιμβός, κνάω, κνήθω et κνίζω, σκήπτω et σκίμπτω, σκῆνος et σκίναρ, in quibus eadem apparet literarum *A H* et *I* vicissitudo, et vulgo habentur pro synonymis: σκιῤῥοὺς καὶ σκληρίας ὄγκους Phot. Bibl. CCXXI. 294. et dii juris jurandi ultores, quos Lycii in detestationibus et κατάραις invocare solebant, modo σκληροὶ θεοὶ dicuntur modo σκιῤῥοί et iidem ἄγριοι v. L. III. C. 4. §. 1. not. i. sicut ἄγριοι καὶ σκληροί pro δύσκολοι apud Aristot. Eth. Nicom. L. IV. c. 8. οὐ σκληρὸν οὐδ' ἄγριον πάθος Plutarch. Solon. c. I. ἄγρια καὶ σκληρὰ τὰ τῆς νήσου Dio Chr. Or. VII. p. 222. id quod Pacuvius dicit apud Nonium p. 169. 25. squales scapresque inculta vastitudine. Hinc igitur apparet Cobalos, qui ab Harpocratione σκληροί dicuntur, eodem intellectu σκιῤῥούς et σκιραφώδεις appellari potuisse, neque obscurum est, unde hoc nomen traxerint. Etenim σκληρός vehementem, molestum, taetrum significat; proprie ἄνεμοι σκληροί Dio Chr. Or. III. 116.

Digitized by Google

σκληροὶ βορέαι Eustath. ad Dion. 863. minus proprie μεγάλαι καὶ σκληραὶ δόξαι Plato Soph. p. 230. C. unde traducitur ad homines molestos et importunos, quos Graeci φορτικούς appellant, et ad genus jocandi scurrile et inurbanum, quo prae ceteris excelluerunt Satyri, Cobalorum commilitones πρὸς πᾶσαν ἄνεσιν καὶ παιδιὰν εὔθετοι Diod. I. 18. Fabulam Satyricam Auctor de Trag. et Com. p. XXVII. duro et agresti joco constare dicit, sicut Satyros ipsos illotos et petulantes deos, qui graece σκληροὶ καὶ ἄγριοι vocari possunt, sicut ipsi σκληροὶ γράφονται Philostr. Iconn. II. 22. Nomen σχέραφος Hesychius interpretatur βλασφημίαν, λοιδορίαν, unde fortasse est Σκίραψ nomen proprium a Comicis usurpatum Anecd. Bekk. p. 1200. atque haud scio an σκιροπαῖκται quoque sive σκληροπαῖκται hinc denominati sint, quorum unus testis est Athenaeus IV. 129. D. ἡσυχίας δὲ γενομένης ἐπεισβάλλουσιν ἡμῖν οἱ κἂν τοῖς Χύτροις τοῖς Ἀθήνησι λειτουργήσαντες· μεθ' οὓς εἰσῆλθον Ἰθύφαλλοι καὶ σκληροπαῖκται καί τινες καὶ θαυματουργοὶ γυναῖκες, ubi unus cod. σκηροπέκται, ceteri σκληροπέκται [ε] exhibent. Audacter Casaubonus ψηφοπαῖκται corrigit, parum apte Toupius σκιροπαῖκται, si quidem hoc a Scirophoriis repetit, sed non incredibile videtur ab illo Atticorum ganeonum diversorio sodalitatem

[ε] Ex usu recentioris Graeciae ut Χερωνεύς Agath. Ep. XXXVI. sphera, pedagogus et alia a Salmasio collecta ad Spartian. Pesc. Nigr. c. 12. quibus eximendum Κυνέγειρος. Πεζαίτεροι mendose scriptum pro πεζέταιροι mire decepit Fischerum ad Vell. II. 89.

Digitized by Google

quandam ludicram et parasiticam [h] denominatam esse Sciropaectas. Schweighaeuserus σκληροπαίκτας interpretatur periculosos ludiones, difficilia, et periculosa ludicra peragentes, quod a significatione nominis σκληρός longissime remotum est et comprehenditur nomine τῶν θαυματουργῶν. Equidem scurras significari arbitror, jocularia ex tempore fundentes, qui inter conviviorum acroamata ἐπεισόδια (Plutarch. V. Crass. c. 40.) haud infimum obtinuerunt locum, nec dubitabit quisquam quin σκληροπαῖκται dici potuerint ob σκώμματα σκληρὰ καὶ φορτικά, quibus illos mercenarios joculatores usos esse sciunt qui

Sarmenti scurrae pugnam Messique Cicirri [i]

cognitam habent. Augustum Suetonius narrat conviviis suis interdum triviales ex Circo ludios, frequentissime autem aretalogos interposuisse c. 74. quo nomine ἡδυλόγοι significari videntur, non illa significatione, quae in veteribus Glossis redditur: Scurra δρακιστής, σκώπτης, ἡδυλόγος, sed fabulatores, quales hodie Italia multos habet, clarissimos autem tulit Arabia, in foris et com-

[h] Hesychius: Σκίρατες (sic) οἱ προύνικοι καὶ κυβευταί. Idem Σκειράξαι κρεωφαγῆσαι, conjuncta helluandi et parasitandi arte. Libanius Decl. T. I. 180. τοὺς φιλοσκώμμονας, τοὺς φιλοπαίγμονας, τοὺς κρεωφάγους, τοὺς πότας. Schol. Arist. Avv. 1298. Midian dicit κυβευτὴν εἶναι καὶ ἐν πυρῷ τοὺς ὄρτυγας κύπτειν scr. ἐν Σκίρῳ. Mira est notae Tironianae ed. Kopp. p. 385. interpretatio T. S. R. es Sciroplectes v. not. p. 645. Num tesserae significantur et Sciropaectes, hoc est aleator de Sciro?

[i] Nomen κίκιρρος gallum significare docent interpretes et verbum cucurrire κοκκύζειν. cf. Flögel. Gesch. der Hofnarren p. 58.

Digitized by Google

pitis popello tunicato fabellas narrare solitos [k]. Multo autem latius patet nomen scurra, cujus hanc originem tradit Festus p. 491. Scurrae vocabulum Verrius aut ex graeco tractum ait, quod est σκυῤῥάζειν aut a sequendo, cui magis adsentitur quod et tenuioris fortunae homines et ceteri alioqui, qui honoris gratia prosequerentur quenquam, non antecedere sed sequi sint soliti. Pro σκυῤῥάζειν Scaliger συγκυρεῖν emendat, quod nimis discrepat ab illo et ne perfecte quidem reddit notionem antecedendi, quam ille quaerebat. Subesse videtur verbum graecum currendi, festinandi potestate praeditum, cujus similia exhibet Hesychius Ἀποσκυριάζειν, ἀποσκιρτᾷν et alia quae Kuesterus s. Ἀπεχειρίασε et Schneiderus s. Σκιρτάω contulerunt; unde forsitan aliquis nomen scurra ortum putavit significans ambactum et praecursorem. Glossae Gr. Lat. Περιδρομεύς, ambiciosus (ἀμφίπολος)- Θώψ ambiciosus, blandus, palpo — Μί-

[k] Augustus si interruptum somnum recuperare non posset, fabulatoribus arcessitis resumebat Suet. c. 78. Dio Chr. XX. 493. εἶδον διὰ τοῦ ἱπποδρόμου βαδίζων τὸν μὲν αὐλοῦντα, τὸν δὲ ὀρχούμενον, τὸν δὲ θαῦμα ἀποδιδόμενον, τὸν δὲ ποίημα ἀναγινώσκοντα, τὸν δὲ ἱστορίαν τινὰ ἢ μῦθον διηγούμενον. Hanc artem professos praecipue Aretalogos dictos esse e Juvenalis Sat. XV. 16. colligi potest Quum tale facinus narrat Ulixes Alcinoo, bilem aut risum fortasse quibusdam moverat ut mendax aretalogus, hoc est, fabulator. Ulixem ipsum propter illos Alcinoi apologos μυθοπλάστην vocat Lycophro 764. cf. Lucian. Ver. Hist. I. §. 3. et ejusmodi aretalogum indicant Schol. ad Arist. Plut. 177. Φιλέψιος πένης ὢν συντιθεὶς μύθους χαρίεντας ἔθαλε (scr. ἔθελγε) τοὺς ἀκούοντας καὶ οὕτω τὴν τροφὴν αὐτῷ ἐπορίζετο — καὶ τερατώδης διαβάλλεται. Ceterae significationes, quas Floegelius l. c. p. 127. nomini Aretalogus subjicit, commenticiae videntur.

Digitized by Google

σθιος mercenarius, metellus, μισθωτός ὡς Ἔννιος ambactus. Ἐργόμωκος adulator, ambiciosus, ancillula, stlactarius [l]. Ac fuit fortasse qui scurra pro excurra dictum esse crederet, ut scriba, concoena, collega, subdica, subadjuva [m]. Quare addit ille scurras non tam praecurrere dominos quam sequi solere. Sed ab hoc verbo qualia nomina duci possint specimen praebent bubsequa, pedisequus, consequus, subsequus, et adsecula (ut a serpo serpula) quorum nullum isti simile, neque Graeci, qui latinum scurrae reddiderunt κοπρίαι [n], hoc etymon sequuti sunt sed potius animum ad graecum σκώρ, scoria [o], retulerunt spurcidicum denotantes, de quo Graeci ver-

[l] V. Casaub. ad Theophr. Char. II. p. 26. Stlatarius i. q. lator sive laturarius proprie geronem sive gerulum significasse et hinc ad delicatas (ἅβρας) et asseculas translatum videtur, qui quoniam levissimis ministeriis, quae Theophrastus enumerat in Colace, dominos cavillantur (ἐμπαίζουσι Hesych. s. Ἐργόμωκος) potius quam adjuvant, ἐργόμωκοι dici potuerunt, i. e. officiorum simulatores. Hinc, ni fallor, purpura, quae vendit causidicum, stlataria dicitur Juven. VII. 124. quia ad speciem et simulationem opulentiae adhibetur et stlatarium bellum Petron. c. 108. hoc est pugna lusoria sive battualia, sicut Scholiastes Juvenalis navem stlatariam interpretatur batalariam.

[m] Hoc est subadjutor v. Mazochi ad Vit. Porphyr. p. 264. T. IX. Gall. Caetera, quae in Lexicis nostris non extant, e Glossariis sumta sunt; unde etiam haec apponam Εὐτράπελος scurrus, toluberna, et Toluberna παράσιτος, idque nomen tertio recurrit s. Παράσιτος, quod obstat ne in Cotuberna mutetur, sicut Severus ap. Lamprid. c. 61. unum e scurris h. e. satellitibus honorifice contubernalem salutat.

[n] v. Reimar. ad Dion. Cass. Lib. L. 26. 624. Haud inficete I. de Janua in Catholico scurram dictum dicit, quod curiam sequatur. A sequendo alii sculnam dici existimant, quem qui elegantius loquuntur sequestrem appellant Gell. XX. 11.

[o] Glossae Κόπρος, δεῖγμα, scama — Scama σήκωμα, κοπρόδειγμα, φόλις — Δεῖγμα specimen, scama. Plinius XXXIII. 4. s. 21. aurum qui quaerunt, ante omnia segullum tollunt; ita vocatur indicium (δεῖγμα) quo balluca quoque significari videtur.

Digitized by Google

bum χεσιφωνεῖν usurpant, Servius ad Aen. IV. 606. excrementa comici leporis. Quod autem Festus tenuioris fortunae homines scurras vocatos esse significat, illustratur aliis locis, ubi nomina urbanus [p] et urbicarius idem valent quod scurra v. Muncker. ad Fulgent. II. 17. Interpr. ad Plaut. Trin. I. 2. 265. unde Heindorfius ad Hor. Sat. I. 5. 52. recte colligit plerosque e plebe urbana victus quaerendi causa sese ad unum aliquem dominum applicuisse, cui domesticas operas praestarent et ad cetera clientelae officia praesto essent; scurras autem dictos arbitror per contemtum, quod homines futiles apparendo et parasitando ventrem pascerent. Aristoteles Nicom. IV. 3. 185. πάντες, inquit, οἱ κόλακες θητικοὶ καὶ οἱ ταπεινοὶ κόλακες, unde etiam Θής ὁ παράσιτος apud Hesychium a verbo θῆσαι i. q. θρέψαι, unde θώμενος, θοινώμενος apud eundem Lexicographum et τιθήνη. Itaque scurrae nomen non solum joculatores sed omnes qui agili et industria opera stipatorum et assecularum vices implerent complexum postremo ad domesticos et ministeriales imperatorum transfluxit v. Salmas.

[p] v. Torrent. ad Hor. I. Ep. 3. p. 702. Plauti verbis Most. I. 1. 14. urbanus scurra deliciae popli appositissimum est nomen λαοπλίκτης Schol. ad Basil. L. 21. p. 582. Ad Harmenopul. Tit. VI. 54. Reitz. ἀξιόπιστοι ἔστωσαν οἱ μάρτυρες καὶ μή τινες ἐπιδίφριοι μηδὲ χαμερπεῖς, adscripta est glossa τοὺς βωμολόχους οὓς καὶ λαυπαίκτας ἡ συνήθεια καλεῖ τῶν ἰδιωτῶν. Λαυπαίκτης, quod Du Cangio mire displicet, nihil aliud est quam λαοπαίκτης, ut Laucon, Laudiceni, Laudamia, lautumiae v. Hagenbuch. Epist. Epigr. p. 358. Burmann. ad Anthol. L. I. Ep. CX. L. II. Ep. CXCII. 15. Eodem vergit λαοπλάνος, quo nomine omnes plani, circulatores artiumque frivolarum et jocularium cultores appellari solent.

Digitized by Google

ad Lamprid. Sever. c. 61. [pp] quod ipsum tamen non prius factum est quam pro Italiae alumnis et romana juventute Batavos et Germanos in sui custodiam allegere coepissent [q].

Haec nobis interfanda fuerunt, quo facilius variae de nomine et natura Cobalorum conjecturae judicari possent. Eos daemones fuisse de Bacchi contubernio vernili quadam petulantia praeditos clare pronunciat Harpocratio, solus tamen ille [r] ut dubitari possit utrum veteres Graeci Cobalos ullos venerati sint an Comicorum aliquis finxerit hos quasi impudentiae et procacitatis datores atque adjutores deos, quo quidem nomine in Aristoph. Eqq. 639. citantur, si veterem retinemus lectionem; neque refelli poterit si Grammaticos locum quendam ambiguum, in quo Satyri aliive Bacchi congerrones κόβαλοι vocarentur, artificiosius de proprio quodam daemonum genere interpretatos esse statuat. Sed si qui semideorum ita dicti sunt, ii certe scurrandi et ludificandi arte conspicui fuere, haud procul Coboldis nostris sive virunculis, ut vocant, domesticis, qui

[pp] Sine ullo opprobrio Celtarum nobilium soldurii parasiti vocantur v. Casaub. ad Athen. VI. c. 12. sq. Petav. ad Epiphan. p. 78. Oberlin. ad Caes. B. Gall. III. 21. Sturzii Dissert. de Commorientibus laudat Harlesius in Fabr. B. Gr. T. II. 439. Contra impudici et obscoeni aliquamdiu officiosi vocati sunt Seneca Epitom. Controv. L. IV. 259.

[q] Veteres inscriptiones, in quibus nomen Germanus scurram mimarium significare videtur cum simili Martialis loco contulit Forcellinus in Lex. s. Germanus v. Marini Atti Arv. T. II. 472. Mimus Germanum agens, ut putant, cernitur in Caylus Rec. T. III. p. 281. [qui p. 280. exhibetur senator togatus asinino capite, fortasse est Onocoetes.]

[r] Scholiastes Victor. Aristoph. Plut. 279. hujus verba transcripsit.

Digitized by Google

modo ollas pervertere, modo mulctras foedare, modo vellicare ancillulas narrantur. v. Coelius Rhodig. Lectt. Antiq. L. II. c. 7. Delrio Quaest. Mag. II. 27. 2. [8]. Apud ceteros scriptores κόβαλοι nominantur homines insidiosi jocis scurrilibus et fraudibus sordidis alios illudere sueti; quam rem demonstrant Aristophanis loci ab interpretibus collati ad Plutarch. 279. Mediam Phrynichus et Plato traduxerunt ὡς πονηρὸν καὶ κόβαλον Schol. Lucian. Jup. Trag. §. 49. 282. T. 6. et ex alio quodam Comico, ut videtur, Hesychius: Κυβηλιστὰς καὶ κοβάλους τοὺς κακούργους λέγει. Oratorum aliquem hoc convicium usurpasse Harpocrationis adnotatio ostendit; quanquam Pollux praetermittit, fortasse nimis sordidum ratus. Postea hujus vocabuli usus paullulum remisit sed a recentioribus resumtus est. Dio Cass. LIII. 3. οἱ τὰ μὴ πιστὰ δοκοῦντα εἶναι λέγοντες, οὐχ ὅσον οὐ πείθουσιν ἀλλὰ καὶ κόβαλοι δοκοῦσιν εἶναι. His congruunt Grammaticorum sententiae. Schol. Barocc. ad Eur. Hec. 129. κόπις ὁ λάλος

[8] His similem vexatorem e lemurum genere mihi agnoscere videbar in illo larvali Hipponici inquilino, de quo Andocides fabulatur Or. de Myst. p. 64. ὅτε ἡ πόλις ἦρχε τῶν Ἑλλήνων καὶ εὐδαιμόνει μάλιστα, Ἱππόνικος δὲ ἦν πλουσιώτατος τῶν Ἑλλήνων, τότε πάντες ἴστε ὅτι παρὰ τοῖς παιδαρίοις τοῖς μικροτάτοις καὶ παρὰ τοῖς γυναίοις κληδὼν ἐν πάσῃ τῇ πόλει κατέσχεν ὅτι Ἱππόνικος ἐν τῇ οἰκίᾳ ἀλιτήριον τρέφει ὃς αὐτοῦ τὴν τράπεζαν ἀνατρέπει, quam fabulam orator facetus ad Calliam transfert paternae domus ἀλιτήριον et eversorem. cf. Sluiter Lectt. Andoc. p. 157. Aliter haec interpretatur Muellerus in Prolegg. Myth. p. 269. wie in Athen die Rede ging, Hipponicos nähre an seinem Sohne einen Unglücksdämon etc. Sic Boeckhio visum esse audio; si vir doctus Andocidis verba relegerit, statim intelliget vetulas Atticas nihil minus quam de Callia cogitasse, qui fortasse nondum natus erat quum ille rumor increbesceret Hipponici domum larva infestari hominis nefarie occisi cf. Plutarch. Aristid. c. V.

Digitized by Google

ὅθεν καὶ κόβαλος[t] καὶ κομψός· κοβάλαι δὲ καὶ κωπιάδες αἱ τῶν ἀλόγων τέχναι, quae facile ex Etym. Gud. emendari poterant. Paria afferuntur ap. Etym. M. et Zonar. p. 1227. probata Schneidero, mihi nequaquam; nam inter κομψός et κόβαλος perlevis est literarum similitudo, non magna significationis, et de Hesychianis glossis quas affert, Κομπαλικεύσει, προσαλαζονεύσει et Κομβακεύεται, κόμπους λέγει, prior in Κομπολακήσει mutanda, quod est verbum hujus rei proprium, altera cum κόβαλος non aptissime congruit. Sed quod sequitur Κόμβαλα παίγματα recte huc referri videtur, ut et Κόβακτρα κολακεύματα, πανουργήματα, Κώβαλα πανουργήματα. quaeque jam longius distant, ut tamen cognata esse appareat, Κόβειρος, γελοιαστής, σκώπτης, et in Anecd. Bekk. p. 190. Καββαλλεία, κολακεία. Verum non major est scripturae diversitas quam significationum, quarum septem enumerat Hesychius πανοῦργος, στωμύλος, ἀφ' οὗ καὶ κομψός, ἔνιοι μάταιος, ἄλλοι κροταφιστὴς, ἄσωτος, τωθαστής, ἀπατεών. quorum pleraque conveniunt in notione scurrilis et nugatoriae levitatis, sed longius distat κροταφιστής id est percussor, ut in Glossis exponitur. Id ne quis cum Welckero Trilog. p. 197. in κροταλιστής transmutet, obstat primum quod illius vocabuli

[t] Etymol. Gud. p. 332. ex κοπιβέλος contractum dicit, quomodo σκύβαλον interpretantur τὸ κυσὶ βαλλόμενον v. Gataker Adv. Misc. c. 42. 868. qui hinc latinum quisquiliae repetit, sed hoc est a κόσκυλμα nequalia significans. Illud etymon qui sequuti sunt κόβαλλος scripserunt Etym. M. alpha anceps putantes ut in τρισσοκέφαλλος, κυνοκέφαλλος. Ignotae originis est κηκίβαλος; sed ἀρύβαλος s. ἀρύβαλλος terminationem paragogicam habet.

Digitized by Google

auctor extat, hujus nullus, secundum quod Cobali nunquam Crotalistis aut Cymbalistis componuntur sed saepissime scurris, quorum minima cum musicis cognatio; tertium, quod κόβαλοι etiam latrones dicti sunt, qui a percussoribus vix latum unguem distant. Schol. Arist. Eqq. 271. κόβαλοι οἱ λῃσταί· τοὺς αὐτοὺς καὶ κορυνηφόρους καλοῦσι, et hinc ortum verbum κουβαλεύειν, quod et olim res multum dissimiles notavit τὸ λῃστεύειν et τὸ μεταφέρειν μισθοῦ τἀλλότρια Etym. M. et hodie eundem intellectum habet. v. Cang. s. v. et Coray ad Isocr. p. 62. Quid vero, si illud nomen κόβαλος, quod percussorem et bajulum significare dicitur, prorsus diversum est ab altero ut in omnibus linguis sunt multa homonyma? quid si a principio specie quoque dissimile fuit? Suidas Κίβαλος ὁ λῃστής, qui et κιξάλλης dicitur; Hesychius Κίβαλος ὁ διάκονος, et, quod longe aliorsum vergit, Κίβδης κακοῦργος. Illa Suidae interpretatio a Schol. Arist. adhibetur nomini κόβαλος, et quod ab Hesychio subjicitur ὁ διάκονος, convenit in gerulos. Comici autem interpres ita ambigue loquitur ut nescias utrum Cobali an praedones κορυνηφόροι vocati sint; nam convenit utrisque, praedonibus ex re ipsa, Cobalis quatenus ministrorum et gerulorum munere funguntur, castrensium praesertim. Festus: Calones militum servi dicti quia clavas gerebant, quo haud dubie arma significantur velitaria, unde κορυνηφόροι dicti sunt Sicyoniorum servi aut clien-

Digitized by Google

tes, qui apud Argivos γυμνῆτες, id est velites[v]. Atque hic nobis occurrit scurra veles Cic. Ep. IX. 20. de quo jam multi dixerunt, et illi castrenses scurrae, de quibus Gregorius Naz. Or. V. 155. D. τῶν γελοιαστῶν βαρβάρων οἳ τοῖς στρατοῖς ἕπονται λύπης τε ψυχαγωγία καὶ πόνοις ἥδυσμα. His ceteros militaris luxuriae ministros adjungo mimos, saltatriculas, praestigiatores, quibus Plutarchus in V. Cleom. XII. nullum fere exercitum caruisse scribit, porro scorta (cinaedos) et calones, vulgarem castrorum labem Florus Hist. II. 18. 10. cf. Dukeri not. et procacissima lixarum ingenia Tacit. Hist. II. 87. cf. Suid. s. Λεῖξαι. postremo Ribaldos medii aevi, Calonum, lenonum, scurrarum munera varia complexos v. Menag. Orig. de la lang. franc. p. 623. Hi igitur castrorum asseculae lixabundi, Calones famulique metellique caculaeque certe idonei videntur quibus Cobalorum nomen sive scurrarum[x] tribuatur, neque dubito quin Cicero quum illa scriberet Me autem a te ut scurram velitem malis oneratum esse non moleste tuli, hoc potius genus, unde nos quoque nomen in homines futiles translatum habemus (Trossbube), quam parasitum jocis velitan-

[v] Lyctiorum καλοφόροι Athen. IV. 143. B. sane ligna ad coenam apparandam apportasse videntur, sicut calones quoque interpretantur nonnulli τοὺς ξύλα φέροντας καὶ ἄλλα ὅσα πρόσφορα εἰς ποίησιν χαρακώματος, ut Pausaniae verbis utar IV. 7.

[x] Ammian. XXIX. 4. 4. venalia ducentes mancipia scurrae, sine dubio sunt lixae.

Digitized by Google

tem significaverit, neque facile probabit Ernestius hunc velitem dici posse non magis quam qui urbanitatis laudem venatur venatorem. Ac miror Scaligerum et Ferrarium hunc locum non adhibuisse Juven. V. 153.

> Tu scabie frueris mali, quod in aggere rodit
> qui tegitur parma et galea metuensque flagelli
> discit ab hirsuta jaculum torquere capella.

quo nomine si campi doctor significatur, necesse est eum, qui flagellum metuit, tirunculum barbarum dici[y]. Et ex hoc genere sine dubio fuerunt illi scurrae castrenses, calones atque galearii, homines ab armorum usu minime alieni sed iidem ad turpia ministeria et ad omnem nequitiam promtissimi. Verum urbani quoque sive forenses geruli, quos Graeci *προυνείκους* vocant[z] ob infi-

[y] Lydus de Magistr. p. 82. *τίρωνας τοὺς ταπεινούς, ὁποίους εἶναι συμβαίνει τοὺς λεγομένους Τριβάλλους.* Marius satellites legit *ἐκ τῶν προσπεφοιτηκότων δούλων, οὓς Βαρδιαίους προσηγόρευεν* Plutarch. V. Mar. XLIII. ubi cod. *Ὀρταίους*, Glossae Gr. Lat. Bardei *Ιλλύριοι δοῦλοι.* Aristot. Mirab. c. CL. *ἐν Ἰλλυρίοις τοὺς Ἀρδιαίους καλουμένους.* Ptolemaeus *Οὐαρδαίους* vocat; atque haud scio an regis Illyriorum nobilissimi nomen Bardyllis sive Bardylis Plut. Pyrrh. c. IX. Liban. Decl. T. III. 251. Lucian. Macrob. §. 10. 120. Photius Cod. 279. p. 866. gentilitium magis sit quam proprium. Plutarch. V. Brut. c. XLV. *σὺν τοῖς στρατευομένοις οἰκέταις οὓς Βρίγας ὠνόμαζεν ὁ Βροῦτος.* Hesychius *Τράλλεις οὕτως ἐκαλοῦντο μισθοφόροι Θρᾷκες τοῖς βασιλεῦσιν οἱ τὰς φονικὰς χρείας πληροῦντες.* quo munere Bardarii quoque fungebantur et Scurrae. Acta Passionis S. Victoris ad VIII. Maj. Bolland. tunc Maximianus Imperator jussit vocari scurronas et jussit eis, ut ducerentur ad silvulam et ibi decollaretur v. Murator. ad Inscr. DCCCXLIII. 2. Itaque desinit mirum esse qui nomen *κόβαλος* et derisorem et artificem decollandi sive *ἀποκεφαλιστήν* significare possit.

[z] Hesychius *Προύνικοι οἱ μισθοῦ κομίζοντες τὰ ὤνια, οὓς τινες παιδαριῶνας καλοῦσι, δρομεῖς, εὐκίνητοι, γοργοί.* Ejusmodi bajulos mercenarios, non servos domesticos, compellare videtur Simo Terent. Andr. I., vos isthaec intro auferte, abite. *Παιδαριῶνες* illi dicuntur sicut omnes ministri pueri. De calonibus Theophy-

Digitized by Google

cetum et illiberale jocandi genus, quo omnes σκευοφόροι et olim excelluerunt[a] et hodie gaudent, κόβαλοι dici poterant, quod nomen si latino scurra respondet, facile ad κορυνηφόρους illos transferri potuit, de quibus Libanius loquitur Decl. T. II. p. 530. qui vulgo μαγκλαβῖται vocabantur h. e. clavatores, universe spatharii, corporis custodes. Sed haec significationum copia infinitum augebitur, si ea quoque vocabula admisceamus, quae a syllabis καβ, κιβ, κυβ, inducuntur, quaeque ab his rursus per consuetas Etymologorum artes, prostheses, aphaereses, metatheses propagari possunt, κάβειρος, κίβαλος, κύβαλος, σκύβαλος, hoc est Cabirus, latro, exsectus, sterculius, et centena hujusmodi. Equidem quae fuerit nominis κόβαλος origo ne quaerendum quidem arbitror; Cabiros, cymbalistas et Cybelistas prorsus alienos esse intelligo. Hesychii glossa Κόβειρος γελοιαστὴς Gutberlethum permovit ut Cabiros eosdem Cobalos et perinde ridiculos fuisse statue-

lact. Hist. I. 9. p. 42. D. δέκα παιδάρια τῶν περιαγομένων τὴν ἀποσκευὴν τοῦ χάρακος cf. Salmas. ad Spartian. Adrian. c. 18. quanquam hoc nomen etiam τοῖς πολιτικοῖς νεανίσκοις et olim tributum est v. Reines. Varr. Lectt. III. 64. et hodie tribuitur. Θεῖον παλικάρι Batrachomyom. mixobarb. v. 6.

[a] Anecd. Bekk. p. 1415. προύνεικος ἐπὶ τῶν ἀπαιδεύτων. Bajulorum facetias celebrarunt veteres Comici v. Arist. Rann. v. 14. φορτηγός et φορτικός interdum idem valent v. Muret. ad Aristot. Eth. I. 5. In Dionysii versibus Athen. IX. 405. D. φορτητικῶν βρωμάτων mutandum in φορτηγικῶν. Φορτικὸν δρᾶμα ap. Hesych. s. Κολεκάνοι, forsitan non frigidum et ineptum significat v. Meinek. Quaest. Scenn. II. 64. sed obscoenum, sicut idem Cotytto δαίμονα φορτικόν vocat et Didymus II. XIV. 347. homericam fabulam de Jovis et Junonis concubitu φορτικοῦ πράγματος διήγησιν. Theognostus Anecd. Bekk. p. 1413. πρηξών πρηξόνος, οὕτω τοὺς ἀγοραίους καλοῦσι Σικελοί. numne huic adjunctum est nomen πραξῖνος ap. Etym. M. et Glossae Gr. Lat. Geruli, πρακτῆρες, χειρισταί, ἀχθοφόροι?

Digitized by Google

ret, quod firmat Herodoti verbis III. 37. Cambysem Cabirorum simulacra cubitalia combussisse πολλὰ κατασκώψαντα. Sed ex hoc loco minime apparet utrum homo Persa, qui humanas esse formas deorum negaret, figurae brevitatem et rude artificium an deformem corporis speciem cavillatus sit. Et ut hoc quoque ei demus, num, cujus simulacrum alicubi extat ridicule deformatum, ipsum ridiculum et γελοιαστήν esse necesse est? Hac ratione Indorum et Mexicanorum dii ad unum omnes puri puti Cobali erunt. Sed infert aliam plagam. Chrysostomus, inquit, in Hom. XVII. in Epist. ad Ephes. scurras, Samardacos vocat: οὐχ ὁρᾷς τοὺς λεγομένους γελωτοποιοὺς Σαμαρδάκους; οὗτοι εἰσὶν οἱ εὐτράπελοι [a]. Augustinus de Civ. Dei (imo in L. contra Acad.) III. 15. planus erat de iis quos Sarmadocos jam vulgus appellat[b]. Schol. Cruq. ad Hor. I. Sat. 6. 115. fallacem dixit Circum propter samardacos et sortilegos et mathematicos; quibus Du Cangius in Gloss. Lat. p. 692. addit ex Actis Quirini c. 5. video te rusticanum quasi a samardaco inductum qui et te et se decipit. Hos igitur sive Samardacos sive Sarmadocos Gutberlethus germanos Samothraces esse statuit, et jam prius Reinesius in Synt. Inscr. p. 360. idem decreverat ac rursus in Ep.

[a] Sic legitur in Ed. Veronensi c. XVII. p. 179. a. Montefalconius T. XI. p. 125. tacite edidit τοὺς χόρδακας.

[b] c. XXXIV. 217. T. I. Benedict. ubi codd. inter Samardacos, Samardocos et Sarmadacos fluctuant. Hos nonnulli Sarmatodacos interpretantur.

Digitized by Google

ad Rupertum XXXVI. 304. Chrysostomo tacite Σαμοθράκους substituens, hoc nomine, inquit, alii moriones et ridicularios scurras, alii plebem in circulis ductantes planosque deorum Samothraciorum consecraneos intelligunt. Verum in omni memoria inauditum est deorum magnorum sacerdotes Isiacorum more circulatos nomenque suum inter viles agyrtas atque adeo scurras professos esse[c]. Neque, si nescimus unde Samardaci vel Sarmadoci appellati sint[d], haec idonea ratio, cur eos Samothracios fuisse credamus. Aeque magna est inter Cobalos et Cabiros dissimilitudo, quorum illi Liberi Patris perhibentur satellites ludicri et scurriles, hi vero aut deorum Samothraciorum cultores vetustissimi aut dii ipsi, qui in mysteriis colebantur, magni atque magnifici, quorum nomen ad homines nequissimos, praedones, cavillatores, scurras translatum eosdemque modo Cabiros modo Cobalos dictos esse, adeo repugnat ut vix serio affirmari videatur. Praetermitto origines nominis Punicas, Indicas, Hibernicas et quae alia homines perverse docti et nequiter in-

[c] Plutarch. Cleom. c. VIII. δύο τῶν συντρόφων τοῦ Κλεομένους οὓς Σαμοθρᾷκας καλοῦσιν· optime Valckenarius Diat. Eur. p. 223. μόθακας emendat, ne quis vernas Laconicos, quorum nota dicacitas, Samothraces nominatos putet. cf. Segaar. ad Clem. Quis div. sal. p. 207.

[d] Du Cangius in Gloss. Gr. vocem Africanorum esse dicit, fortasse quia Augustinus ea utitur; ex libro Talmudico exemplum profert Le Moyne, ad Varr. Sacr. p. 284. Apud rei agrariae auctores samardacus terminum bifurcum significat; planum quendam cum ligno bifurco se rotantem inducit Commodianus loco prius allato, quorum unum cum altero an conjunctum sit, aliis quaerendum relinquo.

Digitized by Google

geniosi excuderunt, hanc partem antiquariae doctrinae aleae similem putantes in qua periti et imperiti tantumdem valeant. Sine conjecturis omnino ars nostra constare non potest sed in eo genere hanc moderationem adhiberi oportet ut neque quae explicari nequeant, neque quae explicatione non egeant, improba quadam curiositate sollicitentur. Equidem raro huc descendi omnis conjecturae principium inscitiam esse ratus, neque aegre, quidquid periclitatus sum, remittam si quis certiora attulerit; aeque incerta promentibus respondebo breviter et sedate

Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἐστὶν, ἐμοὶ δὲ τάδε.

Digitized by Google

EPIMETRUM I.

ad C. III. §. 2. not. g.

Leontopodion, herbam magicam, praeter alia nomina magnifica et symbolica, *Δαμναμένη* (sic) vocari, traditur in Nothis Dioscoridis L. IV. c. 131. p. 233. et in literis Ephesiis Clemens et Hesychius haec referunt *Ἄσκι, Κατάσκι, Λίξ, Τέτραξ, Δαμναμενεύς*, qui utrum nudi fuerint et sine mente soni, an Magorum, quorum pervetus Ephesi habitatio, vocabula vernacula, adhuc non exploratum. Formulae magicae, quae dicuntur, ut plurimum exoticae erant, ipsique Romani veteres inscriptum ostiis Arse verse[a] plus valere ad compescenda incendia crediderunt quam si eandem detestationem vernaculis reddidissent literis. Ad alterum genus referendum est sono-

[a] v. Lanzi Sagg. T. II. 490. Graeci ostiis inscribebant *εἴσοδος ἀγαθῷ δαίμονι* v. supr. C. V. §. 9. vel *ὁ τοῦ Διὸς παῖς Ἡρακλῆς ὁ καλλίνικος ἐνθάδ' οἰκεῖ, μηδὲν εἰσίτω κακόν* v. Diogen. Epist. VII. ed. Boisson. in Manuscr. Bibl. Imp. T. X. p. 246. Menag. ad Diog. La. VI. 5. 39. Frequentius foribus appositi *ὄρυρες θαλλοὶ* (Hesych.) *κουροθάλη* (Etym. M.) *κώμυς* (Hesych.) alba spina (*περσεφόνιον*) et alia talia.

Digitized by Google

rum carmen, quod Clemens Strom. V. 415. cum literis Ephesiis componit: *Ἀπολλόδωρος ὁ Κερκυραῖος τοὺς στίχους τούσδε ὑπὸ Βράγχου ἀναφωνηθῆναι λέγει Μιλησίους καθαίροντος· ὁ μὲν γὰρ ἐπιῤῥαίνων τὸ πλῆθος δάφνης κλάδοις προκατῆρχε τοῦ ὕμνου ᾧδέ πως Μέλπετε ὦ παῖδες Ἑκάεργον καὶ Ἑκαέργαν, ἐπέψαλλε δ' ὡς εἰπεῖν ὁ λαὸς Βέδυ, ζάμψ, χθών, πλῆκτρον, σφίγξ, κνάξβι, χθύπτης, φλέγμω, δρώψ.* quibus quum nihil nisi quatuor viginti literaturae elementa bis repetita contineantur [b], mirum est hoc ludicrum alphabetum hodie tanquam venerabile antiquarum litaniarum exemplar proponi. Clemens ipse etsi vocum illarum significationes affert, tamen quum praemittit *ἐπέψαλλε δὲ ὡς εἰπεῖν ὁ λαός*, haud obscure eas ad numerum crumaticorum refert, cujusmodi sunt *τήνελλα, θρεττάνελο, βλίτυρι,* taratantara, quibus similia quaedam nostrates poetae Buergerus et Vossius in carminibus popularioribus usurpant sonorum imitamenta. Etym. M. p. 201, 43. *βλίτυρόν ἐστι φυτὸν ἢ φάρμακον ἢ χορδῆς μίμημα,* et paullo ante *Βλίτυρι καὶ σκινδαψός — ἄλογον* (id est *ἄσημον*) *γέγονε δὲ ἤδη παροιμιῶδες ὡς καταριθμεῖσθαι ἐν καταλόγῳ φαρμάκων· Ἰόβας δὲ τὸν σκινδαψὸν ὄργανον μουσικὸν ἀποδίδωσι, τὸ δὲ βλίτυρι χορδῆς μίμημα, οὐκ εὖ,* de quo quid Mannertus dixerit in Dissert. de Scindapso, ignoro [c]

[b] In secundo ordine deest litera zeta, supersunt *N* et *Ω* ter repetitum.

[c] Scindapsum Homeri famulum fabulose prodit Ptolemaeus Heph. c. VI. fin. Cindapsum avem et gentem Indicam Zonaras s. v.

Digitized by Google

sed Blityri[d] apparet sonum ἄλογον et παρεμβολοειδῆ esse eundemque ἐν καταλόγῳ φαρμάκων hoc est in numero vocum magicarum fuisse, quibus morbi pellere crederentur, sicut aliae formulae antipatheticae, Daries Dardaries Huat Hanat, Hax, Pax, Deax, Adimax, et ceterum mysticum Abracadabra. Galeni testimonium βλίτυρι et σκινδαψὸς nomina κρουμάτων esse ceterosque locos, qui huc pertinent, diligenter contulit Reiffius ad Artemid. IV. 2. 444. non omisso asemo κνάξ, unde productum κνάξβι in Milesiorum hymno alphabetico, cui comparandum videtur sacrum carmen de quo Charisius L. II. p. 216. 7. Butubatta haec Plautus pro nihilo et pro nugis posuit, ut in glossis veterum Battatti fluctus quidam et sonus vocis effoeminatior[e], ut esse in sacris Anagmenorum, ubi Anagniorum scribendum, non Anaxamentorum vel Saliorum anaxamentis, quae Meursius proposuit Exercit. Crit. P. II. c. 28. probata Dacierio ad Fest. p. 38. Butubatta igitur respondet nostro Larifari, Battatti, nisi Cascorum vox est, epiphonematis modo usurpatum videtur, illa autem Milesiorum litania e vocabulis asemis joculariter composita est ad exemplum carminum magicorum. Orig. c. Cels. L.

[d] Simile videtur τάγυρι, titivillitium significans. Obscure Photius Νεβλαφέτοι φωνὴ ἄσημος.

[e] Nunc demum video jam Seyfertum in Gramm. Lat T. II. 301. graecum nomen Battalus comparasse, de quo vid. Casaub. ad Sueton. p. 453. Taylor. Prolegg. ad Dem. p. 742. T. VIII. nec distat multum Battaces et Battabaces, Archigalli nomen. v. Wessel. ad Diod. Fragm. L. XXXVI. p. 560. T. X.

Digitized by Google

VI. 301. ὅσοι καθαρμοὺς ἐδίδαξαν ἢ λυτηρίους ᾠδὰς ἢ ἀποπομπίμους φωνὰς ἢ κτύπους etc.

EPIMETRUM II.

ad C. IV. §. 3. not. 1.

Cognomina deorum a cultoribus vel conditoribus sacrorum accepta plurima affert Pausanias; Minerva *Ναρκαία* V. 16. 5. *Ἰτωνία* IX. 34. Diana Laphria VII. 18. 6. Jupiter *Μεσσαπεύς ἀπὸ τοῦ ἱερωσαμένου* III. 20. 3. Aesculapius *Δημαίνετος ἀπὸ τοῦ ἱδρυσαμένου* VI. 21. 4. Hercules *Μάντικλος καθάπερ καὶ Ἄμμων καὶ Βῆλος — ἀπὸ τοῦ ἱδρυσαμένου.* cf. Siebelis T. I. p. 257. Hesychius *Ἑκάλειος Ζεὺς, ὃν Ἑκαλὴ ἱδρύσατο.* Idem *Αὐξίδηνος* (sic) *Ἑρμῆς ἐπὶ* (scr. *ἀπὸ*) *τῆς ἱδρύσεως.* Sed hoc loco disceptari potest utrum Mercurius *Αὐξίδημος* vocatus sit tanquam amplificator populi an a conditore Auxidemo, et hoc probato, utrum casus rectus retinendus an *Αὐξιδήμου* scribendum sit. Occurrit enim memoriae ille *Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς*, unde nova subnascitur dubitatio. Sluiterus enim in Lectt. Andoc. p. 170. praeter alia argumenta, quibus Lysiae orationem contra Andocidem impugnat, etiam hoc affert quod orationis scriptor Andocidem Aristippo litem intendisse narrans his usus sit verbis *φάσκων τὸν Ἀρίστιππον ἀσεβεῖν περὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν αὐτοῦ πα-*

Digitized by Google

τρῷον p. 104. 15. quasi Hermes ille a majoribus Andocidis esset consecratus quem constat fuisse donarium tribus Aegeidos. Verum θεοὶ πατρῷοι, praeter illos, quorum sacra aliquis in suis praediis colebat a majoribus accepta, sine dubio etiam nominati sunt ejusdem phylae et phratriae dii et qui ab aliis quidem sed in proximo consecrati propter ipsam viciniam solemni familiae ministerio colebantur pariter domesticis. De Pindaro narrat Thomas in Vita p. 155. κατῴκει τὰς Θήβας πλησίον τοῦ ἱεροῦ τῆς Ῥέας τὴν οἰκίαν· ἐτίμα δὲ τὴν θεὸν σφόδρα. quam religionem si posteri ejus retinuerunt, non dubito quin deam illam sibi πατρῴαν dicere potuerint, similiter ut Andocides Mercurium, quem ipse παρὰ πατρῴαν οἰκίαν collocatum esse testatur De myst. p. 9. Socratem autem, qui sibi βωμοὺς καὶ ἱερὰ οἰκεῖα καὶ πατρῷα esse praedicat Plat. Euthyd. p. 302. C. praeter domesticos deos etiam communia phylae et phratriae suae sacra comprehendisse arbitror, neque Aeschinem negaverim, qui patrem suum dicit εἶναι ἐκ φρατρίας, ᾗ τῶν αὐτῶν βωμῶν Ἐτεοβουτάδαις μετέχει De fals. leg. p. 47. 39. has aras sibi πατρῴας nuncupare potuisse. Multos autem ad vicinorum deos privatos sese applicuisse apparet e Xenophontis et Plinii testimoniis. Hujus in praediis erat aedes Cereris, quo stato die coibat populus ad vota suscipienda reddendaque L. IX. Ep. 39. Similiter quum Xenophon in agro Scilluntio Dianae templum constituisset, πάντες οἱ πολῖται καὶ οἱ

Digitized by Google

πρόσχωροι ἄνδρες καὶ γυναῖκες μετεῖχον τῆς ἑορτῆς Anab. V. 3. 9.

In inscriptionibus latinis saepe memorantur dii a certis familiis denominati, Jupiter Caelestinus, Pluto Nervianus, Ceres Orciliana, Hercules Papirii. v. Dorvill. ad Charit. p. 405. V. D. in Observ. Amstel. Nov. T. IV. p. 161. Fabretti ad Col. Traj. p. 233. Marini Iscrizz. Alban. CLII. 145. pluresque horum familiarium deorum celebrant Epigrammata graeca; Liberum Patrem in Rhegini cujusdam aedibus constitutum Proculus Ep. V. eundem deum Pisonis domo praefectum Antipater Ep. XVI. Dianam Gorgi agros tutantem Theodoridas Ep. IV. Venerem, quam Chrysogone in aedibus mariti dedicaverat, Theocritus Ep. XII. Hi autem domestici dii partim prothyraei erant, partim intra aedes colebantur. Apud Menandrum Fr. CCXII. testatur aliquis τὸν Ἀπόλλω τουτονί, ubi Meinekius Agyieum significari putat, cujus in fabulis scenicis frequentissima mentio. Phidippides Aristoph. Nub. 84. jurat νὴ τὸν Ποσειδῶ τουτονὶ τὸν Ἵππιον, quo nomine vetus interpres ἀφίδρυμα denotari censet hoc est statuam dei ab ipso ante fores consecratam. Callimachus Ep. XXXII.

Ἥρως Ἠετίωνος ἐπίσταθμος Ἀμφιπολίτεω
ἵδρυμαι μικρῷ μικρὸς ἐπὶ προθύρῳ [a].

Ad Aristonis aedes Astrabaci ἡρῷον fuit παρὰ ταῖς αὐλείοις Herod. VI. 69. cujus statuam crebro

[a] Liban. T. IV. Decl. p. 153. βωμὸς πρὸ τῆς οἰκίας. Charito III. 3. 61. ἔθυεν ἕκαστος πρὸ τῆς ἰδίας οἰκίας.

Digitized by Google

a domesticis coronatam fuisse scribit, similiterque Xenocrates, quamcunque e certamine retulisset coronam, τῷ Ἑρμῇ τῷ ἱδρυμένῳ ἐπὶ τῆς αὐλῆς ἐπέθηκεν Athen. X. 437. B. sive, ut Aelianus narrat V. H. II. 41. τῷ Ἑρμῇ τῷ πρὸ τῶν θυρῶν. In Aeschyli quodam versu invocatur Ἑκάτη τῶν βασιλείων πρόδομος μελάθρων Fragm. CCCC. Hesychius Ἑκαταῖα τὰ πρὸ τῶν θυρῶν ἀγάλματα, τινὲς τὰ ἐν τριόδοις, quorum illa erant in urbe, haec ante portas, ut patet e Plutarch. Apophth. Regg. p. 135. T. VIII. τοῦ Χαβρίου ὀλίγους τινὰς τῶν Θηβαίων ὑπὸ τὰ τείχη φιλομαχοῦντας καταβαλόντος καὶ στήσαντος τρόπαιον, ὃ Ἐπαμινώνδας καταγελῶν ἔφη ἐνταῦθα δὴ οὐ τρόπαιον, ἀλλὰ Ἑκατήσιον ἑστάναι· τὴν γὰρ Ἑκάτην ἐπιεικῶς ἐν ταῖς πρὸ τῶν πυλῶν ἱδρύοντο τριόδοις[b]. Deam prothyraeam salutare videtur is, cujus verba Hesychius affert Ὤπι ἄνασσα πυρρὰ προθύροις, πῦρ πρὸ τῶν θυρῶν, ubi παρὰ προθύροις, παρὸ πρὸ τῶν θυρῶν sc. ἱδρύετο, scri-

[b] Spanhemius ad Call. H. in Dian. v. 38. deas προθυραίας et προπυλαίας temere miscet. Ἑκαταῖα Arist. Rann. 359. sunt sacella deae in compitis posita eoque injuriae praetereuntium obnoxia, unde promta Sycophantis calumniandi materia, sicut Arist. Avv. 954. τῆς στήλης κατετίλας ἑσπέρας. Titius quidam signa sacra noctu frangere putabatur tanquam Hermocopida Romanus Cic. de Orat. II. c. 62. Hermarum compitalium nomen proprium servavit Anecd. Bekk. p. 102. κορυκόσμια κυρίως τὰ ἐπὶ τῶν τριόδων πρόσωπα ξύλινα, ἃ δὴ οἱ Ἀττικοὶ κόρας λέγουσι· τέτραπται δὲ ἐκεῖθεν ἐπὶ τοὺς κόσμους τῶν παρθένων, unde in Schol. brev. ad Od. Σ. 298. τρίγληνα τρίκορα κόσμια ἐνώτια, τριόφθαλμα, τρίκοκκα, emendavimus τρίγληνα τὰ κορυκόσμια. cf. Philemon. Lex. p. 90. Coray ad Isocr. p. 232. τρίκοκκα dicitur ut margarita tribacca v. Wernsdorf. ad Petr. v. 10. T. II. Poet. Min. p. 68. Talia signa virilia (Hermas) et muliebria (Κόρας) non in publico solum sed etiam domesticis religionibus consecrata fuisse, apparet e Porphyrii verbis supra in Epim. VIII. allatis στεφανοῦντα καὶ φαιδρύνοντα τὸν Ἑρμῆν καὶ τὴν Ἑκάτην καὶ

Digitized by Google

bendum videtur. Ex Aristoph. Vesp. 803. *ἀνοικοδομήσει πᾶς ἀνὴρ αὐτῷ δικαστηρίδιον μικρὸν πάνυ ὥςπερ Ἑκαταῖον πρὸ τῶν θυρῶν*, apparet sacella Hecatae foribus proxima et frequentissima fuisse in urbe. v. Schol. *Γαλινθιάδα Ἑκάτη ἀπέδειξεν ἱερὰν αὐτῆς διάκονον· Ἡρακλῆς δὲ καὶ αὐτῆς ἐποίησεν ἀφίδρυμα παρὰ τὸν οἶκον.* Anton. Lib. c. 29. cujus solemnia ab Hecatae cultu non sejuncta fuisse videntur. Ex his autem Hecataeis privatim oracula petita esse docet Aristophanes Lys. 64. *ἦ γοῦν Θεαγένους ὡς δεῦρ' ἰοῦσα Θοὐκατεῖον ἤρετο*, et Schol. ap. Suid. s. *Θεαγ. οὗτος εἶχεν Ἑκάτης ἄγαλμα οὗ ἐπυνθάνετο πανταχοῦ ἀπιών.* sicut Servius IV. 475. de urbe Coritho narrat ibi primores in suis aedibus habere privata Lararia, in quibus singulari ritu colunt Penates ob responsa ab illis impetranda. Medea Eur. v. 401. *μὰ τὴν δέσποιναν ἣν ἐγὼ σέβω μάλιστα, Ἑκάτην μυχοῖς ναίουσαν ἑστίας ἐμῆς.* Oraculum domesticum significat idem in Hel. v. 826. *φήμη τις οἴκων ἐν μυχοῖς ἱδρυμένη.* Sed haec jam ad deos penetrales pertinent, quos invocat chorus Aesch. Choeph. 796. *οἵ τ' ἔσωθε δωμάτων πλουτογηθῆ μυχὸν νομίζετε.* Horum in numero notissimus est *Ζεὺς κτήσιος* in *ταμείῳ* consecratus, quem locum etiam apud exteros rei divinae destinatum fuisse intel-

τὰ λοιπὰ τῶν ἱερῶν, ἃ δὴ τοὺς προγόνους καταλιπεῖν. Servius ad Aen. V. 64. domi suae sepeliebantur, unde orta est consuetudo ut dii penates colerentur in domibus. idemque de suis civibus testatur Plato, eos sepulcra habuisse in domibus, unde orta videtur Mercurii (inferni) et Hecatae religio domestica.

Digitized by Google

ligitur ex Testam. XII. Patriarch. Joseph. III. 701. εἰσερχόμενος εἰς τὸ ταμιεῖον προσηυχόμην τῷ κυρίῳ. et ex Matth. Ev. VI. 6. ὅταν προσεύχῃ, εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου[c]. Heliodorus Aeth. I. 30. p. 48. ὡς τοῖς ἑστίοις θεοῖς κατευξόμενος ἐπὶ τὸ δωμάτιον ἀνέστρεφε, quos cubiculares deos interpretari licet Sueton. Octav. c. VII. Domitianus τὴν Ἀθηνᾶν ἐν τῷ κοιτῶνι ἱδρυμένην εἶχε Dio Cass. LXVII. 16. 1115. Aristid. Or. Sacr. III. 312. ἐδόκουν ἐπὶ τῆς πατρῴας ἑστίας εἶναι· ἐν δὲ τῷ τοίχῳ, οὗ τὰ ἕδη τῶν θεῶν, ἐπιγράμματα εἶναι τοιάδε. Hesychius: Προνώπια τα ἔμπροσθεν τῶν πυλῶν, καθάπερ ἐνώπια τὰ ἔνδον ὅπου αἱ εἰκόνες. Verum de hac re dicemus alio tempore ex professo.

EPIMETRUM III.

ad C. V. §. 9. not. hh.

Sacrorum orgeonicorum si quis miretur nullam a me mentionem injectam esse, equidem vereor ne ea a viris eruditissimis perperam mysticorum numero adscripta sint. Hemsterhusius ad Poll. VIII. 85. Apollo Patrous et Jupiter

[c] De paganis Eichhorn. de Gemm. Hebr. T. II. Comm. Goett. Recc. p. 4. nec privatae domus carebant larario uni alterive numini tutelari dicato Jerem. II. 24. Ezech. VIII. 12.

Digitized by Google

Herceus Penates Atheniensium erant ac illis positas quivis habebat aras; mysticis quoque sacris quibusdam his fieri solitum haud difficulter credo illorumque enarratione quemvis se civem probasse existimo. Id merito improbat Sellius Observ. XVIII. p. 133. sed rationibus minime idoneis, quia inquilini haec mysteria facile a junioribus elicere et in suum usum trahere potuissent et quia non omnes cives iis initiati esse potuerunt, quia proprii eorum erant cultores Ὀργεῶνες. Quin sacra orgeonica a principio mystica fuerint, hoc est solis gentilibus nota, minime dubito, sed illis temporibus, quibus oratores attici floruerunt, ullam secreti speciem retentam esse, nihil est quo confirmari possit. Illud vero explicatione non indignum videtur, quibusnam diis orgeones, qui proprie ita dicuntur, operati sint; sed hanc quaestionem conjunctim cum priore tractabimus.

EPIMETRUM IV.

ad C. V. §. 14. not. s.

Eusebius Pr. Ev. I. 40. D. ὁ δ' αὐτὸς (Φίλων) περὶ τῶν Φοινίκων στοιχείων ἐκ τῶν Σαγχουνιάθωνος μεταβαλὼν θέα [a] ὁποῖά φησι περὶ

[a] Male Orellius p. 44. θεῖα edidit.

τῶν ἑρπυστικῶν καὶ ἰοβόλων θηρίων etc. draconem dicit consecratum esse tum ob alias causas, tum quia reptando ποικίλων σχημάτων τύπους ἀποτελεῖ. — — Οἱ Αἰγύπτιοι τῆς αὐτῆς ἐννοίας [b] τὸν κόσμον γράφοντες περιφερῆ κύκλον χαράσσουσι καὶ μέσον τεταμένον ὄφιν ἱερακόμορφον καὶ ἔστι τὸ πᾶν σχῆμα ὡς τὸ παρ' ἡμῖν Θῆτα· quibus adjungit Zoroastris et Ostanis testimonia, et postremo addit πάντες τὰς ἀφορμὰς ἀπ' αὐτοῦ [c] λαβόντες ἐφυσιολόγησαν, ὥσπερ πρόκειται, καὶ τὰ μὲν πρῶτα στοιχεῖα τὰ διὰ τῶν ὄφεων (sc. ὑποσημαινόμενα vel ὑπογεγραμμένα) ναοὺς κατασκευασάμενοι ἐν αὐτοῖς ἀφιέρωσαν p. 42. quae pessime reddit interpres: primis elementis serpentium formâ in templis, quae construxerunt, solenni ritu dedicatis sacrificia celebrarunt. Στοιχεῖα non sunt rerum elementa, ut iste somniat, sed literae, τὰ Φοινικικὰ στοιχεῖα sive potius illorum prototypa, quorum simulacra aedibus sacris inscripta varios flexus formasque serpentum referre credebantur ποικίλων σχημάτων τύπους ἀποτελοῦντα, sicut litera Θ mundi imago dicitur. Pertinet hoc ad interpretationem literarum mysticam, de qua veteres Judaei [d] et Graeci recentiores praesertim

[b] Scil. ὄντες vel ἀπὸ τῆς — male interpres eodem consilio.

[c] A Taaute, ut videtur. Philo de his plura se tradidisse ait ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις ἐθωθίων ὑπομνήμασι. ubi genitivum ὄφεων delitescere arbitror; nam de serpentum religione disputatio illa est.

[d] v. Reuchlin. Cabb. L. III. p. 752. sq. In easdem ineptias incidit Jacobus Boehmius vel libris cum scombro et pipere emtis eruditus vel naturali quadam stultitiae contagione.

Digitized by Google

multa disserunt. Etym. M. p. 441. *Θῆτα τὸ στοιχεῖον παρὰ τὸ τὴν θέσιν τοῦ παντὸς μιμεῖσθαι, ἤτοι τοῦ οὐρανοῦ τὸ κυκλοτερὲς ἔχον καὶ τὸν διὰ μέσου ἄξονα τῇ κατὰ τὸ μέσον μακρᾷ ἀνάλογον ἔχει.* Et p. 294. 29. *ε̄ τὸ στοιχεῖον παρὰ τὴν ἐπέκτασιν τὴν εἰς μέσον καὶ τὴν κυκλοτερῆ· τὸ μὲν γὰρ κυκλότερὲς καὶ πέριξ τοῦ ὄντος αἰῶνος μιμεῖται τὸ πέριξ, τὸ δὲ εἰς μέσον μακρὸν τὴν ἐπέκτασιν τοῦ αἰῶνος*, et id generis alia ex similitudine nominis et figurae cujusque literae repetita. E recentioribus vero fontibus hausta est *Ἐτυμολογία τοῦ Ἀλφαβήτου*, Etymologico Gudiano subjuncta p. 295. ubi nomen literae quartae Delta ducitur a *Δάλθ ὁ τέταρτος οὐρανός* et sic cetera: *Ζείθ ὁ ἕβδομος — Ἰώδ τελεότης τοῦ νοῦ* (ob perfectionem denarii) *Καῦ ὁ αἰθήρ, Λάβ τὸ οὐράνιον πῦρ.* Atque haec literaturae Etymologia extremis fortasse Graeciae temporibus conscripta est; multo vero ante, vigente adhuc veteris doctrinae memoria, Marcosiani novam haeresin ex Graecorum alphabeto componentes negabant veritatem sine illis posse literis inveniri Tertullian. de Praescript. c. 50. cf. Iren. L. I. 12. §. 2. Grab. p. 71. Cursim haec transgredimur tantummodo degustandi causa, varios ejusdem stultitiae flexus et inclinationes accuratius discernere fastidientes. Neque diutius immorabimur Platonicorum commentis, quae Proculus refert in Tim. III. 225. sq. primum in sanctissimo nomine *Ἓν* spiritum asperum significare *τὸ ἄῤῥητον ἄσθμα*, absidem au-

Digitized by Google

tem literae ipsius universitatem, quibus subjungit eorum sententiam, qui *ψυχήν* interpretantur *ζωὴν νοεράν*, additque ex quatuor, quibus nomen illud constat, elementis intelligi animam quaternarium esse, eorumque elementorum extremum *H* cubi similitudinem ostendere, primum *Ψ* sphaerae; secundum *Υ δείκνυσι τὴν οὐσίαν αὐτῆς δυεῖν τινων ὀρεγομένην καὶ πρὸς δύο πράγματα ἀνατεινομένην*, idque etiam a nonnullis *γράμμα φιλόσοφον* appellari. Omissis ceteris paullulum retineamus hanc philosophorum literam, sicut appellat Hieronymus Comment. in Eccl. p. 740. T. II. Est autem notissima fama, philosophum Samium vitae humanae cursum literae *Υ* comparasse, quod in prima pueritia omnium eadem est vivendi ratio nullo adhuc recti pravique discrimine, adulta vero aetate hominum studia diversum aguntur. Cujus sententiae quis primus meminerit, parum constat; qui noti sunt testes, Lactantius, Persius, Virgilius (Epigr.) a Pythagorae aetate longe distant. Sed imagine bivii, cujus simulacrum est litera Samia, multo ante humanorum studiorum divortia declaravit Prodicus in nobilissimo epimythio Horis inserto; et celebratur quoque Orci bivium a communi exordio in maxime diversas partes excurrens. Proculus in Polit. p. 372. *δηλοῖ δὲ* (Plato) *ἐν Φαίδωνι τὸ ἐν τοῖς ἀποῤῥήτοις λεγόμενον ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμὲν σιγῇ πρεπούσῃ σέβων, καὶ τὰς τελετὰς μαρτυρόμενος τῶν διαφόρων λήξεων τῆς ψυχῆς κεκαθαρμένης τε καὶ ἀκαθάρτου εἰς ᾅδυο*

Digitized by Google

ἀπιούσης καὶ τὰς σχέσεις (scr. σχίσεις) αὖ καὶ τὰς τριόδους ἀπὸ τῶν οὐσιῶν (scr. θυσιῶν) καὶ τῶν πατρικῶν θεσμῶν τεκμαιρόμενος, ἃ δὴ τῆς συμβολικῆς ἅπαντα θεωρίας ἐστὶ μεστὰ, καὶ τῶν παρὰ τοῖς ποιηταῖς θρυλλουμένων ἀνόδων τε καὶ καθόδων τῶν τε Διονυσιακῶν συνθημάτων καὶ τῶν Τιτανικῶν ἁμαρτημάτων λεγομένων καὶ τῶν ἐν ᾅδου τριόδων καὶ τῆς πλάνης. Locus est Platonis Phaed. p. 108. A. ἡ εἰς ᾅδου πορεία — ἔοικε σχίσεις τε καὶ περιόδους πολλοὺς ἔχειν· ἀπὸ τῶν θυσιῶν τε καὶ νομίμων τῶν ἐνθάδε τεκμαιρόμενος λέγω, ubi Heindorfius et Bekkerus pro θυσιῶν, quod Olympiodorus et sine dubio etiam Proculus ab Heindorfio neglectus in suis invenerunt libris, codicum plurium lectionem ὁσίων praetulerunt. Olympiodori adnotatio haec est Σωκράτης δεικνύει ἱερατικῶς ἀπὸ τῶν ἐν τριόδῳ τιμων τῆς Ἑκάτης, a quo dissentit Heindorfius p. 221. obscuris his verbis non ego Hecates sacra sed mysteria tangi conjicio, in quibus anfractus illi in Orcum ducentes spectatorum oculis subjicerentur. Primum non constat hoc unquam factum esse, deinde nomine isto ὁσίων καὶ νομίμων mysteria significari non possunt, postremo, si illa ipsa Tartari et Elysii divortia initiatorum oculis subjecta fuissent, quomodo Plato dicere potuit se hinc conjecturam capere, ut Heindorfius vertit, de rebus iis quae omnibus in conspicuo erant? Equidem Proculo et Olympiodoro assentior intelligi justa funebria sive inferias, quae

Digitized by Google

singulis mensibus in trivia efferebantur proprieque ὅσια et νόμιμα dici solent. De trivio Orci loquitur in Gorg. p. 524. A. ἐν τῇ τριόδῳ ἐξ ἧς φέρετον τὼ ὁδὼ, ἡ μὲν εἰς μακάρων νήσους, ἡ δ' εἰς Τάρταρον [e] quem locum Proculus in extrema parte designare videtur, quanquam trivium illud sublimius interpretatur de sortibus animarum nascentium et renascentium, in quo sequitur eorum opinionem qui Orcum sive animarum habitaculum alte supra terram remotum esse putarunt v. Plutarch. De fac. lun. c. 27. p. 91. T. XIII. Macrob. Somn. I. 11. Denique Porphyrius ap. Stob. Ecl. I. 52. 1052. ἡ λεγομένη καὶ νομιζομένη τῶν ἐν ᾅδου τρίοδος ἐνταῦθά που τέτακται περὶ τὰ τῆς ψυχῆς σχιζομένη μέρη, τὸ λογιστικὸν καὶ θυμοειδὲς καὶ ἐπιθυμητικόν etc. Horum igitur omnium symbolum haberi potest illa bifida litera, quam veteres duobus contrariis nominibus philosophicam et mysticam appellant. Isidorus Etym. I. 3. quinque esse dicit apud Graecos literas mysticas *A. Θ. T. Y.* et *Ω*, quarum nulla praeter quartam ad hanc quaestionem pertinet; nam ceterarum significatio mystica non a figura repetitur, nisi quod *T* crucis salvificae signum est, sed aut ab ordine, quem in serie elementorum obtinuerunt, aut a vocabulis ipsis,

[e] Diphilus ap. Theodoret. Therap. VI. 854. δύο τρίβους καθ' ᾅδου, μίαν δικαίων ἑτέραν δὲ ἀσεβῶν. Hinc Virgilius Aen. VI. 540. hic locus est partes ubi se via findit in ambas etc. et scriptores quoque Christiani, ut Hippolytus c. Plat. p. 220. Fabr. οἱ δίκαιοι εἰς δεξιὰ φωταγωγούμενοι ἄγονται εἰς χωρίον φωτεινὸν — οἱ δὲ ἄδικοι εἰς ἀριστερὰ ἕλκονται.

Digitized by Google

quorum initia sunt (*θωή*, *θάνατος*) aut utrinque [f], nam ultima litera non solum finem significat, ut in Apocalypsi sed etiam horoscopum, quia figura ejus ∞ caducei formam refert, hic autem pro horoscopi signo assumitur v. Du Cang. post Gloss. Gr. T. II. p. 6. Selden. ad Marm. Oxon. p. 133. Sed Pythagoricis literis adnumerare possumus *τὸ E* auctore Nicomacho, qui Theol. Arithm. c. V. p. 32. Pythagoram illud *Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν* propterea sanxisse dicit, quod librae figuram imitetur litera E, haec autem in numeris quinque significet, in quinario vero justitia cernatur. Sequitur Delta, cujus ductus trigonus et in coelesti, ut Gaffarellus vocat, Alphabeto praefulget et in rebus terrestribus maximam vim habet. Psellus Introd. in Math. Disc. p. 37. *ἀρχὴ σχήματος παντὸς ὑπάρχει τὸ τρίγωνον καὶ ἐξ αὐτοῦ πᾶν σχῆμα συνίσταται καὶ εἰς αὐτὸ ἀναλύεται. Ταύτῃ τοι καὶ Πλάτων μυστικόν τινα λόγον τῷ τριγώνῳ ἐναποκρύπτεσθαι ἔλεγε.* Joh. Lydus de Mens. p. 20. *οἱ Πυθαγόρειοι τριάδα μὲν ἐν ἀριθμοῖς ἐν δὲ σχήμασι τὸ ὀρθογώνιον τρίγωνον ὑποτίθενται στοιχεῖον τῆς τῶν ὅλων γενέσεως.* Notum vero est muliebria *θρῖον* dici, quod nomen Grammatici a *τρία* derivant, et *σῦκον* v. Menag. Orig. ling. gall. p. 316. et vero etiam *δέλτα* Eustath. p. 1539. 33. Suid. s. v. de quo Ausonius in obscoeno Epigr. CIX. triquetro coactu Δ literam ducit [g].

[f] Cf. Aringhi Roma Subt. VI. 23. 308.

[g] Simile huic in Priapeis Ep. LV. Anthol. L. VI. Idem signi-

Digitized by Google

Porphyrius ap. Euseb. Pr. Ev. L. III. c. 7. p. 98. multiplices corporum mathematicorum similitudines exponens, circulum aeoni consecratum dicit, conum soli, terrae cylindrum, σπορᾷ δὲ καὶ γενέσει φάλητα καὶ τὸ τρίγωνον σχῆμα διὰ τὸ μόριον τῆς θηλείας [h].

Trigono subjungam multo illustrius pentagonum Pythagoricum, quod delinearunt Solanus ad Lucian. pro laps. §. 5. p. 589. T. III. et hujus immemor Villoisonus Prolegg. Hom. p. XX. Hoc pentalpha a Pythagoreis ὑγίειαν vocatum et vulgo amuletis et numis insignitum esse a viris doctis saepius adnotatum est v. Marm. Taur. T. I. p. 221. Le Moyne Nott. in Varr. Sacr. p. 87. sq. Pierius Hieroglyph. c. 47. p. 31. Eckhel. Doctr. Num. T. II. p. 476. [i]. Sed explicatione egent quae Gesnerus Luciani loco adscripsit: „Ceterum mansit superstitio inter Judaeos et Christianos; Germania superior appellat Pentagonum illud *den Druidenfuss*“. Cujus appellationis duplex af-

ficare potuit ob similitudinem litera Gamma, unde Lipsius Exc. ad Ann. XIII. 2. Suetonio gammatam manum restituit.

[h] Minus vulgatum est quod Proculus in Tim. L. II. 138. de diagrammate quodam cosmographico refert; εἴτε τις μήτε ἕνα λέγει τὸν κόσμον μήτε ἀπείρους ἀλλὰ πολλοὺς καὶ πεπερασμένους — ἤδη ἤκουσε δόξης βαρβαρικῆς ἣν Πλούταρχος ἱστόρησεν ὁ Χερωνεύς (sic) ἐν ἑνὶ τριγώνῳ ἰσοπλεύρῳ κατὰ μὲν τὸ μέσον εἶναι τὸ νοητὸν καὶ καθ' ἑκάστην πλευρὰν παρ' ἐκείνῳ κόσμους ἑξήκοντα καὶ καθ' ἑκάστην γωνίαν ἕνα τοιούτους οἵους ὁ ἡμᾶς περιέχων ὥστε εἶναι τρεῖς ἡγεμόνας καὶ τρεῖς ἑξήκοντα ἄλλους ὑπ' αὐτούς· ἡγεμονικωτέρους γὰρ τοὺς γωνιακοὺς τῶν πλευρικῶν, quorum nec in integris Plutarchi libris mentio est neque in fragmentis a Wyttenbachio collectis.

[i] His nuper accessit Langius in Böttigeri Ephemer. Archaeol. T. I. p. 56. Nos quae scripsimus primum edita sunt ad indicenda solemnia XVIII. Januarii MDCCCXXIX.

Digitized by Google

fertur ab obsoletis antiquitatum Gallicarum et Germanicarum scrutatoribus ratio, aut quia Druidae ejusmodi calceos quinquangulares (sic enim vocant) gestare consueverint, aut quia calcei eorum illo salutari signo distincti fuerint v. Frick de Druidis p. 49. Posteriorem sententiam qui amplexus est, Lemoinius, non dubitat quin hoc modo vernaculi Gallorum calcei ornati fuerint, quos antiquitus nomine gentilicio Gallicas sive Galliculas postea autem Galloches dictos esse, quod genus crepidarum graece τροχάδας vocari; qua de re multum inter se deliberant Nigronius de Calig. p. 49. Bynaeus et ille σκυτοτόμων ὀχ' ἄριστος Balduinus XIV. 121. [k] Verum de Druidarum calceis nihil certi dici potest, nedum de calceorum ornamentis; apud nos phylacterium illud aliter vocatur [l]. Perinde improbabilis mihi videtur eorum conjectatio qui pentalpha illud in numerum literarum cryptographicarum referunt propter illam fabulosam narrationem Jamblich. V. P. c. 237. p. 466. quomodo Pythagoreus quidam in itinere morbo mortifero correptus symbolo arcano ante fores diversorii suspenso suos certiores reddiderit. Plura de hac re fortasse dixit Hammerus in libro, quo

[k] v. Ducang. Gloss. s. Gallic. Cuper Apotheos. p. 190. Salmas. ad Tert. Pall. p. 310. Ignotus auctor ad Senatorem ad Idola conversum inter Opp. Cypriani p. CLVII. Baluz. caligaque remota gallica fit pedibus molli redimita papyro (de Isiaco). Aldhelmus de Laud. Virg. XIV. p. 316. B. feminarum subucula byssina sive hyacinthina, tunica coccinea, capitium et manicae sericis clavatae, galliculae rubricatis pelliculis ambiuntur.

[l] Alpkreuz, Drudenfuss.

Digitized by Google

the Lukumian alphabet, the alphabet of Hermes, of Plato and Pythagoras, the talisman alphabet invented by the Greek philosopher Ghamighasir etc. exposita esse didici ex Diar. Class. T. I. p. 61.

Digitized by Google

ADDENDA ET CORRIGENDA. [†]

P. 14. not. a. vers. 1. pro Herod. VIII. 63. leg. 65.
— 17. not. v. 1. pro CCXXXIII. leg. CCXXXVIII.
— 31. v. 7. post μυσταγωγεῖν excidit: Alciphr. III. 31.
— 32. v. 16. allegorica dispositione. Similiter Lucretius II. 643. de Cybelae allegoria: Quae bene et eximie quamvis disposta ferantur.
— 36. not. v. 10. Ad Sophoclis l. c. Reisigius in Commentar. cum βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ componit Menandreum ὗς ἔκειτ' ἐπὶ στόμα, quod nemo non videt alienissimum esse.
— 51. not. i. lin. 9. Dion. Hal. VII. leg. VIII.
— 53. not. v. 4. Liv. VI. c. 40. leg. V.
— 55. v. 2. penult. Psaltriae leg. psaltriae.
— 58. v. 14. post a Valckenario indicatis excidit: ad VIII. 65.
— 60. not. v. ult. de signis mysticis memoria me fefellit; non legitur illud in Inscript. sed in Lampridii Alex. Sev. c. 26. Isium et Serapium decenter ornavit additis signis et deliacis et omnibus mysticis.
— 61. not. w. Himer. XX. leg. XXII.
— 70. not. b. lin. 10. Jamblich. V. Pyth. XVIII. leg. XVII.
— 74. v. 14. post initia tolle comma, et in nota prima v. antepen. pro Dith. V. leg. VI.
— 79. v. 13. Ἀπόλλων l. Ἀπόλλω.
— 85. not. v. 2. Pluto l. Puto.
— 87. v. 15. pro mendacio l. mendacis.
— 91. not. f. adde: Proculus Paraphr. Ptolem. L. II. 103. μαγευτικοὶ τελεστὰς ἀποκρύφους καὶ μυστήρια ἐπιτελοῦσι.
— 99. v. 16. Χρσμωδίαι leg. Χρησμῳδίαι.

[†] Omissos accentus, interpunctionis vitia aperta et quidquid lectores sua sponte animadversuri videbantur, enotare supersedi.

Digitized by Google

P. 103. Juliani Laodicensis libellus astrologicus nuper editus a Majo Collect. Nov. p. 675.
— 106. v. 1. pro nugacissimo corr. nugaci.
— 110. v. 7. post καθαρμοῖς dele comma; v. 24. post nomen dele comma.
— 120. v. 6. pro σύνεσιν leg. σύνεστιν.
— 122. v. 19. pro Balluz. leg. Baluz. [††] et v. 25. pro indicia leg. indicio.
— 124. not. Zonarae verba leguntur s. Τελετή p. 1718. τὰς ἐπὶ μείζονς (sic) καὶ μετά τινος παραδόσεως etc.
— 125. 13. pro teletas leg. teletae.
— 130. not. n. lin. 8. post μυστήρια omissa est nota Himer. XXVII. 842. In not. o. lin. 5. pro refingebam corrige reponebam.
— 131. v. 11. post divinis excidit de rebus.
— 133. Ἡ φύσις κρύπτεσθαι φιλεῖ. De hac Heraclitii sententia v. Interpr. ad Lucret. I. 643.
— 134. not. g. Quomodo παρά pro κατὰ poni possit docet Schol. Dion. Gramm. p. 753. ἐνταῦθα τὴν παρὰ ἐπὶ πλησιασμοῦ εἴρηκε. In adnot. 9. pro 366. scrib. 360.
— 137. not. Adde Schmidt. de sacerdot. Aegg. p. 240.
— 145. v. 15. pro alternorum leg. aeternorum.
— 159. v. 12. pro dialectorum leg. dialecticorum, et in adnot. v. ult. Dio Chr. Or. LIII. pro III.
— 165. not. v. 1. pro p. 409. scrib. 489.
— 168. not. c. Plures εὐρημάτων scriptores nominat Fabricius Bibl. Gr. T. II. 152. quibus adde Auxonium T. VI. 360. et Phylarchum Suid. s. v.
— 174. not. ult. Menandr. p. 161. scrib. 167.
— 175. not. v. 14. Primae ennaeteridis lustricae nomen Σεπτήριον refert etiam Suidas: Σεπτήρια, καθαρμός, ἔκθυσις.
— 176. not. o. adde Reitz. ad Lucian. de Saltat. c. 34. p. 463. qui gallicum nomen cabrioles interpretatur capreolos.
— 179. v. 7. pro in cathedratione leg. incathedr.
— 184. not. v. 4. pro Τιτανίδαι leg. Τιταπίδαι. Corruptissime haec nomina scribuntur in Anecd. Bekk. p. 303. 16.
— 185. not. d. In dissert. II. de praeceptis myst. p. 9. haec scripseram: „Ciceronis interpretes arietis nomine intelligi volunt argu„mentum validissimum, quo adversariorum rationes convellantur. „Sed significatur ille aries in legibus regiis nominatus, quo ὑπο„φονίων loco caedes inconsulte facta lueretur.“ In eandem sententiam postea inductus est Hasckius Anall. Liter. p. 173. Noodtii pariter oblitus.
— 198. v. 16. post concubitum dele comma.
— 201. v. 2. pro futiliora scrib. inutiliora, et in not. post secus comma tollendum, post sunt inserendum.
— 202. not. Gellius II. 23. filia hominis pauperis in pervigilio vitiata est. Archilochus jactavit se cum Lycambae filiabus rem habuisse "Ἠρης ἐν τεμένει Dioscor. Ep. XXIII. p. 250.

[††] Memini aliquot locis Bibl. Bing. pro Bign. et Bassirel. pro Bassiril. scriptum vidisse.

Digitized by Google

P. 205. v. 9. post non opus est pone semicolon. Adde Julian. Or. VII. 405. Ὀρφεὺς ὁ τὰς ἀγνοτάτας τελετὰς κατασταθάμενος.

— 206. not. c. Versus homericus est Il. II. 551. κοῦροι Ἀθηναίων, περιτελλομένων ἐνιαυτῶν.

— 207. v. 17. pro feriantem scr. feriatam.

— 214. l. 15. Hoc quod ego affirmavi bellum illud contra Eleusinios gestum esse, negat Muellerus De Dorib. T. I. 176. not. ἀστυγείτονας illos, quos Herodotus vocat, Megarenses esse contendens, non Eleusinios. Ex Herodoti verbis neutrum clare apparet, sed quia ista de Eumolpo fabula belli cujusdam inter Athenienses et Eleusinios gesti fama niti videbatur, huc potius referendum putavi Herodoti testimonium, quam ad Megarenses, quos Solon cum Croeso colloquens suo potius nomine quam τοὺς ἀστυγείτονας appellasset. Sed non pugnabo hoc necessarium esse, neque nego adeo Muelleri sententiam mihi nunc aliquanto probabiliorem videri, quanquam aliter sentit Struvius; sed quae idem p. 335. contra me dicit, minus opportuna sunt; Arctini testimonium illi loco, ubi de Homero mihi sermo erat, prorsus non conveniebat, neque omnes expiationes fictas ab historicis dicebam, sed eas ipsas, quas commemoravi.

— 215. v. 3. pro foederatorum, scrib. foederatarum, et v. 10. post ad, insere id. Sophoclei autem loci [†] emendationem aut similem aut eandem in Muelleri Doricis mihi nuper legisse videor sed locum perperam a me notatum nunc reperire non possum. Idem mihi accidit in Philostrati emendatione p. 732. quam in Jacobsii editione aut ab hoc aut a Welckero propositam esse obscure memini sed locum requirenti neque index neque memoria suppetit.

— 220. v. 8. pro Optationi leg. Optatiani. Qui sequuntur versus syringem Optatiani minime referunt, non mea sed typothetae culpa. Ibid. v. 20. post diversos excidit versus.

— 234. His consentit Mallius Theodorus de Metr. p. 19. Metrum dactylicum hexametrum inventum primitus ab Orpheo Critias asserit, Democritus a Musaeo. quod testimonium, quum librum ipsum acquirere nullo modo potuerim, e Bachii editione Critiae huc transferre coactus sum. Ejusdem Critiae mentio facienda erat in enumeratione testium C. IV. §. 3.

— 240. v. 22. excidit nota loci I. 96.

— 242. v. 27. Hecatae mysteria parum explicate memorant Aristoteles Mirab. c. 137. Artemid. II. 37. p. 132. Plutarch. de Flum. c. V. 439.

— 245. not. v. 4. pro et papyro leg. ex papyro.

— 254. not. l. ult. ζειὺς leg. ζειάς.

— 262. v. 25. futilissimis scr. futilibus.

— 268. v. 16. pro quidem scr. quidam.

— 272. v. 11. post ἐνταῦθα omissa est loci Herodotei nota V. 72. et v. 20. verba plura quae in Praefat. indicavi.

— 273. not. lin. ult. pro c. 2. leg. c. 3.

[†] Nomen Χαραβῶν hinc sumsit Arcadius de Acc. p. 10.

Digitized by Google

P. 279. not. 5. lin. 8. pro Paus. VI. 19. leg. VI. 20. 4. et v. 10. pro aliaque multa scrib. aliique multi.

— 281. not. u. lin. ult. Appian. Civ. IV. 144. scrib. 44.

— 282. v. 5. pro enumeratio scrib. enumeratis et v. 18. pro V. 75. srib. VI. 75.

— 287. v. 2. pro ἀπόστασις leg. ἀπόταξις.

— 289. v. 11. post sacris pone punctum et v. 14. pro VII. 110. scrib. VII. 111.

— 291. v. 4. pro aliunde repetit corrige memorat. et v. 12. pro quaerens leg. querens. et v. antepenult. post inebriatus tolle punctum.

— 293. v. 7. post περιθεμένους tolle punctum et v. 19. pro Ὦδωνες scr. Ὦδονες.

— 301. v. 20. pro indicit leg. inducit, et in adnotatione v. 1. pro μαίνειν μιαίνειν.

— 302. not. v. 3. dele Crit.

— 304. not. a. lin. 4. pro eos scr. cos, v. 5. pro περὶ τῆς μητρός scr. περὶ τοῦ κεστοῦ τῆς μητρός. Notae postremae adde: Idem Chelido significatur ab Herodian. π. Μον. p. 9. Χελιδὼν ὁ περὶ τελευτῶντος γράψας, ubi περὶ τελετῶν scribendum.

— 312. nota prima v. 2. pro T. III. leg. T. VIII.

— 314. not. pp. lin. 2. pro 233. scrib. 223.

— 321. v. 23. pro Χυσοκίθαρις scrib. Χρυσοκίθαρις.

— 322. not. v. 2. post καταθέλγων adde punctum.

— 323. v. 5. pro Οἴαγεος leg. Οἴαγρος. et in nota prima pro Alcyonae leg. Alcyone.

— 327. nota prima v. 1. pro 134. leg. 285. D. et v. 2. περὶ τῶν γενῶν τῶν τε ἡρώων.

— 329. v. 5. post narrant adde comma.

— 341. v. 19. pro Sect. VII. leg. VIII.

— 344. lin. 6. a. fin. ἀναγινώσκωμεν leg. ἀναγινώσκομεν.

— 349. v. 3. dissensus leg. dissensio.

— 351. v. 21. ἀρχαιότατας leg. ἀρχαιότατος.

— 356. not. l. 2. pro LXXVIII. leg. LXXII.

— 368. l. 26. post constat dele punctum.

— 373. not. Haec quum adnotarem, Hermanni Dissert. de Hermesianactis elegis nondum edita erat.

— 374. pro 5. scrib. 22. et v. 18. pro p. 19. scrib. p. 79.

— 379. v. 1. post propositae adde comma; in adnot. v. 3. adde: Recentiores poetas aoristi primi ἔφανα et similium syllabam mediam corripere demonstrat post Jacobsium Struvius in Programm. a. 1820. exemplis ex Anthol. et LL. Sibyll. allatis; ibid. v. 12. post γένηται interpone punctum.

381. 19. post symbolici dele punctum et in not. v. 6. post contrariis adde dictis.

— 383. v. 17. post Achill. Tat. I. excidit c. 1.

— 385. not. o. 8. pro Herod. II. p. 19. leg. c. 19. Ceterum hoc exemplum minus aptum quia alia interposita sunt verba.

— 394. v. 11. pro maximas leg. maximis.

— 395. v. 4. post composuerit omissùm comma et v. 22. pro observabili inepte editum servabili.

Digitized by Google

P. 398. not. h. In Callimachi versibus pro εἴπερ Struvius ἤπερ reponit.
— 402. not. ult. adde: apud Arcadium p. 126. pro θεύς ὁ Διόνυσος scribendum Φλεύς.
— 403. v. 21. adde Schol. Aeschin. p. 747. et v. 22. post vocabula dele punctum.
— 406. not. t. v. 2. pro Fricapaeus leg. Eric.
— 411. v. 10. post Ἡμέραι pone comma et v. 14. post interpretes punctum.
— 412. v. 10. pro Hesiodi leg. Hesiodei.
— 417. not. v. 9. pro exordium leg. exodium.
— 419. l. 19. pro desumta leg. sumta.
— 429. v. 13. post reprehendit tolle comma.
— 432. v. 19. post potius dele punctum.
— 436. v. 23. dele verba Palaephati Γοναὶ Ἀρτέμιδος. Fabula Διονύσου γοναὶ memoratur in Didascalia ab Oderico edita v. Boeckh. Inscr. N. 230.
— 439. not. e. lin. 3. pro ἀδίκοις δέ rescrib. τε.
— 442. v. 26. omissa est ad h. v. Hermanni adnotatio: Sic legitur in ed. Gesn. Apud Eusebium κατὰ δὲ σφέτερον. Ego recepi lectionem Clementis Κυκλοτερῆς, ἐν ἴσῳ τε.
— 445. v. 9. male Φύλον editum pro φύλον.
— 454. v. 11. post versum tolle punctum.
— 459. v. 14. adde oraculum Herod. VII. 140. ἀλλ' ἴτον ἐξ ἀδύτοιο. (V. 4. οὔτε γὰρ ἡ κεφαλὴ μένει ἔμπεδον οὔτε νυ σῶμα οὔτε πόδες νέατοι οὔτ' οὖν χέρες, οὔτε τι μέσσης λείπεται, ἀλλ' ἄζηλα πέλει, pro ἄζηλα scribendum esse αἴδηλα fortasse jam alii intellexerunt, eodemque modo in Alcaei Fragm. II. λαῖφος δὲ πᾶν ζάδηλον ἤδη.)
— 461. v. 10. pro νηπενθέα leg. νηπευθέα.
— 464. not. v. 2. pro aiii leg. alii.
— 469. v. 12. pro tertii leg. quarti. Notae adde: μάρτυρα θέσθαι Eur. Suppl. 272. ἵστορα θείομεν Il. XXIII. 486.
— 471. v. 4. pro ἤ leg. ἥ.
— 476. v. 15. pro I. 138. leg. I. 130. et in not. v. ult. unda pro undas.
— 477. v. 20. pro possit leg. jussit.
— 478. not. v. 9. pro Ausoniarum leg. Ausonianum.
— 488. v. 14. pro Orphei leg. Orpheum.
— 490. v. antepenult. pro p. 137. leg. p. 135.
— 492. antepenult. pro genero leg. genere.
— 507. v. 6. post ἔνθ' οὖν tolle lineolam.
— 508. v. 7. pro εἶναι Struvius legi mavult γεγονέναι, ut similius.
— 513. not. k. lin. antep. pro Hexaem. LVIII. leg. L. VIII.
— 514. v. 1. pro Rheae leg. Rhea. et v. 3. Νυκτός pro νυκτός.
— 516. v. 19. adde Aristid. Or. III. p. 21. κατὰ τὴν ἐνταῦθα Λευκάδα τὴν ἐπὶ τῷ Ἀκτίῳ γῇ πολλῇ προχωροῦσα εἰς θάλασσαν — σχήματι κυκλοτερεῖ δρεπάνης τινα τρόπον, καὶ — λέγεσθαι ὡς ἄρα ἐνταῦθα ἐπράχθη τὸ περὶ τὸν Κρόνον, ὑπὸ τῶν παίδων αὐτοῦ τὸ περὶ τὴν ἐκτομήν.
— 520. not. t. lin. 1. post πάντα insere punctum.
— 524. v. 1. pro uncinis leg. uncis.

Digitized by Google

P. 525. not. ad v. 20. adde: κυκλοῖ praebet Eusebius p. 102. D. 108. C. quod probat Valckenarius De Aristob. p. 81.
— 526. v. ult. pro rctore leg. rectore.
— 527. v. 2. pro duobus leg. de duobus.
— 532. v. 12. post arbitrer dele comma.
— 533. not. h. adde: Cosmas Ind. L. XII. 345. A. οὐδὲ αὐτὸ τοὔνομα πάλαι ἐγινώσκετο τοῦ νόμου τοῖς Ἕλλησι· καὶ μάρτυς Ὅμηρος οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως αὐτῷ χρησάμενος.
— 537. v. 14. pro transpositione poteram trajectione scribere. Vocabula doctorum usu trita, auctor, impostor, editor, interpolator, titulus, nota, fragmenta, specimina, omissio, ineditus, derivare, allegare, citare, respicere, et alia talia non declinavi, partim ne pluribus quam necesse esset, partim ne semper iisdem uterer, nec animabus dicere dubitavi, ubi animis ambiguum erat.
— 539. v. 2. pro Κρόνος leg. Κρόνον.
— 541. v. 10. pro L. V. 3. leg. L. V. 35.
— 546. not. v. 2. pro Hippiam leg. Hippium.
— 550. v. 24. pro proponantur leg. proponuntur.
— 553. male repetita sunt Proculi verba.
— 555. v. 9. pro ταρταρίῃ leg. ταρταρίῃ et v. 19. pro IV. leg. III.
— 558. v. ult. pro ἔμ leg. ἐμ.
— 567. v. 10. post reperiri deleto puncto insere sed.
— 568. v. 3. pro 107. leg. 167. et v. 10. sic corrige ut in Praefat. dictum. In adnot. p. penult. pro murcos leg. murcus.
— 570. v. 3. Firmici verba leguntur p. 416. Gronov. quae nota excidit.
— 576. v. 5. pro persenset leg. percenset.
— 581. v. 15. pro 124. scrib. 114.
— 582. v. 4. verba τοῦτο Ὀρφεῖ male sejuncta sunt a praecedentibus.
— 585. not. l. ante furore omissa sunt verba: virgines Milesias.
— 587. v. 9. pro ὕφεσιν leg. ὄφεσιν. et not. v. ult. post dicitur excidit v. Grotius.
— 595. ante post omissum est enumerant.
— 597. v. 16. Hic versus Struvio ita scribendus videtur ὕπνον ὃς οὐκ ἐᾷ μειλίχιον. Si praepositionem omiseris, plura succurrunt, ὕπνον ὃς οὔποτ' ἐᾷ μ' ὀλίγον βλεφάροισιν ἰαύειν, etc.
— 599. v. 17. post sunt dele punctum, v. 79. post fallor adde comma, versu penult. post aras dele comma.
— 613. v. 7. pro semicolo pone comma.
— 618. not. antepenult. pro φανοφόροι leg. φανοφόροι.
— 622. l. 8. pro ἐξ οἵ leg. οὗ. In Grammatici loco quem in not. ff. attuli Ἰσοδαίτης θεὸς ὁ ἥλιος pro postremo fortasse reponendum quod saepe cum illo commutatum est, Ἀπόλλων. In not. seq. quae affertur Hesychii interpretatio ad δαίτας pertinet, non ad δαῖτας.
— 630. 18. pro demum leg. dearum.
— 632. v. 10. post μάντεις adde comma.
— 634. v. 17. post Hecatae omissum est iram.
— 635. v. 9. pro horibiles leg. horribiles.

Digitized by Google

P. 638. not. y. lin. 1. pro uuusquisque leg. unusquisque.
— 641. 16. post *νυμφόληπτος* adde comma.
— 643. v. 7. pro *ἀδίκῳ* leg. *ἀδίκῳ*.
— 644. not. v. 3. a suo super leg. *sub*er; Adde Soph. Antig. 1142. ubi Bacchus invocatur *μολεῖν καθαρσίῳ ποδί*.
— 647. not. v. 7. post Plutarch. excidit nota loci, quem nunc requirere non vacat, et in fine seq. notae Panclius editum pro Panelius.
— 649. v. 6. pro Carpocratianarum leg. Carpocratianorum.
— 651. not. p. v. 3. adde: *μνεῖσθαι* cum genitivo posuit Grammaticus ante Ammon. Valcken. p. XLVIII. *παρθένος ἡ μήπω μνηθεῖσα ἀνδρός*.
— 655. v. 2. pro *κεχρισμένον* leg. *κεχρισμένους*.
— 658. v. 10. pro observabatur leg. observabatur.
— 675. v. penult. post reposuisse omissum est refert.
— 676. v. 19. post suum dele comma.
— 683. not. v. penult. pro residante leg. residente.
— 703. v. 9. post ficulneae dele punctum. Nota f. adde: Lex. *περὶ πνευμ.* p. 234. Valck. *ὄργιον τὸ μυστήριον δασυνόμενον εὕρον*. et Herodian. Epim. p. 102.
— 709. v. 24. pro Ind. leg. Jud.
— 720. v. 16. dele syllabam ho-
— 722. not. c. adde Valckenar. De Aristob. p. 78.
— 728. v. 1. Struvius emendat *ἀνορούων* pro *ἀνορούσων* et v. 6. *φαίνεται* omisso mendoso *ἄρ'*, quod me invito retentum est.
— 729. v. 2. idem pro *ἀμφὶ δὲ τῇ ζώνῃ* emendat *τοι*. Equidem illud pro *ἐμῇ* acceperam.
— 733. v. 16. pro *γονή* leg. *γυνή*. v. 17. pro *Μερφὼ Μορφώ*. Nomen *αὐδώ* nuper Sapphoni restituit Neue in Fragm. I. 6.
— 735. 4. post cujusdam omissum est filia. In Orphei vers. 1. v. 21. pro *Ζεὺς γὰρ ἔδωκε* reponendum est ex Struvii emendatione *ζῆν γὰρ ἔδωκε*. In nota pro *καὶ δ' αὖτ'* scribendum *καὶ Δία δ' αὖτ'*.
— 737. l. 15. Deum Aegyptium hoc et aliis locis Hermetem vocavi, cujus formae auctor extat nullus sed usus necessarius est.
— 741. v. 7. pro legito scrib. tegito.
— 742. v. 7. pro summae leg. summam.
— 746. v. 8. post *μέγιστε* del. comma.
— 767. v. 21. pro demum leg. deorum.
— 771. not. t. Hermanni adnotatio est ad Soph. Trach. v. 287.
— 772. not. x. lin. 5. pro Herod. III. 66. leg. 65.

AD T. II.

P. 787. not. ult. v. 2. pro hymnus leg. hymnos.
— 790. v. 6. pro parenthesi scrib. Serv. ad Georg. IV. 317. not. d. lin. 3. post IX. adde v. 72.
— 793. v. 4. post Proculus adde Schol. ad Hesiod. Theog. v. 209.
— 795. not. adde: *μία ἡμέρα παρὰ Κυρίῳ ὡς χίλια ἔτη* II. Petr. 3, 8. cf. Psalm. 90, 8.

Digitized by Google

P. 798. v. 23. pro votam leg. rotam. In not. v. 3. post *τὴν* adde *ψυχήν*. De Sisypho adde Lucret. III. 1007.
— 808. v. quarto ante fin. pro precatorum leg. peccatorum.
— 809. v. 17. pro Quorum leg. Quo.
— 815. v. 16. pro Tabula leg. Fabula.
— 818. v. penult. pro Titaeus leg. Titacus.
— 820. v. 24. ante cum Clementis deest quae.
— 821. nota secunda v. 5. post Arrian. Alex. interpone L. II. et v. 6. post cultum comma.
— 828. not. Suidas s. *Πύθωνος. τὰς πνεύματι πύθωνος ἐνθουσιώσας καὶ φαντασίαν μνήσεως* (*κνήσεως*) *παρεχομένας*. Eusebius in Hes. c. 8. p. 388. *μὴ θαυμάζετε δαίμονας ἀπὸ κοιλίας ἀνθρώπων φωνοῦντας τοὺς ὀνομαζομένους πύθωνας*.
— 829. lin. ult. pro suspectum leg. suspectam.
— 839. not. v. 9. pro *ἔνδυον* scr. *ἔνδρυον*.
— 841. v. 7. pro Sternenblumen leg. Sternen Blumen.
— 842. not. ult. v. 1. pro I. 25. leg. I. 55. et pro VII. 77. leg. VI. 77.
— 850. v. 15. post *πεντόζω* omissum est *ἐμῇ χειρί*.
— 853. v. 12. pro *τρίβει* leg. *τρίβῃ*. et v. 16. ante apparet dele ut. In not. v. 5. pro *ἐριγάστωρ* leg. *ἐργάστωρ*.
— 860. not. ult. pro *παντόδαπον* Struvius *παντόδακον* legendum censet.
— 862. not. adde: Columella IX. 2. 1. Hyginus veterum auctorum placita secretis dispersa monimentis collegit. *Γράμματ' ἀπόκρυφα* Callim. Fr. CCXLII.
— 864. l. 27. pro ille scrib. illi.
— 865. v. 13. pro Planetarum leg. Planctarum. et in nota prima v. 2. Actaeo pro Arctaeo.
— 866. v. post nulla omissum est nisi.
— 867. not. adde: herba *βάλλις* vocatur Arcad. de Acc. p. 30.
— 877. v. 3. pro Hesychius leg. Toupius.
— 881. v. 20. adde Schneider. ad Nic. Ther. p. 252.
— 885. v. 4. post necesse excidit sit.
— 887. v. penult. pro Siciliae leg. Italiae.
— 888. not. adde: *Βουδούας* Bacchi comes in India relictus ab Arriano, si satis memini, commemoratur.
— 893. not. v. 1. pro Sitanes leg. Titanes.
— 905. v. 3. pro quas leg. quos.
— 912. not. bb. adde Ast. ad Plat. Legg. p. 490.
— 915. not. v. 2. pro *ἃ μάντεις* leg. *οἱ*.
— 920. l. penult. pro dua leg. duo.
— 921. v. 21. ante *εἶναι* excidit *κόσμον*.
— 924. not. Struvius pro ichton emendandum putat *ὁρίζων*.
— 927. not. v. 12. pro nemine leg. nomine.
— 928. not. d. lin. 4. pro Psraphr. leg. Paraphr.
— 931. ult. pro taditum leg. traditum.
— 938. v. 10. post Tzetzes omissum est exponit.
— 940. v. 20. pro *τὸ ἔαρ* scrib. *τῷ ἔαρι*.
— 942. Struvius veteres mathematicos putat primum hebdomadis diem Soli, siderum principi et mesochoro, dicasse, secundum ei qui proximus ex planetis inferioribus esset terrae, tertium similiter ei qui ex superioribus minimo intervallo a terra distaret, tum

Digitized by Google

quartum quintumque locum iis similiter assignasse, qui in utraque serie medii essent, postremo sextum septimumque eos numerasse quos remotissimos a terra viderent.

P. 944. not. d. lin. 5. pro Empedoclis corrige Empedotimi. Etenim in cod. pro Empedocli legitur Empedotim, cujus rei oblitum admonuit Ebertus.

— 951. v. 14. pro πολνεργὸς leg. πολυεργός.

— 952. v. 15. pro ub. leg. ab.

— 957. v. 14. ante videri excidit sumtum.

— 968. v. 13. pro rogata scrib. rogato. V. 15. post Pind. excidit Olymp.

— 970. v. 5. pro 811. scrib. 311.

— 972. v. 22. post Diodor. excidit numerus capitis sexti. In not. prim. v. 2. post Moret. pro p. 56. leg. v. 56. In not. secunda post Erfind. excidit T. II.

— 973. not. e. lin. 1. pro Maaca leg. Masca. Notae seq. adde: nomen καταχήναις, fabulam, ut videtur, significans legitur in Inscript. CCXXIX. p. 349. Boeckh.

— 977. v. 11. adde: quae eadem verba leguntur in Schol. Dionys. Gramm. p. 747. ibid. v. 20. pro forman leg. formam. Sententiam suam de tragoedia lyrica denuo defendit Boeckhius p. 766. orsus a veterum monimentorum fastidio, quod sibi improbari dicit. Ego vero veteres anagraphas nequaquam fastidio, sed illam ab Heraclide productam teste non certissimo, in qua cantorum heroicorum certamina musica fabulose enumerantur, minimum auctoritatis habere dixi; neque ea, quae Boeckhius a me neglecta dicit, neglexi sed ut ambigua ad causam probandam nihil conferre censui. Verum antequam illa Inscriptio, de qua loquitur vir doctus, mihi innotuerit, hanc quaestionem resumere nolo.

— 978. v. 11. pro recentiores leg. recentioris.

— 982. v. 10. pro Βαθυμηδίδαι leg. Βαδυμηδεῖδαι et v. penult. pro Audanio leg. Andanio.

— 988. v. ult. pro tradi leg. tradit. Herodiani locum a se eodem modo emendatum esse in Praefat. Iliadis ed. Teubner. W. Dindorfius mihi per literas significat.

— 989. v. 12. pro Charontis leg. Chironis. v. 14. post transmutavit excidit Serv. Aen. VI. 14.

— 991. v. 15. pro ὑκλον leg. κύκλον.

— 992. v. 25. pro Circae leg. Circe.

— 995. v. 1. tolle verba male repetita τὰς Ἀμαζόνας. E Dionysii Chalcidensis libro Lesbonax de Fig. p. 184. affert aliquid de Amazone Myrina v. Valcken.

— 996. not. pp. lin. 11. excidit Alcimum; adde quod rex Philocyprus Cypranor dicitur v. Bach. Solon. p. 34.

— 1001. v. ult. pro ἐτίμοσε leg. ἐτίμησε.

— 1008. not. v. 14. pro μαλθίων leg. μαλθών.

— 1009. not. v. ult. pro Cincinnae leg. Cincinniae.

— 1011. v. 17. pro Collegum leg. Collegium. et in not. v. monstraverint pro menstraverint.

— 1015. v. penult. adde Firmicus VII. 16. 426, cinaedos efficiet matris deorum cyppahastis inservientes. Dorvillius ad

Digitized by Google

Charit. p. 681. cymbalistis emendat; praestat cypatis i. e. Gallis. Hesychius *Κυπάται πίναιδοι, μαλακοί.* Not. v. 7. post *νόσος* adde hoc loco.

— 1024. v. 3. pro bacchati leg. bacchatio.

— 1025. not. ult. v. 3. pro *πρωτοφορεῖν* Struvius *προκυτοφορεῖν* emendat.

— 1027. v. 23. His Ithyphallis non dissimilis sodalitas *τῶν κακοδαιμονιστῶν* memoratur Athen. XII. 551. F.

— 1028. v. 10. pro pro scrib. porro.

— 1033. v. 18. pro saeculariorum leg. sacculariorum.

— 1037. not. 47. v. 7. ante Plantinum dele lineolam.

— 1056. v. 5. pro abjecta leg. objecta et v. 14. numina pro nomina.

— 1067. not. m. pro gure leg. figure.

— 1069. v. 16. pro *ποιᾶσι* leg. *ποιῶσι.*

— 1075. v. 15. post *ἄρτοι* tolle comma.

— 1081. adde Hesych. *Θύανον πέμμα ἐστὶν ἀντὶ βοός.*

— 1083. not. ult. pro in rebus leg. de rebus.

— 1084. not. n. lin. 2. pro *ἄνω* leg. *ἄνεν.* Ibid. not. o. lin. 5. tolle verba Schol. Juven. I. 80.

— 1087. v. 9. pro *καλαβίζειν* leg. *καλαβίζων.*

— 1088. excidit quartum oraculum, quod in praesentia restituere non possum. V. 12. pro *Δία* leg. *Διά.*

— 1092. v. 15. Adde: ex Hippocratis loco apparet cur Euripides Hipp. 144. Phaedrae insaniam ab ira Dianae repetat.

— 1092. v. post creditae tolle punctum.

— 1096. v. 16. pro Ascraeae leg. Acraeae et v. 19. post feminis dele punctum.

— 1100. v. 9. ante nihil excidit Pythagoras.

— 1101. v. ult. pro 46. leg. 146.

— 1103. v. 12. ante prioribus omissum seculis.

— 1113. v. 15. post insidiis pro semicolo pone comma.

— 1130. v. 24. pro admirabuntum leg. admirantem.

— 1131. v. 2. pro fabularibus scr. fabulatoribus.

— 1133. v. 6. pro hoc deo leg. hac dea.

— 1135. v. ult. pro quatuor leg. tres.

— 1136. v. 3. post Pausanias omissum est narrat.

— 1147. v. 1. post *γνωρίζει* comma pon. et addend. articulus. In Not. prim. v. 6. leg. Poet. pro Poct.

— 1151. v. 9. pro *οἱ* leg. *οἵ.*

— 1152. not. pro *λαθριδίην* Gallaei Edit. *λαθρηιδίην*, unde Struvius in Add. Lex. Schneid proponit *λάθρῃ ἰδίῃ τε.*

— 1153. v. 7. post *χορεύσατε* excidit *φησὶ Σοφοκλῆς.*

— 1166. not. Meinekius Men. Praef. XXXIX. alium Menandrum significari putat, Struvius comicum.

— 1177. not. t. lin. 3. pro Digitorum scrib. Digitiorum.

— 1183. v. 19. W. Dindorfius in literis ad me datis proposuit conjecturam verae similem pro *Ἐνομίδης* vel *Ἐνομήδης* scribendum esse *Ξενομήδης*, et esse eundem veterem historicum a Dionysio memoratum, cujus nomen in Schol. Arist. Lys. 448. male *Ξηνομήδης* scribi et pejus etiam *Ξενομήδη* in Schol. Vict. ad Il. XVI.

Digitized by Google

P. 1191. v. antepenult. pro ἀρνόν Struvio ἀργόν legendum videbatur.
— 1194. v. 12. pro ἐπιμύλιο leg. ἐπιμύλιοι.
— 1201. v. 4. pro ipsis leg. ipsi. v. 7. pro Dactylis et scr. Corybantibus et Dactylis.
— 1202. v. 4. pro beneficiis leg. beneficis.
— 1218. v. 9. post Eaque excidit opinio.
— 1224. v. 6. post Σαμοθράκην exciderunt verba Ἰασίων καὶ Δάρδανος ὤκουν, κερανωθέντος δέ —
— 1228. v. 21. pro Platonis leg. Plutonis.
— 1235. not. c. lin. 8. pro dicunt scrib. dicuntur.
— 1238. v. 4. post confugit pone punctum.
— 1243. v. 11. pro deo leg. deos.
— 1258. v. 16. pro de leg. des.
— 1263. not. v. 10. pro velsellae scrib. volsellae.
— 1264. v. 3. adde Eur. Iph. T. 1460.

Νόμον δὲ θὲς τόνδ', ὅταν ἑορτάζῃ λεὼς
τῆς σῆς σφαγῆς ἄποιν', ἐπισχέτω ξίφος
δέρῃ πρὸς ἀνδρὸς, αἱμά τ' ἀμπνέτω
θυσίας ἕπατι, θεά θ' ὅπως τιμὰς ἔχῃ.

— 1276. v. 14. post libidinem adde venit.
— 1284. v. 9. pro haberent scrib. haberet.
— 1294. not. k. add. Buttmann in Museo Antiqq. T. II. p. 42.

Digitized by Google

I. INDEX

RERUM MEMORABILIUM IN ORPHEO.

I. RES FABULOSAE.

Adrastea 485. 581.
aetas aurea 510.
Ἀνάγκη 485.
Antauges Sol 498.
Apollo Zagrei reliquias colligit 581. Zagreum custodit 553.
— Liberam in matrim. ducit 544.
— Dianam vitiat 593.
Atlas 582.
Bendis 545.
Caelus 501. sq.
Cataposis Phanetis 519.
Centimani 504.
Ceres eadem Rhea 538. Jovis mater 537.
— fruges, mel, nectar et ambrosiam producit 538.
Cereris ira 592.
Chaos 472.
Chronus rerum initium 470.
Corybantes 515. 546.
Curetes custodes Jovis et Rheae 515. 546. 554.
Curetes custodes Zagrei 553.
— Minervae comites 541.
Cyclopes 504.
Diana Latonae filia 543.
— partibus praeest 545.
Dice 533.
Erato 593.
Ericapaeus 478.
Eros in Jove 495. Saturni filius 482.
Eubuleus Sol 498.
Euclea, Eusthenia, Euphane 543.
Euphrosyne 545.
Fortuna 595.
Furiae filiae Proserpinae 547.
Gratiae duplices 543.
Hecate eadem Diana 543.
— Cereris filia 545.
— Latonae filia 561.
Hercules 485.
Hippa 581.
Hygea Amoris filia et Pithus 593.
Hymenaeus 594.
Ide 514.

Digitized by Google

Jupiter nascitur 514. educatus 514. mundum condit 517. 534. a verbo ζῆν dictus 735.
Metis 478. 481. 496.
Minerva 481. 540. 541.
Nereus 509.
Nox dea 501. 514. 517.
Νόμος 533.
Oceanus et Tethys 508. omnium origo 487.
Οἶνος pro Bacchus 557.
Ovum cosmogonicum 475.
Pan 487.
Parcae Urani filiae 504.
Phanes 478. 493. 496.
Philophrosyne Gratia 543.
Phorcus 509.
Plutone 545.
Pontus 509.
Proserpina 530—546.
Protogonus 480.
Saturnus 509. 516. 518.
Sinope Martis filia 594.
Sol Bacchus 498.
speculum Zagrei 555.
successiones deorum 577.
Tempus v. Chronus.
Terrae liberi 522.
textrina dearum 530.
Thaumas 509.
Themis 539. Titanes 505. et Titanides 535.
— occidunt Zagreum 555.
— Tartaro inclusi 581. olim rebellaturi 793.
Tritopatores 753.
Tyche v. Fortuna.
Venus 542.
Vulcanus 555. 504.
Zagreus 552. 556. 557. 558. 559. 572. 581.

II. SENTENTIAE ORPHEI.

De animae ingressu in corpora 755.
— anno magno 792.
— Christo 739.
— daemonibus 950.
— deo omnia permeante 746.
— diis CCCLX. 598. VIII. 742.
— harmonia coelesti 943.
— hominibus 580. 565.
— luna 499.
— manibus 951.
— memoria 732.
— mulieribus 952.
— mutatione elementorum 948.
— Niso loco 465.
De numeris 715.
— oscillis 586.
— seculo Saturnio 510.
— sole 497.
— talo 951.
— terra 499.
— trinitate 581. 909. 910. cf. 737.
— ventre 955.
— visu 950.
— vita altera.
— vita ferina primorum hominum 246.
— vita longa priorum 513.
— vitae castimonia 244.

III. ORPHEUS.

Orpheus Aegyptius 241. Thrax 294. Orphei duo treve 357.
— — Homerum imitatus 521.
— — mysteria instituit 239.
Orpheus nomina deorum allegorice usurpat 731.
— — num dorice scripserit 722.
— — sacra bacchica instituit 295.

Digitized by Google

Orphei aetas 255.
— allegoriae 604.
— astronomia 363.
— consensus cum Mose 580. 737.
— fabulae impiae 608.
— hymni 745.
— inventa 238.
Orphei lyra 320. 948. Magia 751.
— medicina 242.
— palinodia 448.
— theogonia 465. 488. 601. 611.
— vaticinia 237.
— mujeres et posteri 322.

II. INDEX GRAECUS.

A.

ἀγαθὶς 1076.
ἀγαθοί dii salutares 1231.
ἀγορὰ Κερκώπων 1303.
ἀγορὰ κυνῶν, συῶν etc. 1304.
ἄγραφοι νόμοι 193.
ἄγρια ξύλα 703.
ἀγυιεύς monas 716.
ἀγύρτριαι 640.
ἄγχαρμος 80.
ἄδουλος 1037.
Ἀδραστείας θεσμός 799.
ἄδρυον et ἔνδρυον 889.
ἀειγενετής 482.
ἀείδαρος 849.
ἀεὶ μᾶλλον 385.
Ἄζησία 822.
Ἀθηλᾶ 548.
αἰγίζειν 653.
αἴγλη placenta 1066.
αἷμα ἄστρων 853.
αἴρειν δάκτυλον 1180.
αἰσχρολογία ἐφ' ἱεροῖς 689.
αἰολόχρως, ἀλλόχρως 838.
αἴτια sacrorum 687.
αἰώρα 585.
ἀκροκόμος φοῖνιξ 573.
ἀκταῖαι vestes 1022.
ἀκτάζειν 1021.
ἀκύκλιος 54.
ἅλα καὶ κύαμον proverb. 254.
ἀλευρόμαντις 815.
ἀλίβας 878.
ἁλίσπαρτος 1192.
Ἀλκεῖδαι θεοί 1234.
ἀλληγορικὸν i. q. συμβολικὸν 88.
ἅλς θεῖος 87.
ἀλφιτομάντεια 815.
ἁμάρτημα περὶ τὰ γένη 638.
ἀμβροσία 879. 848.
ἄμης 1061.
Ἄμμας, Ἀμμαῖα 822.
ἀμνοκόπος, ἀμνοκοπία 361.
ἀμνοσκοπία 362.
ἀμφίπολοι sacerdotes 1235.
ἀμφιφῶν, ἀμφίφως 1062.
ἀναγωγή 88.
ἀναιρεῖν sortileg. 814.
ἀνάκλησις et ἀνέγερσις deorum 619 sq.
ἀνακεχωρηκότα βιβλία 163.
Ἄνακτες παῖδες 1233.
ἀνάκτορον, ὄριον 59. pro palatio 62.
ἀναλύειν veneficia 644.

Digitized by Google

ἄναξ et σωτήρ 1231.
ἀναστῆναι abund. 646.
ἀνασύρασθαι μηρούς 826.
Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς 1333.
ἀνεμοσκοπία 362.
ἀνθρωπώ 733.
Ἀνταία 1197.
ἀπόθετα scripta 862.
ἀπόῤῥητα cistarum 56.
ἀποφράδες 431.
ἀριθμῷ πάντ' ἐπέοικε 718..
Ἄρκτων ὄρος 1118.
ἄρκτοι puellae Dianae sacrae 74.
ἅρμα pro ἁρμονία 846.
ἅρνες penae 413.
ἀρούν et ἀρόν 837.
ἁρπαγὰ Κοντυττίοις 1031.
ἀρχή, μέσα, τελευτή 387.
ἀσέβεια crimen 665.
ἀσκός obscoen. 843.
ἄσπαλος 847.
ἀστροσκοπία 362.
Ἀστυδρόμια 596.
ἄτρακτος sagitta 850.
ἀτρίαστος 354.
αὖρος 848.
αὐτολήκυθος 1036.
αὐτοπτικὰ ἀγάλματα 58.
αὐτοπτία in sacris 102.
ἀφ' ἑστίας μυηθεὶς 1290.
ἀφίδρυσις deorum 274.
ἀφοσίωσις παθῶν 688.
Ἀχαιά s. Ἀχθεία Ceres 1225.
ἀχαίνας 1063.
Ἀχελῷος aqua 883.
Ἀῷοι θεοί 1284.

B.

B interpositum 1034. *B* pro *Φ*. 1213.
βάβακοι 847.
βαδύ pro ἡδύ 1022.
Βάκχος nom. propr. quis primus usus 303.
βάκχος pro φανός 618.
Βάλιος Dionysus 293.
βάλλειν pro ἐμβάλλειν 633.
βάρηξ, βήρηξ 1064.
βασιλίδες 245.
βασσάρα vulpes 293.
βασσαρὶς lupa 1089.
βασσνίας 1064.
βαττολογία 400.
βέδυ 836. 883.
Βενδῖς 545.
βησσᾶς 27.
βλίττῃ 1331.
βλύψ s. βλώψ 776.
βοαύλια 1131.
βουλίμου ἐξέλασις 175.
βοῦς placenta 1064.
βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ 36.
βοῶπις non Juno sola 302.
βρίσχος 876.
βροτός pro μορτός 568.
βρυάζειν bacchari 1088. fol. 20 [†].
βωλῶρυξ 847.
βωμὸς θερμός 628.

Γ.

Γ interpositum 853.
γαιήοχος ἵππος 857.
Γαλάξια fest. 1069.
γαμήλιοι θεοί 770.
γάμος πνευματικός 649. ἱερός 651. 608.
Γαρίμας s. Καρίμας 1037.
γαρύτας 856.
γαφάγας 848.
γενέθλια ἑστίας etc. 435.
γενέθλιοι θεοί 766.
γέῤῥα 1067.
γλυκεῖα fel 877.
γοναὶ Διονύσου et alior. deor. in fabulis 437.
γονεῖς majores 763.
γυμνῶς directe 868.
γυναικεία θεός 680.
γυρόμαντις 815.

Δ.

Δ pro *Ζ* 296.
δαίμονες πατρῷοι καὶ μητρῷοι 769.
δαίμονες de uno 769.

[†] Incuria typothetae accidit ut paginae quatuor iisdem numeris signarentur; quare folii numerum his paginis adscripsi.

Digitized by Google

δαίμονες Ἀθηνᾶς 1149. et aliorum deorum 1234.
Δαμία 822.
δασύπους 851.
Δαυλὶς fest. 679.
δεῖξις τῶν ἱερῶν 49. sq.
δειρίτας 848.
δελφίξ, delphica 559.
Δεύσιον 609.
Δημήτρειοι cerriti 241.
Δημώ 822.
διαθέτης 332.
διαθήκη 363.
διαθῆναι ἀπόῤῥητοι 965.
διατιθέναι 332.
διὰ τριῶν ἀπόλλυμαι 740.
διδάσκειν τὰ ἱερὰ 50.
διδάσκεσθαι τὰ μυστήρια 191.
Δικτυακά 381.
Δῖον 186.
Διὸς κώδιον 183.
Διόνυσος ἐπὶ μαστῷ 882.
Διόσκουροι pro παρώτιδες 1232.
διφυῆ 748.
δίωγμα festum 680.
δοσοληψία 419.
δοχεύς 108.
δουλαπατία 665.
δράξων 1031.
Δρυώδονες θεοί 1234.
Δύμη pro δυσμή 1085. fol. 20.
δύσμαιναι 1085. fol. 20.

E.

Ἑβδομαγέτης 434.
ἐγκαψικίδαλος 1033.
ἐγκέλαδος Minerva 857.
ἐγκρυφίας 1069.
ἐγκύκλια 54.
ἐγκυλικίστρια 632.
ἔγχυτον 1069.
ἐγχυτρίστρια 632.
εἴδη, ἰδέαι placentae 1080.
εἰς pro πρῶτος 429.
εἰσβῆσαι initiare 74.
εἴσκρισις animarum 730.
εἰσπεράν initiare 74.
ἐκβάλλειν διὰ μέτρου 351.
ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός 17.
ἕκτωρ Ζεύς 857.
ἐκφέρειν τὰ μυστήρια 55.
ἔκφορα sacra 707.
ἐλατήρ 1076.
ἔλαφος fugax 895.
ἐλελίστροφος 458.
ἑλένη 56.
ἐλπὶς καλή 70.
ἐνήλατα 107. 1075.
ἔνθρυπτα 1071.
ἐντεῖναί τι εἰς ποίημα 349.
ἔντριτον 1070.
ἐξαίρεσις 1032.
ἐξάρχειν 646.
ἐπαγωγή daemonum 221.
ἐπεικάδες 431.
ἐπίθετοι ἑορταί 667.
ἐπικλήσεις 402.
ἐπιμύλιοι θεοί 972.
ἐπὶ τετελεσμένοις 777.
ἐπιτηδειοῦν 145.
ἐποπτεύειν de myster. minusculis 128.
ἑπτάδουλος 764.
ἑπτάκτις θεός 101.
ἐπῳδὴ Ὀρφική 236.
ἐπωπίς 224.
ἐργάστωρ, ἐρίμυκος 853.
Ἐρικεπαῖος unde 479.
ἐῤῥηφόροι 872.
ἔρση aqua 873.
ἐρυσίχθων 856.
ἑσμὸς ὀνομάτων 643.
Ἑστίᾳ θύειν proverb. 706.
Εὔβιος 1044.
εὐκαμία 36.
εὐοῖ 1042.
εὔλακι ἀργυρέᾳ 844.
εὐργάστωρ 851.
εὐτέλεια attica 1036.
εὔχεσθαι τἀγαθά 12.
ἔφυγον κακόν formula nuptialis 648.

Z.

Ζειρήνη Venus 1227.
Ζεὺς πατρῷος 770.
— γενέθλιος 770.
— a ζῆν dictus 735.
ζύγαστρον 846.

H.

ἠδυντῆρες sal 879.

Digitized by Google

ἡδύπνουν 847.
ἡμεροκαλλὲς 702.
Ἥρεια 596.
Ἥρωις festum 619.
ἠχεῖον Hierophantae 1225.

Θ.

Θάλαμοι in sacris 26.
θαλλοὶ in sacris 835.
θεοὶ ἄγνωστοι 599.
— ἀποτροπαῖοι 303.
— βασίλειοι 772.
— γενέται 1238.
— λύσιοι 303. 809.
— μητρῷοι 1205.
— ξενικοὶ 667 sq.
— πατρῷοι 771. 1238. θεοὶ πατρ. καὶ ἑρὰ 276.
— πρόγονοι 1239.
— ὅρκιοι 316.
— τεράστιοι 641. 1231.
θεοξένια 669.
θεραπεία μύθων 156.
θευμορία 879.
θεωρεῖν de mysteriis 15.
θεωρίαι μυστικαί 87.
θεωρίδες 284.
θίβη 876.
θρῖον 1345.
θριοφόροι, θριοβόλοι 814.
θρονισμοὶ Pindari 868.
θρόνωσις 116.
θυλακίζειν 1033.
θύλακος 843.
θύλαξ follis 1034.
θυοσκόος 261.
θύσθλα 703.
θυσίαι ἄναυλοι 686.
— — ἱερατικαί 258.
θυωρός 867.

I.

Ἰαώ 461.
ἰδιοφυῆ 748.
ἑρά statuae deorum 51.
ἑρὰ ἀπόῤῥητα Alexandr. 51.
ἑρατικά 880.
ἱεροθήκη 59.
ἱεροὶ λόγοι 148.
ἱεροστολισταί 371.
ἱερώσυνα 880.
Ἰναχώ non patronym. 734.
Ἰοβακχεῖα 306.
ἰοχέαιρα ἀσπὶς 856.
Ἰσοδαίτης 621. sq.
ἱστριανίδες 1258.

K.

καδίσκοι Διὸς πτησίου 53.
καθαρμοὶ sacra magica et stygia 639. 695.
κάθαρσις παθῶν 688.
κάθεδρα 646.
καθιγνύσαι 646.
Καλλισυνή dea 630.
Καλλίχορος 285.
καμπεσίγνιος 700.
καπήδαλος 1031.
καρδαμὴ 1076.
καρδιουλκεῖν 587.
καταβάλλειν 467.
καταβολεύς 1170.
Καταγώγια Ephesiorum 177.
καταδεῖξαι instituere 205.
καταπαύειν τὸν λόγον 788.
καταρχαί initia 74.
κατασπᾶν fallere 1308.
καταστῆσαι μυστήρια 205.
καταχήνη 970. v. Addend.
καψικίβαλος 1033.
κεῖα 1290.
κεράμβηλος 972.
κερδὼ 734.
κερκὶς aratrum 837.
κέρνος sacrum 27.
κίβαλον 1034.
κίλλος 848.
κινεῖν μέγαρα 830.
Κινὼ 733.
κικιῤῥός 1316.
κιστοφόρος 647.
κλαδοῦχος 716.
κλεὶς oris 36.
κλῆσεις ἱεραὶ 62. 130.
κλήτωρ 108.
κόγξ ὄμπαξ 775.
κοίτης 1296.
κοινωνεῖν et κοινοῦν promiscue 18.
κοίτη cista 1257.
κολύμβου ἄμιλλα 1023.

Digitized by Google

κοπρίαι scurrae 1318.
κόραι statuae 1886.
κορινθιάζεσθαι 1021.
κόρος ramus 413.
κορυβάντιον 1144.
κορυνηφόροι 1323.
κορώνη 843.
κόσμος ἀοιδῆς 795.
κουρῆτις γαῖα 716.
κούριον ἄνθος 494.
Κουροτρόφος dea 630.
κράδαι, κραδηφόρια 703.
κραταίπους 850.
κρατηρίζω, κρατηρίσκος 646.
κρηπὶς placentae 1069.
κριθόμαντις 815.
κρικηλασία 702.
κροκοῦν 702.
Κρόνος a κόρος deriv. 506. 511.
Κναμίτης 253.
Κυβήκη 1226.
κύκλος carmen 883.
κύκλος γενέσεως 798.
κύων ξυλίνη 853.
κῶνος rhombus 700.

Λ.

λαυπαικτης 1319.
λέπαργος nix 857.
λεύκη in sacr. Phryg. 647.
λιβανομάντεια a Pythagor. inventa 263.
Λιθοβολία festum 680.
λόγοι ἱεροί v. ἱεροί.
— μυστικοί 149.
— Φρύγιοι, Λίβυκοι etc. 369.
— φυσικοί 150.
λόμβαι 1086. fol. 20.
Λυδῶν πομπή 679.
λύειν veneficia 644.
λύσιοι θεοί v. θεοί.
— τελεταί 643.
λυχναψίαι in sacris 171.

Μ.

μάγαρον 69. 830.
μαθητὴς et διδάσκαλος confus. 353.
μακαρία 879.
Μαλέα λίθος 586.
μαλθακός, μαλθών 1008.
μεγαρίζειν 829.
μείζον, μεῖζον 383.
Μειλινόη 818.
μεμίανται religioni est 190.
μέμνων 849.
μεσόκρανον 959.
μετά singularis usus 1191.
μεταλαμβάνειν, μεταληπτικὸς τρόπος 155.
μηναγύρτης 645.
μηναῖος 954.
μήνιμα Manium 637.
μήτηρ et θυγάτηρ confus. 353.
μητρίζειν 642. 832.
μητρωάζειν μητρωσμός 629.
μητροπάτωρ 457.
μία pro πρώτη 878.
μιερεύς 575.
μίτος semen 837.
Μνημώ 733.
μοιραῖοι et μοιραγέται θεοί 1235.
μολγός 966.
μόροττον 679.
μυεῖσθαι cum genit. 651. v. Addend.
μύλλος 1067.
μυρμώ 568.
μυσταγωγεῖν 28. sq.
μυστήρια sacra magica 90.
— — omnia secreta 88.
— — Veneria res 651.
μυστὴς duplici sensu 29.
— pro ἐπόπτης 128.
μυστικόν quid significet 85. 402.
μυστικὴ κοινωνία 649.
μυστικοί secretarii 62.
Μώλεια festum 680.

Ν.

Ναρθηκοφόροι 813.
νεβρίζειν 653.
νοθεύειν activ. 389.
νόμος non homeric. 533. v. Addend.
Νυκτέλιος 662.
νυμφών in sacris 649. sq.
νύξ ἱερά 651.

Digitized by Google

O.

Οἶμοι ἀειδής 790.
οἰς θέμις in sacr. dictum 450.
ὄρνις avis 881.
ὁλομέλεια 717.
ὁμαδόν 643.
ὁμαδοι βίβλων 643.
ὁμόγνιοι θεοί 766.
ὁμοια omissum 15. 1040.
ὁμοιον nota tachygr. 779.
ὁμφαλοί placentarum 1079.
ὄνος ἄγων μυστήρια 56.
ὀξυθύμια 633.
ὀπισαμβώ 785.
ὁρίανας 845.
ὄργια unde 305.
— Veneris 651.
ὄργιον 703. v. Addend.
ὀρθοστάτης 1063.
ὀρκίζειν cum accusat. dupl. 739.
ὁρμαθός 643.
οὐλομέλεια 717.
οὐρανός ab οὖρος 503.
ὀφιοβόροι, ὀφεόδειροι 845.

Π.

Πάθη βακχικά 693.
πάθη θεῶν 1103.
παίγνια Bacchi 700.
παιδίον pro παῖς 1050.
παιδίον τοῦ πατρός 1048.
Παλλὰς a πάλλειν 539.
πανόληπτος 641.
πάντα θεοῦ πλήρη 912.
πάντα τρία 582.
πάξ 778.
παρά pro κατά 184.
παραγγέλματα μυστικά 189.
παράδοσις mysterior. 89.
παραλαμβάνειν τὰ μυστ. 89.
οἱ παρὰ μικρὸν θεοί 1282.
παραστάτης 1174. 1282.
παραχαράττειν 608.
πάρεδροι δαίμονες 222.
παρέχειν τὰ ἱερά 61.
πάστος in sacris 26.
παταγώδης 27.
πάτριος λόγος 800.
πατρῷος plurium deor. epitheton 771.
πεφάκας 884.
πέπλος coelum 380.
πεντέζωρος 1160.
περιζάκαι 733.
περιπάπτριαι 632.
οἱ περὶ τὰς τελετάς 154.
πήλησις 634.
πίναξ ἀγυρτικός 258.
πλανᾶσθαι γῆν 49.
πλάστρα 227.
πλαταγή 701.
πλέον ἔλασσον 383.
ποδοστραβή 700.
πόλτος 1077.
τὰ πράγματα rerum natura 142.
πρᾶξις lectio, τὰ πραττόμενα 567.
προβασπάνια 971.
προβολαί 891.
προθύματα 1083.
πρόπολοι θεῶν 1235.
προρρήσεις μυστικαί 16.
προσηῶοι dii 1185.
προύνεικοι 1325.
τὰ πρῶτα τῶν ἱερῶν 54. 128.
πυραμίς pileus 709. placenta 704. 1077.
πυραμοῦς 1077.
πυρόμαντις 815.
πυριγενής prima producta 463.

P.

Ῥεμβάς 1088. fol. 20.
ῥινᾶν 1305.
ῥόμβος 700.

Σ.

Σαβακός 1015.
σαββατισμός 634.
σακχοῦρας 300.
Σανάδαι 290.
σελήνη placenta 1065.
σεληνίδες ornamenta 170.
σιαγών 1071.
σίαλος 853.
σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας 67.
σικχός 845.
σίπυη 873.
σιφνός 873.

Digitized by Google

σιωπὴ μυστική 67.
σκέπαρνον 854.
Σκίρτος 1311.
σκιρρόι θεοί 1186.
σκίραφος, σκιραφώδης 1313.
σκληρός et σκιρρός 1314.
σκληροπαίκτης 1314.
σκύτη lupercorum 682.
σοβάς 1088. fol. 20.
σπερμολόγοι 1032.
στεμματιαῖον 175.
στενυγρός 852.
στῖγμα de accent. 657.
στολίζειν, στολιστήρια 371.
στρεπτά 1074.
στρόβιλος 701.
στυγνός 864.
συγκαθιεροῦν 150.
Συκάσιος Ζεύς 703.
Συκίτης Διόνυσος 703.
σῦκον obscoenum 1345.
σύμβακχοι 313.
σύμβολα ἐνόδια 828.
— — insignia 729.
συμβολικόν p. μυστικόν 88.
συμβολοδιδάκτης 828.
συμμορία κολάκων etc. 1013.
συνθήματα characteres magici 730.
σύρρα 520.
σύστασις sacra 109.
σφαῖρα pila 701.
σφραγίς baptismus 33.
σχήματα μυστικά 189.
σωρὸς λόγων 643.
σώστρα 383.
Σώτειρα 980.
σωτήρια 383.

T.

Τάγυρι 1332.
ταμιεῖον sacrarium 1338.
ταυροκαθάψια 207.
ταυροπόλοι 1089.
ταχίνας 848.
τελείωσις baptismus 33.
τελεσταί statuarum 730.
τελέστρια 652.
τελεταί sacra lustralia 695. magica et resolutoria 90.
τελετή quis primus usus 304.
τέλος nuptiae 651.
τελχίς, τελχιταίνω 1181.
τεράστιοι θεοί 1231.
τετραγωνία 764.
τετράδι γέγονας 431.
τολύπη 704. 1076.
τραγηφόροι 653.
τράγος caprificus 847.
τραγῳδία pro threnus 977.
τράπεζαι in templis 1048.
τὰ τρία κακά 740.
τριαγμοί 353.
τριαδικῶς 354.
τρίβαλλος 1037. 1305.
τρίγληνα 1336.
τριγωνία 764.
τρίγωνα carmina 383.
τριοδῖτις 1088. fol. 20.
τρίκοκκα 1336.
τρίοψ 387.
τριτοπάτωρ 760. 763.
τροχάδες 1347.
τρυφητήρια 1022.
Τυπαί festum 680.
Τυχεῖα 595.
Τύχων daemon 1235.

Y.

Ὑβριστικός versus 860.
ὑγίεια in sacris 707. placenta 879.
ὑδογενής 443.
ὑδρανός 183.
ὕννις 828.
ὑπεκκαύστρια 1290.
ὑποθῆκαι 365.
ὕραξ 848.
ὑργὴ ὑρχή 886.
ὕφανε aor. 379. v. Addend.
ὕφος liber 379.
ὕω, ὕδωρ, χυμός 150.

Φ.

Φαίνειν τὰ ἱερά 61.
φαλλής, ῆνος 1087.
φαναὶ μυστηρίων 239.
φάσματα in mysteriis 57.
φῆρον 866.
Φόρκου πύλαι 863.
φορτικός obscoenus 1326.
φοῦρκος 866.

Digitized by Google

φρατρία ληστῶν etc. 1078.
φυλακτήρια proebia 170.
φυσικά 753.
φωνῆς συνετός 14.

X.

χαῖρε νυμφίε 649.
Χαλκιδεύς pro Χαλδαῖος 841.
χεῖρες pro δυνάμεις 886.
χηλός 874.
χοιρίναι 1067.
χοιροψάλης 826.
χρησμός Homero ignot. 310.
χύτλος 835.

Ψ.

ψυχαστής, ψυχάζειν 1038.
ψυχή a ψύχος 756. 758.
ψυχοῦν 953.

Ω.

ὠοσκοπική 410.
ὠτιαφόροι 1312.

Digitized by Google

III. INDEX LATINUS.

A.

Abaris 313.
abata 279.
Acarnenses augures 310.
Accusat. decl. III. aeol. 434.
acetum in sacris 878.
Achelous aqua 952.
Acmon 1177. 1298.
Aclemon 1298.
actae 1021.
Actaeonis canes 1189.
adjectiva in ος, εος, ιος pro ης 841.
adjectiva in ax 682.
adjurationum formulae 739 sq.
Adonis 403.
Adrastea 514.
Adrianus initiatus 37.
aedes inscriptae 1239. 1330.
aeditui 30.
Aegimius 491.
Aegyptiorum dictio symbolica 887.
Aegyptii memoriam colunt 732.
aeronautae veteres 314.
Aerope s. Asterope 279.
aes in sacris 896.
Aesacus vates 269.
Aeschrio poeta 1301.
Aeschyli causa 77.
— — Eumenides 81.
Aesculapius 601. Berytensis 1277.
aetates mundi 782 sq. 791.
aetiologia sacrorum 171.
Agis scurra 1303.
Aglaophamus 722.
Aglaus Psophidius 1007.
agnus curio 85.
Agrauli mysteria 88.
Agrionia 678.
Agriope Orphei 375.
Agrippa Nettesheim 911.
Agroetas scriptor 987.
agrostis 866.
agyrtae quando coeperint 315.
Alcathus 685.
Alchimicorum formulae 739.
Alcibiadis causa 48. fama 1026.
Alcman de bacchan. 306.
Alcon Cabirus 1250.
Alexandri Epistolae 162. 1001.
— — cineres religiosi 280.
— — imago in amuletis 1171.
Alimontia mysteria 983.
Alcyone 323.
alimos 897.

Digitized by Google

allegoriae in mysteriis 134.
allegoriae aetas 155. usus 843.
Alope fons 283.
Alruna 904.
Amalcides 754.
Amazonia 417.
Amor demiurgus 529.
Amphiarai oracula 311.
Amphionis musica 752.
Amphipoli Bacchica sacra 290.
amuleta 970.
Amyclaeum solemne 630.
Anaceum 765.
Anacharsis Eleusine initiatus 282. Rheae initiatus 282.
Anagraphe Sicyonia 328.
Anaxagorae consensus cum Orpheo 951.
Anaxagorei 157.
Anaxilai ludicra 122.
Anaximandri dictio 1100.
Anaximandri allegoriae 157.
ancarius 850.
Anchinoe s. Anchiroe 1210.
anculi dii 1234.
de Angelis Orphei et Ostanis sententiae 456.
Angelus Jovis filia 1291.
animarum inspiratio 760.
animae septem partes 583.
anima aer 758.
animarum descensus 932.
Anius sacerdos 268.
anni quatuor tempestates 940. 944.
annuli physici 375.
annus mundi s. magnus 792.
Antheas comicus 307.
antica et postica mundi 915.
Anticlides 410.
Antipho de poetis 321.
Antiophemus 311.
antiphrasis 877.
Antisthenis allegoriae 159.
antistoichia 214. 1183.
antithei 58.
antrum Idaeum 1179.
aoristi II. imperativus in *ον* 1074.
aornus in acropoli attica 974.
Apaturiorum ritus 171.
apertio templi 831.
apes divinae 817.
Aphytis sacra bacch. 292.
Apis medicus 315.
Apollo *ἰατρόμαντις* 312.
— *πάτριος* 217.
— Maleates 586.
— *Ναπαῖος* 267.
— Sileni filius 1179.
— Telchinius 1185. Telchines occidit 1197.
— idem Sol 79.
Apollinis sepulcrum 993.
Apollonides Nicaeensis 384.
Apollonius de Orpheo 196.
arae incruentae 1083.
aratri partes 839.
arcani vis, 65. sq.
Archelaus 748.
Archilochi Jobacchi 300.
Arctini fabula de Palladio 1202.
areulata 1074.
aretalogi 1316.
Argiope Philammonis 373.
Argura 1132.
Argus Homero ignotus 302.
aries lustralis 185.
— Thyestae 653.
Arignote 653. 359.
Arignotus Pythagoreus 359.
arilator 1033.
Arion 397.
Aristeas 314.
Aristiae Orpheus 338.
Aristobulus 448.
Aristoclea delphica 619.
Aristocriti theosophia 346.
Aristotelis obscuritas 164.
— — judicium de Orpheo 348.
arithmomantia 900.
aruspicinae vocabula 881.
Asclepiadis theologumena 345.
asini nomina 849.
Asinius Quadratus 998.
Asius 970.
Aspasiae causa 665.
Astarte Saracenorum 1228.
Astrologiae antiquitas 426.
Atabyrus 1194.
Atheniensium veterum cultus 169.
— — — liberalitas in civitat. larg. 19.

Digitized by Google

Atheniensium puellae chlamydes 685.
Athenio de Samothraciis 1219.
Attis pastor 631. Hyes 628.
augurum status 917.
auriplices 227.
autochthones 169.
Automedes 328.
automata 1187.

B.

Babutzicarius 823.
Bacchanalia quamdiu duraverint 653. 271.
Bacchanalium feritas 672. tericula 121. vestigia in Homero 285.
Baccharum vulnera 693.
Bacchi plures 656.
— nuptiae 610.
— palingenesia 711.
— sacra lustralia 641. 696.
Bacchus ἡμερίδης 662. λύσιος, λυαῖος 644. μαινόλης 662. μειλίχιος 703. φεύς s. φλεύς 402. χαριδότης 662. ψευδάνωρ 292.
Bacchus animus mundanus 711.
— — Delphis cultus 617. 620. sepultus 572.
— — Eleutherensis 661.
— — in Euboea educatus 1185.
— — Epaphus 1138.
— — genitalium praeses 661.
— — insaniens 698.
— — in Lydia natus 1047.
— — Melanthi adjutor 668.
— — Osiris 584.
— — a Perseo occisus 573.
— — rerum dividuarum praeses 711.
— — Rhodo cultus 307.
— — sacris lustralibus praeest 641.
— — Sol 296.
Bacis 300.
bajulorum facetiae 1326.
balis 867.
baptae 1007.
baptisma profanatum 1019.
barbari exclusi a sacris. 14. 18. in exercitu Rom. 1325.
Bardiaei, Bardylis 1325.
Bassari 293.
battaritis 904.
Battalus 1332.
Baubo 818.
Bauli 1131.
Besas 27.
Bendis 500. 628. 1165. 1214.
Berecyntes 1216.
Berenice 315.
bilbire 778.
biothanati 223.
Bithynorum sacra 1165.
Boebe et Bolbe 1213.
boja 36.
bolites 1079.
bos sacer 677.
brassica 903.
brevia p. proebia 170.
Brimo 587. 1213.
Brotus 568.
bullae ornamenta 169.
Butes scriptor 687.
butubatta 1332.

C.

Cabarnus 1223.
Cabbala pythagorica 908.
Cabiri 1202.
Cabir magnus 1228.
Cabiro nympha 1250.
Cadmus-Cadmilus 1253.
cajoli 1080.
Calanus 927.
Calendaria 412.
calendarum solemnia 176.
Calliae adulatores 1024.
Callistratus de Samothr. 1205.
caminorum amuleta 971.
Canabutius 1204.
Candulus 1305.
canes a sacris cohibiti 1095.
cantorum vett. successiones 827.
capillus Veneris 888.
capita deorum 880.
capita fatidica 236.
Carbas 1141.
Carnabon 215.
Carpocratiani 649.
Caryatae 1195.
casae in sacris 1087.

Digitized by Google

Casandra 269.
Cassius Severus pragmaticus 999.
castimoniae initiandorum 192.
catabolici 107.
cataposis 613.
Cauco Eleusinius 663. 983. 1252.
cavillationes in sacris 683.
Celedones 906.
Celmis 1166. 1177. 1181.
Cephalio 995. 1223.
Cerberus 813.
Cercops 354.
Cercopes 1296.
Ceres Ἀχαιά 1225. Pharaea 1213. χαλκόκροτος 1225.
— cum Celeo concubuit 824.
— Jovis mater 537. terra 79.
— Samothrace culta 1222. in Paro 1223.
— nuptias sanxit 650.
— et Liber dii inferi 241. 1225.
Cereris et Junonis sacra adversaria 153.
cervaria ovis 119.
cervicosus 1181.
cervulos facere 176.
cervus pro fugitivo 895.
Ceryces Attici 213.
Chalcis Corybantum mater 1135.
Chaldaei in Graecia 426.
— — pythagorissant 922. 930. 945.
— — theurgi 102.
characteres magici 104. 106. 730.
Charax de Orpheo 344.
Charidemus s. Chariphemus 325.
Charila 175.
Charops s. Tharops 323.
Chelidon vates 304. v. Addend.
Chiliasmus Orphei 787.
Chiron sapiens 420. veterinarius 640.
Chobar Venus 1227.
Choerilus 210. 856.
Choorum ritus 684.
chrisma 639.
Chrysippus fabularum interpres 342. 606.
— — de etymo nominis τελετή 121.
Christiani librarii vocabula sacra substituunt 525.
cibus in theatro sumtus 1069.
cicadae crinales 168.
Ciceronis Orpheus 338.
Cincinnia 1026.
cindapsus 1331.
cingula sacra 372.
circenses ludi alleg. 170.
circulus lacteus 935.
cistae nomina 876.
citeria 175.
Clearchus 944.
climata 374.
Cleonis hetaeria 1024.
Cliti mors 328.
clypeus balneorum 1004.
Coelus et Terra dii nuptiales 761.
— — — — primi parentes 503.
Colias 669.
collyria 1077.
Combe Curetum mater 209. 1134.
communicare pro participare 18.
Comoediae causae 688.
Comicorum fabulae contra fanaticos 628.
— — — — de deorum solemnibus 436.
comisatores conjurati 1025.
confusio pro turpitudo 32.
consecratio urbium et statuarum 980.
— — mortuorum 1002.
consignare τελειοῦν 33.
convicia in sacris 689.
conviviorum veterum mos 685.
Copreus praeco 685.
cor pyramidis simile 709.
cordi Rhea et Bacchus praesunt 560.
Corinthus luxuriosa 1021.
Cornelius Nepos pragmaticus 999.
cornix Minervae invisa 974.
coronae in templis distributae 707.
Corybantes insaniae auctores 640 sq.
Corybantum sacra lustralia 1153.
— — — ortus 1139.
Corythallia 670.
cossi victus hierophantarum 1059.
Cotys s. Cotytto 1014.
Cotyttia 1007.

Digitized by Google

crater animarum 736. Liberi Patris 736.
crepus 682.
cretae et gypsi usus in sacris 655.
Cretae sacra mystica 1144.
— dii nati 572.
cribrum fatidicum 640.
Crinois 1162.
Critodemus 368.
Critolaus de Samothr. p. 1292.
crumatica 1331.
cubula 1061.
cunae draconibus ornatae 582.
Curetes 1111. sq. Minervae comites 541.
— occidunt Epaphum 1133.
Cyaneae 865.
Cybebe 630.
Cybelae cultores pathici 1015. sacerdotes medici 639.
Cyclops rex 1132.
Cyllenus 1166.
cymbala et tympana post Homer. 298.
cyparissinum sceptrum Jovis 896.
Cyrba 1155.

D.

Daemones turbulenti 696.
daemonium meridianum 1092.
Daera 153.
damnatis os occlusum 36.
Daphne Antioch. 1022.
Daphnephoriae 172.
Dardanus et Jasion 1202. 1207. 1212. 1222.
deae texentes 551.
dedicationes templorum 436.
defollire 1034.
Deiope 213.
Delas 1156.
Deliaca cerimonia 680.
delphica 846.
Delphorum mysteria 618. solemne piaculare 175.
Delta signif. 1345.
Demetrius Magnes 573.
Demo allegor. 987.
Democriti *Τριτογένεια* 157.
Demogorgon 598.
demorum atticor. idiomata 874.
deorum amores allegor. 608. assessores 1234.
— — cognomina a conditoribus 1333.
— — natales dies 430.
— — manium irae 637.
— — nomina ad unum deum relata 712. 598. nomina in mysteriis tradita 1286.
— — nuptiae 649. 607.
— — *πάθη* 688. 697.
— — statuae circumductae a peregrinantibus 276. 1240.
— — res gestae in sacris expressae 675.
— — sepulcra 575.
— — successiones 791.
Derwische 1153.
deus *ἀρχή*, *μέσα*, *τελευτή* 530.
Dexicreo vates 300.
dexter et sinister conf. a librar. 353.
dextra et sinistra mundi 915.
Diagoras mysteriorum contemtor 1285.
dialectus delphica 846.
— — deorum 853. 858.
Diana Amphipolitana 291.
— Corythallia 1086. fol. 20.
— Ephesia 27.
— Lemnia 1214.
— *πατρῴα* 276.
— Pergaea 1092.
— eadem Luna 79. 171. 1062.
Dianae sacra fanatica 1086. fol. 20.
— sacra magica 1090.
Dianaticus 1091.
Diasceuastae 333.
Dice Jovis *πάρεδρος* 396.
Didymus pragmaticus 994.
dierum nomina a planetis 933.
dierum festorum causae 684.
dies atri, religiosi, fausti 412.
dies, nox, mensis dii 102.
dii averrunci 303. cubiculares 1338. domestici 1335.
— dormiunt hieme 691.
— epidotae 695. 1240.
— familiarum 1335. generis 1238.
— genitales 744. hospitales 768.
— ignoti in sacris lustralibus 695.

Digitized by Google

dii inferi sacris lustralibus praesunt 695. perjures puniunt 89.
— magni 1226.
— μειλίχιοι 1240.
— ob viam ducti 51.
— octo 742.
— ὁμόγνιοι 768.
— parentum et patrii 769. 1238.
— pro malis angelis 1309.
— prothyraei 1336.
— quaesiti in sacris 678.
— regales 772.
— sociales 768.
— Telchinii 1185.
— tercentum 364.
— tutelares 1240.
— vincti 691.
Dinarchus poeta 573.
Dindimus Brachmanarum rex 927.
Diogenis alleg. 160.
Diomus 676.
Dionysii plures mythographi 990.
Dionysii tyranni dictio 856.
Dionysius Cybelen coluit 1021.
Dionysius Corinthius 687.
Dionysius de Orph. 852.
Dionysodorus 1221.
Diopithes vates 981.
Dioscuri non sunt Cabiri 1212. dii magni et soteres 1231.
Dioscuris Minerva praecinit 541.
Diotima 315.
Diotimus de Cercopibus 1297.
Dipolia 674.
discalceati templa intrant 245.
divortium cum invocatione deorum inferor. 89.
Dius poeta 326.
docere sacra 49.
Dodecaeterides 425.
doliola sacra 53.
Domninus mythographus 998.
dona fatalia 283.
Dorion 323.
draco demiurgus 484.
dramata sacra 688.
dualismus 931.
duodecim signa in homine 928.
— — — sexu discreta 929.
Dysaules 238.

E.

E literae signific. 1345.
Ebriola 174.
Echinus augur 310.
ecpyrosis 791.
ecstases 314. 948.
Edoni bacchantes 290.
Eetion et Jasion 49. et Emathion 1228.
Electra Dardani mater 1228.
Elegeis 826.
elementorum analogiae 945.
Eleusinia iguota olim 282.
— — omnibus graecis communia 14.
— — Messeniorum 663.
Eleusinii ludi 206.
Eleusiniorum terriculamenta 111. 117.
Eleusinium bellum 207.
Eleusinus pro Eleusinius 208.
Eleutherae 661.
Emathion 325.
Empedotimus 935. v. Addend. ad p. 944.
Endymion apologus 988.
energumeni 107.
Engastrimythi 300. v. Addend. ad p. 828.
Enomides scripter 1188. v. Add
enubere sacris 1206.
Epaphus 1131.
Ephesiae literae 1162. 1330.
Epicuri orgia 1026. sacra lustralia 646.
Epigenes tragicus 975.
Epigenes de Orph. 340.
Epimedes 328.
Epimenides de Telchin. scripsit 1183. de Curetibus et Corybantibus 1142.
— — aruspex 315.
epimythia 944.
epiphthegmata 776.
epitheta deorum in hymnis 401.
epitheta homerica aliorsum versa 856.
epoptia philosophica 126.
equus october 681.
Erechthei filiae 210.
Erigone 585.

Digitized by Google

Eumunus 1277.
esoterica Pythagorae 128.
Euboea 1181.
Eudemus de Orph. 488. 339.
Eubuleus Bacchus 460.
Euclus vates 299.
Euemerus 989.
Euius s. Eubius 1044.
Eumeli de sepulcro Sisyphi 284. de sacris Phrygiis 307.
Eumolpi bellum 207. genus 218. 311. inventa 239.
Eumolpidarum πάτρια 193.
evocatio sacrorum 276.
Eunostus 972.
euphemismus in sacris 818. 877.
Eupolidis Baptae 1007.
Eurybatus 1306.
Eurymedon Cabirus 1250.
Europiae scriptor 752.
Euripidis sententiae mysticae 624.
Eurycles 300.
Eurynome 398.
Eurypylus 686.
Eusebii fides 1275.
Exegetae et exegetica 754. 846. 980. 754.
exuviae deorum 729.
exordia librorum 772.
expiatio caedis 967.
exta semicocta 685.

F.

Fabarum religio 252.
fabulae novitiae in hymn. Orph. 403.
facies deformata in sacris 654.
faces in templis 171.
famuli dii 1234.
fatorum dilatio 315.
fel in sacris 878.
ferae in pompis 175.
fertor, fertuno 1064.
ferulae lupercales 682.
femininum genus et mascul. 216.
fibulae crinales 169.
ficus arbor lustralis 703. ficus Phrygiae ibid.
fissiculare 587.
flagitia in sacris 202. 649.
flores sparsi in sacris 707.
florifertum 1084.
fluvii inferni 812.
Fortuna numen novitium 403. 595. Bona Fortuna 1239.
fundo, refuto 150.
Furiae Aeschyli 403. propitiantur in nuptiis 635.
— — Proserpinae filiae 547.
— — naturae leges conservant 1100. orbitate puniunt 635.
Furiarum pompa 1072. numerus 81.

G.

Galeni testimonium de myster. 63
Galli mendicantes 647. faciem gypsant 655.
Gallorum flagra 658. tympana 1145.
— — nomen recens 659.
galliculae 1347.
Gello 302.
geminatio consonantium 845.
genesis imperatoria 425.
genethlii dii 766.
genethlialogiae origo 426.
Genetyllis 669. 630.
Genii urbium 695.
Germanus scurra 1320.
Gephyraei 214. 1225.
Gigantes et Titanes confusi 584.
Gigonis Baccho sacra 292.
Glauci herba 866.
Glaucothea 652.
Glaucus de Homero scr. 157. de poetis 321.
glut glut 778.
Gnosticorum consensus cum Orph. 457. 471. 890. v. Manichaei.
Gorgopis lacus 214.
Graecorum odium in barbaros 16.
Gratiarum τελετή 90.
— — mater v. Eurynome.
— — numerus Homero ignotus 405.
— — sacra apud Parios 686.
grylli 978.
gypsus in sacris 654.

Digitized by Google

H.

Halia nympha 1184. 1186.
Haloa mysteria 88.
Hamalcides 754.
harmonia coelestis 943.
Harmonia 678. 1223. 1255.
Harmonides 325.
Harpalyce 680.
Hecataeus 987.
Hecate sacris theurgicis praecest 224. et lustralibus 639.
— filia Jovis 544. Cereris comes 545.
— Lemni culta 1215.
— eadem Diana 79.
— Ἐπωπίς 224. φύλαξ 545.
Hecatae mysteria 242. v. Addend. spectra 223. oracula 1337.
— — sacra 120. 1064. cultus domesticus 1006. 1336.
Hector Apollinis filius 268.
hedera Apollini sacra 80.
Helenus scriptor 260.
Hellanicus de Orph. 340. 484.
Heraclitus Orpheum imitatus 948. 1000.
herbae stellarum 910.
— magicae 901.
herbarum nomina symbolica 887.
Hercules Desanaus 1174. Idaeus 1169.
— — Ἀλεξίκακος 1172. demiurgus 484.
— — Melampygus 1298.
Herculis athla 485.
— — arma 403.
— — iter ad Hesperides 702.
— — mysteria 89.
— — sacerdos 177.
Hermagoras scriptor 410.
Hermaphroditus 1007.
Hermetis ὅροι 737.
Herodicus s. Prodicus 360.
Herodorus de Orph. 337. 357.
— — mythographus 268. 987. 1310.
Herodoti judicium de Orph. 347.
heroibus vesperi sacrificatur 412.
heroum cultus novitius 284.
— — ossa religiosa 281.
Heros medicus 1171.
Hesiodi carmen de Idaeis 1156. carmina amissa 567. 309.
Hesiodus de Baccho 306. de mysteriis 304.
— — de herbis magicis 309. de aetatibus animalium 792.
— — de Mida 310. de longa vita 518.
Hetaeriae 1024.
hexameter ab Orph. inventus 334.
Hierapytna 1155.
Hierocles de Orph. 345.
Hieronymus scriptor 340. 484. 944.
Hierophantarum nomina tacita 62.
Hierostolistae 371.
Hippa 582.
Hipparchus scriptor 608.
Hippasus Pythag. 359. 719.
Hippias de Orph. 336.
Hippo scriptor 427.
Hippobotus de Orph. 342.
Hippocrates initiatus 282.
Hippocratis obscuritas 163.
Homeri carmina omnium antiquiss. 350. testimonia de Baccho 285. Cercopes 1297.
Homero ignotae fabulae et ritus 310.
Homerus a Musaeo oriundus 324.
— — Orpheum imitatur 952.
homicidae 184. 300. 301.
homicidiorum imago in sacris 1260. v. Addend. p. 1264.
homines a Gigantibus orti 568. e terra nati 580. 762. e sanguine Titanum 567. 763.
homo parvus mundus 921.
Horatia gens sacra 185.
Hosii delphici 616.
hospitales dii 768.
Hyacinthides 210.
Hyes 628. 1045.
Hylae sacra 678.
Hymenaeus 327.
hymni antiqui 373.
— epithetis compositi 401.
— orphici 395. 405.
— physici 614.

Digitized by Google

J.

Jaccheum 253.
Jacchus 821.
Janus inter Penates 1242.
Jasion 49. 1222.
Iatromathematica 928.
Idaei Dactyli 1156.
Ide 514.
Idmonides 325.
Idololatria orta a luctu 1001.
Idomene 326.
Idomeneus scriptor 121. 1206.
ignoti dii in sacris magicis 599.
Ilienses Scamandro sacrificant 610.
Imbria sacra 1250.
immortalitatis spes initiatis facta 800.
Indigetes Curetes 1178.
infertus 1084.
infulae statuarum 175.
initia ab ineundo 78.
initiatorum praemia in altera vita 810.
initiandorum vexationes 1262.
insania hereditaria 637. e sceleribus 635.
insignia, σύμβολα 729.
insula mortuorum 1236.
inventores rerum 168.
Jo Isis 1131.
interaspiratio 1042.
Jon de Orph. 330.
ionica dialectus quamdiu in usu 998.
Jonis sententiae 384. 388.
Jovis antrum 1121.
— lacrimae 840.
— nuptiae 609.
— sepulcrum 993.
Jovium 186.
Iphicratis hetaeria 1024.
ipsilles, ipsullices 227.
Irae 816.
iris tauriceps 895.
Isigonus mythographus 991.
Juliani Imper. superstitio 109.
Julianus Chaldaeus et theurgus 99.
Juno Thelxinea 1189.
Junonis amiculum 186.
— — incudes 51.
— — τελετή 90.
Judaei et Idaei confusi 1156.
Jupiter arcanus 1121
— — βασίλειος 772.
— — κτήσιος 1239. 1337
— — in Lydia natus 14
— — Μειλίχιος 186.
— — mundus 533.
— — nuptialis 770.
— — πατρῷος 770.
— — πλουτοδότης 1239.
— — νέτιος 1047.
— — omnes deos complexus 614.
Juris consultorum etymologiae 869.
jus jurandum Pythagoricum 718.
jus jurandum apud Samothracios 1219.
Ixionis rota 798. v. Addend.
Jynges 906.
Laconica sacra fanatica 1085. fol. 20.
lacrymae deorum et heroum 887.
lactuca 903.
Lampo vates 979.
lana in sacris 702.
Lararium 1239.
Lares Curetes 1178.
— Graecorum 1239.
Latonae errores 1186.
Latinus rex 677.
lavationes sacrae 1011.
laurus Libero sacra 80.
lectisternia privata 880.
leges cerimoniales 249. 707.
legumina religiosa 254.
Lemniae nymphae 1209.
Leo scriptor 999.
Leocorion 326.
Leos Orphei 326.
Leuce 833.
liba sacra 1060 sq.
Liber a luo 644. v. Addend.
Libethrii 295.
Libethria orgia 722.
Libethrus poeta 325.
libri fatales 965.
— fatidici 979.
— mystici 154. 193.
— reconditi 862.
— calumniae causa subjecti 859.
licnophoria bacchica 583.
ligna infelicia 703.
Lindia sacra 677.
linguae hostiarum 685.

Digitized by Google

Linus 337. 473. 510. 955.
literae ab Orpheo inventae 234.
— Phrygiae 370. Ephesiae v. Eph. — mysticae 1340.
lotores sacri 1011.
Lucani Orpheus 338.
ludi musici tempor. heroicis 328.
— navales 367.
ludicra sacra 674.
ludus ad judicem 678.
luminaria in sacris 171.
luna terra aetheria 500.
lunulae ornamenta 169.
Lupercalia 88. 683. 681.
lupercus a luo 681.
lupini ferales 254.
lura 966.
Lycaeum 894.
Lycanthropi 638.
Lycomidae 982. 1252.
Lycus Hermionensis 1005.
Lycus Telchis 1186.
lyra mundana 941.

M.

Ma nympha 582.
maccus 845.
Macedonica sacra Bacchi 292.
macrocosmus 912.
maenides et triglae 191.
magalia 835.
Magi in Graecia 426.
magiae origo 235. 970.
— — Pythagorei student 900 sq.
Magnes poeta 307.
Majuma 1023.
mala Hesperia 702. punica 704.
Maleus Tyrrhenus 585.
Malei lapis 970.
maltha, malthinus 1008.
malvae religio 898.
mandragoras 903.
manducus 176.
Manes persequuntur occisores 301.
Maniae 1081.
Manichaeorum consensus cum Orph. 251. 710. 747. 890. 251. 1081.
Manium evocatio 91. 316.
manus sollertiae causa 951.
Marcosiani 122. 1341.
mare Saturni lacrimae 886.
Maron Bacchi filius 287.
Mars πατρῷος 277.
Marsyas in foro 1138.
masca 973.
masculina participia cum femin. 216.
Maximus Orpheum imitatus 419.
medicina auguralis 312.
Medusae cincinnus 279.
— — caedes ignota Homero 403.
mel vinum vocatum 879.
Melampus sacra mystica instituit 262. 298. 1102.
Melampus veterinarius 640.
— — de dierum delectu 429.
Melanaegis Bacchus 662.
melancholici circa busta 688.
Melanopus 323.
Melanthus rex 668. 933.
Meleagri titio 283.
Melinoe 833.
Melissa Cereris myst. 50.
Melissae sacerdotes 317.
Melissus 989. Adrasteae pater 514.
membra humana planetis consecr. 927.
Memnonis 1298.
Men 1047.
Menander de myster. 1166.
mendicatio sacra 314.
Menedemus heros 328.
Menippe 328.
Mentha 833.
merces fatilegorum 258.
Mercurius ex quovis ligno 250.
— — quarto die natus 430.
Mercurii et Proserpinae commercia 1213.
— — cultus domesticus 1006.
meridies daemonibus accensetur 916.
metalla planetis sacra 936.
metallorum symbolica signif. 896.
metaphorae insolentes 853.
metaphoris barbari utuntur 843.
metempsychosis 795.
Methapus 1251.
Methone 324.
metoposcopi 426.
metragyrtae 652.

Digitized by Google

Metrodori allegor. 156.
Metroon Athenis 659.
metrum delphicum s. theolog. 284.
microcosmus 920.
Midas sacra Cybelae instituit 1162. 1226.
— Orphei discipulus 297.
mimi mystici 1263.
Minerva armata nata 540.
— — Dioscuros docet 541.
— — Ergane aratrum invenit 873.
— — Telchinia 1188. *Τριτογένεια* 157.
Minyas 860.
miracula in sacris 123.
Mise 583.
Mithriaca 1260.
Mnemo, Mnemonides 733.
mollis p. pathicus 1008.
monstrare sacra 50.
Mopsus 269.
morbi sacri 640.
mors mimica in sacris 1263.
mortes deorum 692.
morticina a sacris remota 244.
Moses idem Musaeus 353.
mortuorum reliquiae cultae 280.
movere sacra 831.
mulieres fanaticae 629.
— — viros non nominant 62.
— — sacra familiarum accipiunt 1206.
— — sacris exclusae 1096.
mundus Romae 832.
mundus animal 914.
mundus triplex 954.
murcus 568.
Musae Pieriae 325.
— — Apollinis filiae 544.
Musaeus 299. 510.
Musaeus Lunae filius 454.
— — de herbis 309.
— — de beatorum vita 806.
— — de Thesprotis 310.
— — de numeris 726.
Musarum nomina 408.
Musica cum medicina et augur. conjuncta 270.
— — a Dactylis inventa 1162.
Mylas 1194.
Myrsilus 989.
mystagogi 29.
mysteria allegorice explic. 133.
mysteria ad historiam revocata 137.
— — ad physiologiam revocata 137.
— — Cretensia 1121 sq.
— — Delphica 618.
— — minuscula 188.
— — Platonica 129.
— — romana 89.
— — in omnibus urbibus 48.
mysteriorum celebritas unde 44.
— — — nomina ad artes et nequitias translata 129.
— — — fabulae vulgares 131.
— — — vis in pietate excit. 46.
mysticum quid significet 85. 401.
mythorum interpretatio pragmat. 987.

N.

N mobile 1003.
Nagarides 816.
natales urbium 596.
naves consecratae 367.
Neanthes scriptor 151.
nebris symbolum coeli 727.
necromantia 900.
Neoplatonici v. Platonici.
Nero Delph. oracul. consulens 573.
Nerylinus heros 1171.
Nicias scriptor 859.
Nicomedes de Orph. 342.
Ninus saga 664.
Nisi coma 288.
nomina asema 1331.
noctes Eleusiniae 651.
nomina propria in *ιλος* 1254.
nomina in *αφος* 1313.
nomina in *ισσος, ισσα* 817.
— — in *ιχος* 873.
— — in *ω* 734.
— — deorum allegor. explic. 1097.
— — *ἰσόψηφα* 782.
— — mystica 402.
— — propria ab arte 825.
— — propria ejusdem familiae 734.
— — rerum naturam exprimunt 847.

Digitized by Google

nomina sacerdotalia 871.
— — symbolica 846.
nominum propr. terminatio variata 996.
Nonae caprotinae 679.
notae genitivae 1146.
Numenius Platonicus 143.
numeri nominis signa 464.
numerus CCCLX. solemnis 172.
numerorum etyma pythag. 720.
nuptiae in sacris 648.
— — sacramentum 650.
— — deorum 649.
nuptiales dies 433.
— — dii 767.
— — placentae 1071.
nuptiarum ritus 648.
Nyctelia sacra 651.
Nymphae apum formam induunt 817.
— — Lemniae 1209.
— — Cabiriae 1209.
Nympharum oculi 888.

O.

Obba 646.
obscoena dicta in sacr. 689.
obscuritas quaesita a script. vett. 161.
occidens daemonibus tribuitur 915.
oculi deorum et spectrorum 894.
Oceanus rerum origo 487.
ollis ossa condita 632.
Olus 1307.
oniropompi 222.
Onomacritus Orphei interpolator 331. orgia condidit 694.
— — — de elementis 386.
— — — de Musaei genere 311.
— — — Locrensis 315.
Onomacriti carmina 397.
Ophitarum diagramma 935.
orgeones 1339.
Origenes Pythagoricus 759.
oracula Chaldaica 108. ad Orpheum relata 953.
— — a Judaeis et Christian. subjecta 458. 461.
— — medica 1085.
oracula temporib. heroicis afficta 267.
oracului de Aristomacho 852.
— — de Atheniensibus 966.
— — de Baccho 1085.
— — de Nerone 573. 1004.
— — de unitate dei 463.
— — Serapidis 914.
Oraculorum ambiguitas 842.
— — formulae 1093.
— — interpolatores 334.
orbitas ob delicta majorum 635.
Orci nuptiae 649.
oriens deo tribuitur 915.
Orpheotelestae 644.
orphica sacra bacchica 645.
— — — lustralia 586. 644. 698.
— — — ab Onomacrito condita 694.
Orus 482.
oschophoria 835.
oscilla 175. 585.
Osiridis diaspasmus et palingenes. 713.
ostendere sacra 49.
ova religiosa 251.
ovispex 361.
ovorum religio 477.
ovum Ledae 51.

P.

P et Φ commut. 1213.
Padi accolae pullati 686.
Palaemon Hercules 1170.
Palaephatus epicus 437.
palingenesia 797.
palladia 304. 1203. 1205.
palma symbol. 513.
Pamphilus Grammat. 910.
Pan et Cybele conjuncti 630.
Pan furorem injicit et sedat 641.
Pandemus dea 630.
Pandia luna 1133.
Panes Baccho insidiantur 1134.
Pangaeus 294.
Panopeus καλλίχορος 285.
Panthus sacerdos 267.
Papas 1048.
Papremitarum pugna 681.
Parcae canentes 790.

Digitized by Google

Parion 1223.
Paron pythag. 732.
paronomasiae 870.
participia in substantiva versa 1074.
— — — pro nominibus propriis 732.
Pasetis numus magicus 970.
Passalus 1298.
patinae mundi symbola 170.
patriam linguam colit Pythag. 16.
patronymica in ῶ 734.
— — — in εἰδης pro ἰδης 185.
— — — pro primitivis 982.
patrum Eccles. judicia de myster. 197.
pectis 1016.
Pegasus Eleutherensis 660.
pelles hostiarum 185.
Pelopis χρεουργία 309.
penae 1034.
Penates Dactyli 1178. dii patrii et magni 1237. Graecorum 1238.
pentalpha 1346.
peregrina omnia a sacris remota 273.
— — sacra ab exteris suscepta 665.
Perimedes 328.
Perses poeta 326.
Persinus s. Perginus 359.
Persei res gestae Homero ignotae 286.
personati in pompis 173. 682.
pervigilia Romae 651.
Petreja 174.
Phaecasia 245.
phallorum origo 661.
Phanes propr. 478.
phantasmata in sacris 114. 120.
Phemonoe de expiat. 309.
Pheraea dea 1213.
Pherecydes de Orph. 330.
Philo Senchuniathonis interpres 1267.
Philochorus pragmat. 988.
philosophiae tres partes 121.
— — — arcana 129.
Phoebaea lacus 1213.
Phorbas Eumolpi socius 208.
Phorcys 863.
Phryges non jurant 979.
Phrygia Oetae 576.
Phrynae causa 665.
Phyllis 290.
Physici 753.
Phytalus, Phytalidae 185.
piatio insaniae 633.
piatrices 633.
picturae turpes in templis 606.
pictura Samia 606.
Pierus 324.
pignora urbium 279.
Pindario grammat. 996.
Pisander de Cybele 307. de Cadmo 1253.
pisces non immolati 249.
placentae figuratae 1080.
— — in cistis 704.
placentarum nomina 1060 sq.
planetis adscripta hominum membra 925.
— — — — septem vocales 932.
Platonis testimon. de mysteriis 127.
— — epistola ad Dionysium 162.
Platonicorum laudes 92.
Plotinus 109.
Plutarchi sentent. de myster. 140.
Platonis filius 621.
Plynteria mysteria 88.
poesis Phrygia 369.
— Thesprotis 369.
poetae vocantur hierophantae 12.
Polemo de Samothrac. 1206.
polion s. tripolion 309.
Polles scriptor 262.
pompae sacrae 173. 682.
pontificiorum miracula 51.
Porphyrii liber de Oraculis 98.
— — — ἱερὸς γάμος 651.
porta arctoa 865.
Portunium 707.
potestates pro naturae divinae 1236.
praecepta sacrorum 191.
praedictiones ex ovibus 410.
praestigiae sacrae 120. 123.
Pragmatici 987.
Praxidicae 1186.
precationes 249.

ANDOVER THEOL. SEM.
FEB 1917
LIBRARY

Digitized by Google

Priapus sol 499.
principia duo mundi 931.
privata sacra vetita 630.
probolae Gnosticorum 890.
Proculus non Proclus 111.
procuratores 1040.
Prodicus de sacrorum causis 136.
prodigia expiantur 310.
Proetides 299.
Prognostica 426.
Pronapides 600.
propria nom. pro appellat. 857.
Proserpina a Jove stuprata 547.
— — — Jacchi mater 821.
— — — veris symbolum 462.
— — — φλοιά 402.
Proserpinae forma monstrosa 548.
— — — raptus 546.
Protocles et Protocreon 754.
Prylis vates 269.
psychogonia 736.
psychomantia 816.
Pterelai coma 283.
Ptolemaeus Gallus 657.
Ptolemaeus scriptor 749.
pugnae in sacris 679.
puls 778.
purgamenta in triviis 638.
purpureus color quid portendat 283. mysticus 1257.
Pyctomachia Veneta 681.
pyramis pudendum 704.
pyrrhichistae 1126. 1130.
Pyrrhichus 1177.
Pythagorae catabasis 944.
— — — liber de herbis 750. 902.
— — — numeris 772.
— — — sacer sermo 721.
Pythagorei Orpheo et Lino libros subjiciunt 830. 858.
— — — poetici in dicendo 897. 885.
— — — fanatici in philosophando 892. sq.
— — — memoriam colunt 732.
Pythagoreorum abstinentia 477.
— — — etymologiae 867.
— — — hymnus 719.
— — — leges cerimoniales 247.
— — — sententiae de metallis 896.
Pythagoreorum sententiae de mundo animali 919.
Pythagoreorum sententiae de syzygiis 930.
Pythagoreorum sententiae de ternario 387.
Pythagoreorum sententiae de terrae motu 895.
Pythagoreorum sententiae de tonitru 893.
Pythiae ignotae Homero 264.

Q.

Qu pro c 1061.
quantitas ancipitis ante dupl. 513.
quinquennium mysticum 34 — 38.

R.

Reges et sacerdotes pares 265.
reges metragyrtae 657.
regifugium 677.
reliquiae sanctorum 51. 52.
residere ferias 646.
resolutoria sacra 803.
Rhea ἀνταία 1197. ζωογόνος 1277.
— et Ceres eadem 1225.
— Cretae culta 1128.
— Dymae culta 1152.
— insaniam purgat 641.
— Samothracia 1224.
Rheginus mythogr. 991.
rhetorica interpretatio fabular. 160.
Rhonaces 325.
Rhytia s. Rhoetia 1141.
Rhythmonius 326.
riscus 876.
Risui litatum in sacris 689.
risus deorum 891.
ritus nuptiales 610.
rituum sacr. interpretatio 167. 684.
Romae nomina 274.
Romani deos melius colunt Graecis 697.
— — Eleusiniis initiati 37.
rota animarum 798. symbolica 905.

Digitized by Google

S.

Saccus mendicorum 1033.
Sabadius, Sabadia 296.
Sabazia 642.
Sabazius 655. 1046.
sacerdotes homerici 256.
— — — medici 639.
— — — philosophi 12.
— — — scriptores 195.
— — — nuptiis adsunt 650.
sacerdotum munera 11.
— — — honos 259.
— — — portio 880.
sacerdos justitiae 130.
— — stuprorum 1013.
sacra ab agricolis instituta 136. v. Addend.
— familiaria 276.
— generis 772.
— gentilitia 271.
— Herculis 50.
— heroici aevi 257.
— lustralia Homero ignota 300. ab Orpheo instituta 237. ad animos tranquillandos 634. ex antiq. retenta 625.
— obviam lata 51.
— orgeonica 1338.
— peregrina non vetita 667.
— — — recepta 626.
— Phrygia magica 667.
— Phrygia quando recepta 659.
— piacularia 175. 186.
— privata 630. 1355.
— retegere 56.
— pro statuae 51.
— tristia 690.
— majorum neglecta 626.
— veterum lacta 689. 1264.
— victorum recepta 215.
sacrarium 59. 1239. in pena 1338.
sacrificia ἄπυρα 1095.
— — incruenta 1088.
in sacris res gestae deorum repraesent. 675. distributa dona 706.
sacrorum causae 171.
sagae Dianae comites 1091.
sagarum sacra lustralia 695.
sal symbolum hospitii 88.
sal et faba in lustralibus 633.
Salii 1126. 1292.
saltat senex proverb. 981.
saltatio ad puteum 285.
saltatio symbolica 674.
Samardaci 1327.
Samiorum ritus 678.
sambuca 1017.
Samothrace Dardania 1224.
Samothraces scil. dii 1218.
Samothracia dialectus 884.
sanctuarium pro palatium 68.
Sanchuniathonis fides 1265. sq.
Sandon de Orph. 337.
Sanscrita lingua in sacris Graecor. 774.
Sapaei Dianae cultores 1214.
Sarmadoci 1327.
Saturnus comatus 513.
— — hiemis symbolum 462.
Saturni mysteria 89.
satyrica signa pro amuletis 1138.
scala mithriaca 934.
scalae in templis 907.
Scholastici vagantes 644.
scilla sacra 903.
scindapsus 1351.
Scirus vates 210.
scriptores de inventis 168.
— — de sacris 1060 sq.
— — de mysteriis 195.
scrofa Aeneae 51 sq.
scurra veles 1325.
scurrae castrenses 1324.
secula generis humani 791.
secularia mysteria 88.
sedebant psandi 646.
Semelae Anagoge 619.
Semele pro vitis 563.
sepulcrum Jovis 138.
sepulcra heroum occulta 281.
septenarius numerus 251. 557.
septimus dies Apollinis 716.
Serapio scriptor 344.
seriae in templis 53.
serpentes Bacchi sacri 296.
serperastra 700.
Serrium 294.
servi exclusi sacris 19.
— praepositi sacris 50.
— manumissi sacrorum causa 50.

Digitized by Google

Seuthes musicus 325.
Sibyllina oracula ex Orph. 439.
Sibyllae ignotae Homero 264.
sicinnis 1126.
Sicyoniorum chori tragici 617.
signa sacrorum 706.
Sileni responsum 803.
silentium sacrum 67.
Sillus 1305.
Simo scriptor 361.
Simo veterator 1191. 1199. 1306.
simpulatrix s. simpuviatr. 632.
simulatio in sacris 119.
singultus aquae 778.
Sinon 1306.
sipo, simpulum 874.
Sisyphi sepulcrum 284.
Sithon rex 290.
Sithonia 294.
Socrates s. Sosicrates scriptor 402. 994.
Socrates num initiatus 21.
Socus Curetum pater 209.
Sol Jupiter et Apollo 79. 111. 614. 761.
Sol omnes deos complexus 614.
Solis et Lunae teletae 111.
Solonis obscuritas 163.
Sophistae Homeri interpret. 159.
Sophocles 67.
sortilegium 814.
Soteria 383.
Spartani pro Sparti 1146.
spectra 302. in mysteriis 118.
speculum in sacris 702.
sphaera carmen 382.
sponsi mystarum nomen 649.
sponsi stola muliebri 178.
statuae deorum vinctae 275.
— — magicae 108.
— — medicae et fatidicae 1171.
— — in mysteriis propositae 52.
statuarum symbola 729.
— — taeniae 275.
stellarum herbae 911.
stemmata veterum poet. 327.
stigmata sacra 658.
Stilbides vates 978.
stilus a stimulus 657.
Stoici de deo universali 746.
— de sacerdote 12.
Strattidis Ψυχασταί 1038.
Staphylus 989.
Stesimbrotus allegor. 157.
stlatarius 1318.
strues 1084.
struppi 880.
stultorum clava 682.
subitillum 1069.
subsiles 227.
substantiva in ō 733.
successiones epicorum et tragic. 974.
sus Cereri mactata 828.
Sydyc 1277.
symbola sacrorum 25.
symbolica dictio 886.
symbolicum i. q. allegoricum 85.
Syrianus de Orph. 344.

T.

Talus libidinis sedes 951.
Taraxippi 970.
taurorum venatio 207.
Telchines 1181.
Teleclides scriptor 1183.
Telmissus vates 269.
tempestates anni et vitae 939.
templa semper clausa et raro aperta 279.
templa heroicis tempor. 257.
Tenediorum ritus 676.
ternarius 387. 740.
Terpander de Nysa et Sabazio 305. 320.
Terpes, Terpius, Terpnus musicus 375.
Terrae sacrificat. ob thesaur. 632.
terra Lemnia 1214.
testamentum nomen libri 366.
tetrachordon Mercurii 943.
thalamus in sacris 26. 649.
thalli in sacris distributi 707.
Thallus pragmaticus 995.
Tharops 238. 323.
Theagenes scriptor 155. 989.
Thebanorum dialectus 848.
Thelxinea 1186.
thema genethliacum 596.
thensaurus 1003.
Theocrasia in sacris 78. 155. 614.
— — in oraculis 462.

Digitized by Google

Theodoris 665.
Theogamiae 649.
Theognetus 359.
Theologi ap. Ciceron. 994.
— — delphici 618.
Theologia triplex 139.
Theologia punica 1265.
Theophrasti fragm. 1040.
Theoris 666.
Theosophia platonica 91.
thesauris praesunt dii inferi 632.
Thesei dies festus 438.
Theurgorum mysteria 98.
thiasi 1039.
Thiodamas 677.
Thraces Bacchi cultores 289.
Thracum vestes talares 293.
Thracia sacra 1014.
Thracum dogma Orphicum 801.
Thriae 814.
Thucydidis obscuritas 163.
thus ignotum Iliacis temp. 264.
Thyiades a Thyia denom. 285.
Thymoetae poesis 369.
thyrsorum coni 560.
tibia Phrygia 298.
Timocles scriptor 359.
Timotheus chronographus 466. 581.
Tiresiae liber 263.
Titanes regnum recepturi 793.
— — hominum majores 763.
Titanomachia 426.
traditio et acceptio sacrorum 39.
trachalas 1181.
tragoediae causa 688.
— — species variae 977.
tragoedia lyrica 975.
tramontana 1205.
Tremilae 1186.
Triballi rapaces 1037. tirones 1325.
trigla abstinent initiati 191.
trigonum musicum 1016. figura 1345.
tripodis allegoria 386.
Triptolemi navis 988.
— — parentes 206.
tripus delphicus 815.
Tritopatores 754.
trivium Orci 1343.
turris nubentium 645.
Tylus 867.
tympana sacrorum peregr. 652.
tympani inventio 1042.
tympanistria 652.
tympanorum pictores 630.

U.

umbras qui non faciant 899.
urbicarius 1319.

V.

Valerius Soranus script. 553.
vannus mystica 584.
Varronis sentent. de sacris 139.
vates homerici 260. 264.
— recitab. et interpretab. carmina 978.
vaticinandi genera 815.
vatum furor 637.
vela statuarum 56.
ventilare Manibus 223.
ventorum cultus 760.
— — vis animandi 760.
Venus aestatis symbol. 462.
— ἀρσενόθηλυς 545.
— Κυβήκη 1225.
— πάτριος 277.
— quaesita a diis 678.
— Thracia 1225.
— S. Virgo 1227.
Veneris dies sacer 432.
verba sacrificalia 871.
Vesta terra 79.
vestes sigillatae 551,
— mutatae in sacris 173.
vestitus sacer 727.
vestium signific. symbol. 727.
Vettius Praetextatus 135.
vetulae medicae 640.
vita mors 801. pompa 174. rota 907.
vita longa priorum 513. vita Orphica 244.
vitae gradus 937.
vocabula factitia 778.
— — correlativa confus. a librar. 353.
Vulcani sacerdotes 1214.
vulgivaga Venus 437.
vulpis nomina 849.

Digitized by Google

X.

Xenagoras scriptor 987.
Xenocrates de daemon. 696.
— — — de diis utriusque hemisph. 1098.

Z.

Zagreus filius Proserp. 547. 621.
Zagrei crepundia 699.
Zaratas 931. 477.
Zarmarus Indus 57.
Zonae coelestes 614.
— salutares 372.
Zopyrus scriptor 359.
Zoroastris oracula 103.

Digitized by Google

INDEX IV. SCRIPTORUM.

A.

Acta Martyr. em. 576.
Aelian. expl. 58. 1282. em. 1095.
Aeschylus em. 79. 354. expl. 1207. 1239.
Alciphron expl. 1007.
Alcman em. 307.
Alexander Aetol. em. 27.
Andocides expl. 1321.
Androtio expl. 325.
Anecdota Bekk. expl. 121. em. 762. 989. 1015. 1039. 1208. 1258.
Anneus Gaz. em. 280.
Anonymi em. 644. 740.
Antoninus expl. 1164.
Apollinaris expl. 1071.
Apollonius Dysc. em. 1042.
Apulejus expl. 766.
Aristides em. 16. 647. expl. 636.
Aristophan. expl. 628. 966. 1214. em. 817.
Arnobius expl. 699.
Aristoteles em. 845. expl. 258. 509. 755. 757. 893. 895. 905. 919.
Artemidor. em. 206. em. 815.
Athenaeus em. 184. 628. 644. 839. 1025. 1089. 1307. 1326. expl. 1181.
Augustinus expl. 956.
Ausonius expl. 386. 973.

C.

Caesarius em. 575.
Callimach. em. 878. expl. 55.
Calvus expl. 650.
Catullus expl. 769.
Censorinus expl. 826.
Charisius em. 1332.
Chrysostomus 1327.
Cicero expl. 66. 74. 185. 349. 656. 764. 769. 1173.
Clemens Alex. em. 27, 199. 359. 576. 828. 854.
— — expl. 24. 140. 353. 587. 700. 709. 1257. 1331.
Clemens Rom. em. 107. 576. 535.
Cornelius expl. 769.
Cornutus em. 398.
Cratinus em. 659.

Digitized by Google

D.

Damascius em. 475. 483. 485. 486. 488. 508.
Demetrius Phal. em. 840.
Demosthenes expl. 391. 646. 666. 1027. 1073.
Dinarchus expl. 965.
Dio Chr. em. 567. expl. 116. 1180.
Diodorus em. 49. 1012. expl. 977. 1184.
Diogenes expl. 1305.
Dionysius expl. 1202. em. 1095.

E.

Epiphanius em. 130. 704. 832.
Epistolae Socr. em. 290.
Eratosthenes em. 245.
Etym. M. em. 657. 1031. 1166. expl. 621. 762. 1197. 1182. 1331.
Eudocia em. 314. 567. 660.
Euphorio em. 288. 558. 567. 575. 1045. 1046.
Euripides em. 622. 1216. 1235. expl. 74. 338. 582. 622.
Eusebius em. 108. 730. 852. 1086. expl. 1269. 1340.
Eustathius em. 186.

F.

Festus expl. 1317.
Firmicus expl. 23. 1147.
Fulgentius em. 989.

G.

Galenus em. 878. 910. 1304.
Geminus em. 625.
Gregorius Naz. expl. 492. 824. 1146.
— — — Nys. 828.

H.

Harpocratio em. 653. 868.
Heraclides expl. 111.
Herodianus expl. 212. em. 215. 988. v. Addend. ad p. 304. et ad p. 988.
Herodotus expl. 62. 347. 427. 681. 694. 801. 1101. 1212. 1287. 1299.
Hesychius em. 121. 175. 183. 221. 223. 361. 545. 775. 776. 780. 816. 835. 838. 846. 847. 1033. 1034. 1060. 1311. 1322. 1333. 1336.
— — — expl. 85. 286. 287. 387. 616. 632. 700. 839. 874. 877. 905. 970. 979. 1032. 1085. 1249.
Hierocles em. 1005.
Himerius em. 75. 569. 1094.
Hippocrates em. 634.
Homerus em. 685. 815. expl. 207. 250. 311. 571. 1047.
Hyginus em. 1177. 1182.

I.

Jamblichus em. 722.
Ignatius em. 643.
Inscriptio expl. 1008. 1012.
Isocrates expl. 69.
Josephus em. 668.
Julianus em. 605. expl. 18.
Juvenalis expl. 1012. 1325.

L.

Lactantius em. 458.
Lampridius expl. 53.
Leonidas em. 701.
Libanius em. 190. 643. 647.
Lucianus expl. 631. 657. 1035. 1155. em. 1231.
Lydus em. 225. 274. 462. expl. 715.
Lysias em. 1094.

M.

Macrobius em. 79. 80 461.
Malela expl. 572.
Manilius expl. 567.
Menander expl. 253. 631. em. 633. 644. 891.
Moeris expl. 872.

Digitized by Google

N.

Nicander expl. 567. 645.
Nicephorus em. 991.
Nonnus expl. 663. em. 701. 1131. 1191. 1255.

O.

Olympiodorus expl. 40. em. 913.
Oracula Chald. em. 220. 224. 225.
— — graeca em. 461.
Origenes expl. 121.
Orphei Argon. em. 591. expl. 482. 590.
— — hymni em. 395. 774. 825. 984. 985. 1240. 1047.
Ovidius em. 1125.

P.

Pausanias em. 206. 279. 284. 335. 360. 680. 771. 829. 847. 1087. expl. 194. 285. 311. 671. 1251. 1287. 1168.
Phanocles expl. 864.
Pherecydes expl. 380. 867.
Philo em. 647.
Philoponus em. 935. expl. 349.
Philostratus expl. 29. 906. em. 1085.
Photius em. 988.
Phrynichus expl. 874.
Pindarus expl. 69. 866. 1187.
Plato expl. 57. 103. 602. 636. 642. 643. 698. 795. 809. 861. 947. 1343.
Plautus expl. 85. 706. 1033. 1038. 1040.
Plinius em. 748.
Plutarchus em. 299. 633. 651. 657. 682. 789. 1013. 1088. 1186. expl. 52. 371. 638. 830. 895. 1031. 1207. 1208.
Poetae minn. 292.
Porphyrius em. 190. 625. 1093. expl. 181. 885.
Proculus archiepisc. em. 684.
— — Lycius em. 158. 495. 543. 581. 720. 782. 1079. 1343.
Propert. expl. 1213.
Psellus em. 59.
Ptolemaeus em. 1005.

S.

Schol. Aeschin. em. 291.
— — Aristid. em. 75. 174. 352. expl. 309.
— — Aristoph. em. 267. 845. 1225. 1316.
— — Dem. em. 1044.
— — Eurip. em. 1086.
— — Gregor. em. 314.
— — Hesiod. em. 613.
— — Homer. em. 132. 209. 260. 325. 398. 1088. expl. 305.
— — Lycophr. em. 325.
— — Pind. em. 1112. 1078.
— — Plat. em. 632.
— — Statii expl. 598. 1138.
— — Theocrit. expl. 863.
Servius em. 304. 1241. 1292. expl. 375. 831.
Simonides expl. 659.
Solonis lex expl. 305.
Sopat r em. 1005. expl. 189.
Sophocles em. 215. v. Addend. expl. 44.
Stephanus em. 1222.
Stobaeus expl. 756. em. 1095.
Strabo em. 1048. 1210. 1211. 1216. expl. 226. 1113. 1116. 1127. 1136. 1148. 1210. 1211.
Suetonius expl. 685. 686.
Suidas em. 359. 1192. expl. 183. 284. 491. 754. 822. 1147.
Synesius expl. 145. 645.

T.

Tatianus em. 197. expl. 52. 331.
Tertullianus expl. 31.
Themistocles em. 15.
Theo em. 742. expl. 38.

Digitized by Google

Theodoretus em. 1086.
Theologumena em. 716.
Theophrastus expl. 432. em. 881.
Thucydides expl. 844.
Tzetzes em. 361. 415. 551. 992. 1198.

V.

Valerius Max. expl. 1207.
Varro expl. 52. 924. em. 865. 1003. 1244.

X.

Xenophanes em. 808.
Xenophon expl. 1205.

Z.

Zosimus em. 1241.

CORRIGENDUM.

P. 280. not. t. v. 4. pro Annaei leg. Aeneae.

Digitized by Google

Bei den Verlegern sind, unter andern, nachstehende Werke erschienen:

Cauchy, A. L., Lehrbuch der algebraischen Analysis, aus dem Französischen übersetzt von C. L. B. Huzler. gr. 8. 1828. 2 Rthlr.

Ciceronis, M. T., de claris Oratoribus liber qui dicitur Brutus. Cum notis I. A. Ernesti aliorumque interpretum selectis edidit suasque adiecit Frid. Ellendt. Praefixa est succincta eloquentiae romanae usque ad Caesares historia. 8 maj. 1825. 2 Rthlr.

Ellendt, Dr. Fr., de formis enunciatorum conditionalium linguae latinae Commentatio. 8 maj. 1827. 8 gGr.

— — — lateinisches Lesebuch für die untersten Klassen der Gymnasien. 2te verbesserte Auflage. 8. 1829. 12 gGr.

— — — Lehrbuch der Geschichte für die obern Klassen der Gymnasien. gr. 8. 1827. 1 Rthlr. 12 gGr.

Fragmenta Vaticana juris civilis antejustinianei e Cod. rescripto ab A. Majo edita recognov. commentario tum critico tum exegetico nec non quadruplici appendice instruxit Dr. A. Aug. de Buchholtz. 8 maj. 1828. 2 Rthlr.

Graff, E. G., die althochdeutschen Präpositionen. Ein Beitrag zur deutschen Sprachkunde und Vorläufer eines althochdeutschen Sprachschatzes nach den Quellen des 8ten bis 11ten Jahrhunderts. Für Lehrer der deutschen Sprache und Herausgeber altdeutscher Werke. gr. 8. 1824. 1 Rthlr. 12 gGr.

Jacobi, Dr. C. G. J., Fundamenta nova theoriae functionum ellipticarum. 4 maj. 1829. 3 Thlr.

Rösselt, Fr., Handbuch der Geographie für Töchterschulen und die Gebildeten des weiblichen Geschlechts. 1r und 2r Theil gr. 8. 1829. 3 Rthlr. 8 gr.

Ohlert, Dr. A. L., die Schule. Elementarschule, Bürgerschule und Gymnasium in ihrer höhern Einheit und nothwendigen Trennung. 8. 1826. 18 gGr.

Schubert, Dr. F. G., de Romanorum Aedilibus libri IV. quibus praemittitur de similibus magistratibus apud potentiores populos antiquos Diss. duae. 8 maj. 1828. 3 Rthlr.

Struve, K. L., über die lateinische Declination und Conjugation, eine grammatische Untersuchung. gr. 8. 1823. geh. 1 Rthlr. 20 gGr.

Digitized by Google

Struve, C. L., Specimen de dialecto Herodoti specimen I. et II. 4 maj. 1829. 20 gGr.

Voigt, Joh., Geschichte Preußens von den ältesten Zeiten bis zum Untergang der Herrschaft des deutschen Ordens. 1r, 2r und 3r Bd. mit Kupfern und Karten gr. 8. 1827—29. 9 Rthlr. 12 gr.

— Geschichte Marienburgs, der Stadt und des Hauptthauses des deutschen Ritter-Ordens in Preußen. Mit einer Ansicht des Ordenshauses, gest. von Rosmäßler. gr. 8. 1824. 3 Rthlr.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


E MAR 20,1924

MAR 5 1970
APR 6 1970

JUN 13 1972

JUN 1 1976

JUN 1 1977



Digitized by Google

